

222
140



por Vicente Ferrer Estadadoeste
Libro en el año De 1821. Condon Jose
Dela orden — la Catedratilo ℞

En Sevilla 1822 a Deo

Mi Sor. Deслit lucen studium pero
omi tuntur — a nobis. Atberitas
Gracia Ego Dico ver summa da nota est
v. fuit a nobis — &c. &c. &c.

AUTORES SELECTOS
DE LA MAS PURA LATINIDAD,

ANOTADOS BREVEMENTE,

É ILUSTRADOS CON ALGUNAS NOTICIAS

DE GEOGRAFÍA,

COSTUMBRES, É HISTORIA ROMANA,

PARA USO

DE LAS ESCUELAS PIAS


DE LA PROVINCIA

DE LAS DOS CASTILLAS Y ANDALUCÍA.

QUARTA EDICION.

TOMO SEGUNDO.

Soy de Manuel ... y ... Pastilla



MADRID MDCCCXIX.

EN LA IMPRENTA DE D. LEONARDO NUÑEZ DE VARGAS.

CON LICENCIA.

Se hallará en la portería de las Escuelas Pias del Avapies.

PIEZAS QUE COMPREHENDE
ESTE SEGUNDO TOMO.

PARA LA CLASE DE HUMANIDAD Y RETORICA.

Guerra Catilinaria de Salustio.
Guerra segunda Púnica de T. Livio; dos libros.
Seis oraciones de Ciceron.

Indice de Ritos y costumbres de los Romanos.



VIDA Y ESCRITOS DE C. CRISPO SALUSTIO.

*C. Crispo Salustio nació en Amiterno pueblo de los Sabinos en los confines del Abruzo, hoy San Victorino, en el año 668 ó 669 de Roma, segun la mas comun opinion, en el tercer Consulado de L. Cornelio Cina y Cn. Papirio Carbon. Fué de familia ilustre. Su educacion la tuvo en Roma, y tan buena, que apénas se encontrará hombre que haya recibido tan buenas instrucciones como las que le dieron sus padres para precaverle de la corrupcion de costumbres que reynaban en su tiempo en Roma; pero todo se malogró. Salustio nos ofrece una importante leccion, de que no es lo mismo declamar contra los vicios, que no corromperse con ellos. En sus escritos hace á la virtud todo el honor que se merece: él nos propone el vicio baxo el aspecto mas horroroso y eficáz para detestarlo; pero no supo guardarse de lo mismo que reprendia. Consumió toda su hacienda en la disolucion. Su vida fué tan desconcertada, que habiendo logrado á los treinta y quatro años de edad el tribunado de la plebe, y llegado á ser Senador, últimamente hubo que degradarle de esta dignidad. Siguió el partido de César, quien le pagó este servicio con restituirle al senado, honrándole despues con la Qüestura y Pretura, y últimamente con el gobierno de la Numidia. Aquí saqueando la Provincia, allegó inmensas riquezas, y fastidiado de los negocios públicos se resolvió á vivir privadamente el resto de su vida en Roma, donde hizo edificar una casa magnífica con unos jardines, que hasta el dia de hoy se llaman jar*dines de Salustio. *Murió á los cincuenta años de edad sin haber dexado nombre ni fama sino en sus escritos. Salustio compuso una historia Romana, que comenzaba desde la misma fundacion de este Imperio; pero no se conserva de ella sino unos pequeños fragmentos. Las dos historias de la guerra Catilinaria, y contra Jugur-*

ta rey de Numidia son obras inmortales. Marcial gustaba tanto de sus escritos, que le llama el príncipe de los historiadores Romanos. Su estilo es tan conciso, que á veces toca en obscuridad: da á entender mucho mas de lo que manifiestan las palabras: sus expresiones llenas de viveza, energía y nobles pensamientos: sus pinturas, descripciones y retratos hechos con los colores mas vivos: sus razonamientos sobre todo tan patéticos y llenos de fuego, que se conoce con quánta facilidad se revestía de las pasiones de aquellos, en cuya boca los hace. Por todo lo qual M. Rollin le compara, y no muy mal, à un rio, que reducido á márgenes estrechas, tiene mas caudal de lo que manifiesta. Trozos hay en sus dos historias tan llenos de moralidad, que mas parece salen de la boca de un Filósofo, que de un historiador. En punto de latinidad está sembrado de archâismos sin término, muchas locuciones puramente griegas, algunas palabras nuevas, y metáforas duras, que no le faltan. Hemos preferido en esta obra la Catilinaria á la guerra Jugurtina por el mayor parentesco que tiene con la historia Romana.

C. CRISPI SALLUSTII

BELLUM CATILINARIUM,

SIVE DE CONJURATIONE CATILINÆ.

Cap. I. Omnîs homines, qui sese student præstare ceteris animalibus, summâ ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora; quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis servitio magis utimur: alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quò mihi rectius videtur, ingenii, quàm virium opibus gloriam quærere; & quoniam vita ipsa, quâ fruimur, brevis est, memoriam nostri quàm maxumè longam efficere. Nam divitiarum & formæ gloria, fluxa atque fragilis est; virtus, clara æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortalîs certamen fuit, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis pro-

GUERRA CATILINARIA

DE C. CRISPO SALUSTIO,

O DE LA CONJURACION DE CATILINA.

TRADUCCION. *Cap. I.* Conviene que todos los hombres que desean aventajarse á los demás animales, procuren con el mayor empeño no pasar la vida ociosamente, cómo las bestias; á las que la naturaleza formó inclinadas á la tierra, y sujetas á la gula. Mas todas nuestras facultades consisten en el alma y en el cuerpo; de aquella hacemos uso para mandar, de éste para servir: convenimos en lo uno con los Dioses, en lo otro con los brutos. Por lo que me parece mas acertado solicitar la gloria por medio del ingenio, que por las fuerzas corporales; y puesto que la vida que gozamos es corta, eternizar quanto sea posible la memoria de nuestro nombre. Pues la gloria de las riquezas y hermosura es fragil y perecedera; la virtud es ilustre y de eterna duracion. Pero por largo tiempo hubo una porfiada disputa entre los hombres, sobre si en el exercicio de la guerra se adelantaba mas con el ingenio, que con las fuerzas cor-

cederet. Nam & priùs, quàm incipias, consulto; & ubi consulueris, maturè facto opus est. Ita utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio veget.

II. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur; sua cuique satis placebant; postea verò quàm in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere; lubidinem dominandi, causam belli habere; maxumam gloriam in maxumo imperio putare: tum demum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimùm ingenium posse. Quòd si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, valeret: æquabiliùs atque constantiùs sese res humanæ haberent; neque aliud aliò ferri, neque mutari, ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facilè iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Verùm, ubi pro labore desidia, pro continentia & æquitate lubido atque superbia invasere; fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optumum quemque ab minùs bo-

---

porales. Pues ántes de comenzar una empresa es necesario consultar, y despues de consultada, pide pronta execucion. De este modo no pudiendo obrar por sí solos el uno ni el otro (el ánimo y el cuerpo) el uno explica sus fuerzas con el auxîlio del otro.

II. Al principio pues los reyes (que este nombre fué el primero que se dio á los que tuvieron mando sobre los demas) siguiendo sus distintos genios, unos exercitaban el ingenio, otros el cuerpo: y aun entónces vivian los hombres sin codicia, contentándose cada uno con lo suyo. Mas despues que Ciro en el Asia, y los Lacedemonios y Atenienses en la Grecia, comenzaron á sojuzgar las ciudades y naciones; á juzgar por bastante motivo de hacer guerra el apetito de mandar; y al imperio mas dilatado por la mayor gloria; entónces se llegó á conocer por la experiencia de los sucesos que en la guerra servia de muchísimo el ingenio. Y si los Reyes y generales hiciesen tanto uso de él en las cosas de la paz como en las de la guerra, los negocios humanos procederían con mas arreglo y constancia; y no veriamos trastornarse las cosas, y andar todo trocado y confundido. Porque el imperio, por los medios que se consiguió al principio, con esos mismos fácilmente se conserva. Pero luego que la desidia reyna en lugar de la actividad, el capricho y altanería en lugar de la moderacion y justicia; se muda la fortuna juntamente con las costumbres. Así es que el imperio pasa

---

Minus, en vez de *non* muy comun en Salustio.

no transfertur. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri, atque somno, indocti, incultique, vitam sicuti peregrinantes transiere: quibus profecto, contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit: eorum ego vitam mortemque juxta æstumo: quoniam de utraque siletur. Verùm enimverò is demum mihi vivere, et frui animâ videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter ostendit.

III. Pulchrum est bene facere reipublicæ, etiam bene dicere haud absurdum est: vel pace, vel bello clarum fieri licet; & qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, & auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere: primùm, quòd facta dictis sunt exæquanda: dehinc quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentiâ & invidiâ dicta putant: ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique studio ad remp. latus

---

siempre del malo al mejor. Las tierras, los mares, las ciudades, todo está sujeto á la industria. Pero muchos hombres entregados á la gula y al sueño, sin instruccion ni cultura, pasaron su vida como peregrinando: á los quales contra el órden de la naturaleza, el cuerpo les sirvió para el deleyte, y el alma de peso. La vida y muerte de los tales la tengo en igual aprecio, puesto que ni de la una ni de la otra hay memoria. Pero en realidad de verdad, aquel en mi concepto vive y disfruta de la vida, que empleado en alguna ocupacion, pretende hacerse famoso por medio de alguna accion heroyca, ó de algun honesto exercicio. Pero como hay tantos caminos, á cada uno la naturaleza le guia por distinto rumbo.

III. *Pulchrum*, es cosa honrosa. *Haud absurdum*, digna de aprecio. *Tametsi*, aunque el escritor de las hazañas, no consigue tanto nombre como el que las executó. *Arduum in primis*, muy dificultoso. *Res gestas*, una historia. *Exæquanda*, las expresiones deben igualar á las acciones. *Delicta quæ*, que el reprender los vicios nace de mal corazon y aborrecimiento, y quando se habla del gran valor y gloria de los buenos, se lee sin repugnancia lo que cada uno tiene por fácil de hacer; pero si son cosas que exceden sus fuerzas, las toma por cosa de fábula. *Latus sum studio*, me incliné á pretender algun cargo en la república, en lo que tuve muchas contrariedades...

sum: ibique mihi adversa multa fuere; nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant, quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium; tamen inter tanta vitia imbecilla ætas, ambitione corrupta, tenebatur. Ac me, cùm ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ ceteros, fama, atque invidia vexabat.

IV. Igitur, ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, & mihi reliquam ætatem à repub. procul habendam decrevi, non fuit consilium, socordiâ atque desidiâ bonum otium conterere: neque verò, agrum colendo, aut venando, servilibusve officiis intentum ætatem agere; sed, à quo incepto, studioque me ambitio mala detinuerat, eòdem regressus, statui res gestas populi Rom. carptim, uti quæque memoriâ digna videbantur, perscribere: eò magis, quòd mihi à spe, metu, partibus reipub. animus liber erat. Igitur de Catilinæ conjuratione, quàm verissimè potero, paucis absolvam; nam id facinus in primis ego memorabile existumo, sceleris atque periculi novitate; de cujus hominis moribus pauca priùs explananda sunt, quàm initium narrandi faciam.

V. Lucius Catilina nobili genere natus, fuit magnâ vi & animi & corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic

---

Audacia, reynaban la desvergüenza y profusion. *Insolens*, no acostumbrado á estas malas mañas. *Tenebatur*, estaba como aprisionada. *Dissentirem*, repugnándome. *Cupido*, me atormentaba igualmente que á ellos la envidia y ambicion de los honores y fama.

IV. *Requievit*, se vió libre mi corazon. *Procul à rep.*, separado del bullicio de la república, no quise perder este tiempo descansando en la ociosidad y desidia, ni ocuparme en el cultivo del campo, ó en la caza, ó empleado en oficios serviles, sino que volviendo á tomar aquel mismo rumbo y estudio, de donde me apartó la negra ambicion. *Carptim*, tomando los hechos mas memorables; ó entresacando las cosas mas notables. *Partibus*, partidos. *Paucis* (sup. *verbis*.) hablaré con brevedad, y con la mayor puntualidad posible. *Nam*, porque considero á esta conjuracion por la mas digna de la historia. *De cujus*, pero ántes de comenzar mi historia, debo decir algo de las costumbres de este hombre.

V. *Magna vi*, de grandes brios y talento, pero de índole mala y depravada...

Nobilis, porque fué del órden Patricio; y último de la familia Sergia.

Ingenio de gigno, la naturaleza de qualquiera cosa.

ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere; ibique juventutem suam exercuit: corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris supra quàm cuique credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cujus rei libet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis loquentiæ, sapientiæ parum; vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc, post dominationem L. Sullæ, libido maxuma invaserat reip. capiundæ; neque, id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat; agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopiâ rei familiaris, & conscientiâ scelerum: quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi; incitabant præterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia vexabant. Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere; ac paucis instituta majorum domi militiæque, quomodo rempublicam habuerint, quantamque reliquerint: et ut paulatim immutata, ex pulcherruma & optuma, pessuma ac flagitiosissuma facta sit, disserere.

VI. Urbem Romam, sicut ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani, qui, Æneâ duce profugi, sedibus incertis vagabantur; cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, libe-

---

Huic grata, gustó mucho, &c. *Ibique*, y en esta escuela pasó su juventud. *Patiens*, sufria la hambre, la falta de sueño y el frio quanto no es creible. *Subdolus, varius*, engañador é inconstante: diestro en aparentar y disimular qualquiera cosa. *Profusus sui*, desperdiciador de lo suyo, fogoso en sus pasiones; bastante afluente, pero de poco fondo de ciencia; su corazon insaciable, &c. *Immoderata*, desmedidas. *Lubid. max. invas. hunc*, entró en grandes deseos de hacerse señor de la república. *Neque quidq. pensi habeb.*, y no se paraba en los medios con que conseguirlo, &c. *Agitabatur*, se inquietaba su ánimo feroz. *Incitabant*, le animaban á sus intentos las costumbres estragadas de Roma, combatida de dos vicios grandes y opuestos entre sí, &c. *Tempus*, la ocasion nos recuerda; nos convida. *Supra repetere*, á tomar el principio de mas arriba.

VI. *Sedibus*, andaban sin domicilio fixo. *Sine imperio*, sin gobierno...

Simulator, el que aparenta lo que no hay: *dissimulator*, el que encubre lo que hay.

rum atque solutum. Hi postquam in una mœnia convenere, dispari genere, dissimili linguâ, alii alio more viventes, incredibile memoratu, quàm facilè coaluerint; sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges, populique finitimi bello tentare: pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri, metu perculsi, longè à periculis aberant. At Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant; magisque dandis, quàm accipiundis beneficiis amicitias parabant; imperium legitimum, nomen imperii regium habebant: delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum erat, reipub. consultabant: hi, vel ætate, vel curæ similitudine, patres appellabantur. Post, ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis, atque augendæ reipub. fuerat, in superbiam, dominationemque convertit; immutato more, annua imperia, binosque imperatores sibi facere: eo modo minimè posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.

VII. Sed eâ tempestate cœpere se quisque magis extollere, magisque ingenium in promptu habere: nam re-

---

In una, dentro de una misma ciudad, de distintas raleas, guardando diverso tenor de vida, es increible el decir, quán facilmente formaron cuerpo de ciudad. *Res eor.*, su república. *Moribus*, cultura y territorio. *Sicuti pler.*, como de ordinario acaece en las cosas de los hombres. *Tentare*, comenzaron á inquietarlos con guerra. *Aberant*, huían de los peligros de la guerra. *Intenti*, atentos á los negocios de paz y de guerra. *Parabant*, adquirian amigos. *Imperium legit.*, tenian un gobierno sujeto á las leyes, dando á la cabeza el nombre de rey. *Validum*, vigoroso. *Imperium regium*, gobierno monárquico. *Convertit in sup.*, degeneró en soberbia y tiranía. *Imperia annua*, establecieron el gobierno de un solo año, y dos Consules. *Putabant animum*, se persuadian que por este medio el corazon humano no se insolentaria, abusando de su poder.

VII. *Sed eâ*, pero entonces mismo cada uno por su parte comenzó á engreirse y hacer alarde de su condicion...

Tempere sup. cœperunt. En Salustio es muy comun suplir este y otros verbos.

gibus boni, quàm mali suspectiores sunt: semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adeptâ libertate, quantum brevi creverit. Tanta cupido gloriæ incesserat. Jam primùm juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat: magisque in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, atque conviviis lubidinem habebat. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat: sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant; laudis avidi, pecuniæ liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Rom. parvâ manu fuderit, quas urbes naturâ munitas pugnando receperit, ni ea res longiùs nos ab incepto traheret.

VIII. Sed profectò fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex lubidine magis, quàm ex vero, celebrat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego existumo, satis amplæ, magnificæque fuere, verùm aliquanto minores tamen, quàm famâ feruntur: sed, quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur: ita eorum, qui ea facere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit: quia prudentissimus quis-

Incesserat (sup. *animos*,) tanto deseo de gloria se habia apoderado de sus corazones. *Simul ac belli*, luego que tenia edad para la guerra. *Habebat lubid.*, ponian su vanidad. *Virtus*, el valor habia vencido todos los inconvenientes. *Ascendere*, escalar. *Conspici dum*, á ser visto de los demas, quando executaba tales acciones. *Locis*, ocasiones. *Parva manu*, con un puñado de gente. *Ni ea res*, á no apartarme esto mucho del intento principal.

VIII. *Dominatur*, se enseñorea de todo; ella engrandece ó abate las hazañas mas por capricho que por justicia. *Provenere ibi*, porque lograron los Atenienses escritores de grande ingenio. *Prudentissimus quisque* (*locucion elegante*) porque los hombres sabios se entregaban á los negocios públicos, nadie cultivaba las letras sin las armas...

Lubido. ordinariamente se toma en mal sentido; aquí es honesto deseo.

que negotiosus maxumè erat, ingenium nemo sine corpore exercebat: optumus quisque facere, quàm dicere, sua ab aliis benefacta laudari, quàm ipse aliorum narrare, malebat.

IX. Igitur domi militiæque boni mores colebantur: concordia maxuma, minuma avaritia erat; jus bonumque apud eos non legibus magis, quàm naturâ, valebat: jurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant: in suppliciis deorum magnifici; domi parci, in amicos fideles erant: duabus his artibus, audaciâ in bello, ubi pax evenerat, æquitate, seque, remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta hæc habeo; quòd in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardiùs revocati prælio excesserant, quàm qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant; in pace verò, beneficiis magis, quàm metu, imperium agitabant; & acceptâ injuriâ, ignoscere, quàm persequi, malebant.

X. Sed, ubi labore atque justitiâ resp. crevit, reges magni bello domiti; nationes feræ, & populi ingentes vi subacti; Carthago, æmula imperii Romani, à stirpe interiit; cuncta maria, terræque patebant: fortuna sævire ac miscere omnia cœpit: qui labores, pericula, dubias

---

Dicere, escribir.

IX. *Colebantur*, reynaban las buenas costumbres. *Jus*, *bonumq.*, eran justos y buenos, no tanto por temor de las leyes, quanto por inclinacion natural á la virtud: las pendencias, riñas y enemistades las guardaban para los enemigos de la patria: los ciudadanos no tenian otra contienda unos con otros que la de aventajarse en el valor. *Magnifici*, espléndidos. *Curabant*, atendian á su conservacion. De todo lo qual los testimonios que tengo, son que, &c. *Vindicatum*, se castigaba. *Cedere loco*, perder su puesto. *Agitabant*, exercian el mando. *Persequi*, vengarla.

X. *A stirpe interiit*, pereció del todo, quedaba abierto el paso por todos los mares y lugares. *Sævire*, á volverse contraria, y confundirlo todo...

Suppliciis, sacrificios. Esta es su primera significacion; y porque castigando á los malos, se aplaca la ira de Dios, significa tambien suplicio.

Audacia, varias veces toma Salustio esta voz en buen sentido de *valor y fortaleza*.

Contra imperium, sin órden pública. Así sucedió á Manlio, hijo de Torquato, condenado á muerte por su mismo padre.

atque asperas res facilè toleraverant, iis otium, divitiæ optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primò pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit: ambitio multos mortalîs falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere; amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo æstumare; magisque vultum, quàm ingenium bonum habere; hæc primò paulatim crescere, interdum vindicari. Post, ubi contagio, quasi pestilentia, invasit, civitas inmutata, imperium ex justissumo atque optumo, crudele, intolerandumque factum.

XI. Sed primò magis ambitio, quàm avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat: nam gloriam, honorem, imperium bonus, ignavus æquè sibi exoptant: sed ille verâ viâ nititur; huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit; avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit; ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat; semper infinita, insatiabilis est; neque copiâ neque inopiâ minuitur. Sed, postquam L. Sulla, armis receptâ republicâ, bonis initiis malos

---

Otium, divitiæ optandæ aliis fuere oneri, miseriæque iis, qui toleraverant facile, &c., la paz y opulencia, apetecibles para otros, fueron causa de que quedasen agoviados y arruinados aquellos, que, &c. *Dubias*, los sucesos adversos y arriesgados. *Subvertit*, echó por tierra. *Pro his*, en lugar de estas virtudes. *Omnia venalia*, á venderlo todo. *Subegit*, obligó á muchos á ser falaces. *Aliud*, á tener una cosa en el corazon, otra en los labios. *Æstumare*, á apreciar. *Non ex re*, no por el mérito sino por el interes. *Ingenium*, á llevar la bondad en el semblante y no en el corazon. *Contagio*, luego que este mal cundió como peste. *Vindicari* (sup. *cœperunt*.) y a veces se castigaban.

XI. *Exercebat*, tenia aprisionados. *Erat propius virtutem*, tenia mas parentesco ó mas semejanza con la virtud. *Bonus*, el esforzado. *Nititur*, lo procura por buenos medios...

Falsos, se toma aquí en significacion activa, aunque es participio pasivo.

Contagio, enfermedad que se pega y cunde: aquí es una noble metáfora.

Ambitio, codicia de honras y preeminencias: *avaritia* de dinero.

Vindicari, á esto se encaminaban las leyes de *ambitu*, *et pecuniis repetundis*.

eventus habuit; rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modestiam victores habere; fœda, crudeliaque in civîs facinora facere: huc accedebat, quòd L. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quòd sibi fidum faceret, contra morem majorum luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat; loca amœna, voluptaria facilè in otio ferocis militum animos molliverant: ibi primùm insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim ac publicè rapere, delubra deorum spoliare, sacra, profanaque omnia polluere. Igitur ii milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.

XII. Postquam divitiæ honori esse cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere: sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nil pensi neque moderati habere. Operæ pretium est, cùm domos atque villas cognoveris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum, quæ nostri majores religiosissumi

---

Rapere, cometian robos y violencias. *Ductaverat*, habia comandado. *Luxuriose*, le habia permitido vivir con luxo y demasiada libertad. *Voluptaria*, llenos de deleytes habian afeminado los ánimos aguerridos de los soldados. *Amare*, *potare*, á entregarse á la embriaguez y lascivia, á aficionarse á esculturas, pinturas y baxilla cincelada, á robarlas al público y á los particulares. *Nihil*. despojaron de todo á los vencidos. *Fatigant*, trastornan. *Ne illi*. quánto menos contenidos serian en la victoria aquellos hombres de costumbres estragadas?

XII. *Honori esse*. á tenerse por cosa honrosa; y á estar en poder de los ricos la gloria, el mando y el poder, comenzó á decaer la virtud, y á tenerse por deshonra la pobreza; y á confundirse la inocencia con la maldad. *Ex divitiis*, con motivo de la opulencia. *Pudorem*, no hacian aprecio del pudor, amistad y honestidad, ni distincion entre lo sagrado y profano, ni obraban con reflexion, ni moderacion en nada. *Operæ pretium*, cosa es que merece reflexion ver por una parte la magnificencia de los palacios y granjas, construidas como unas ciudades, y por otra la sencillez de los templos de los dioses, que edificaban los antiguos nuestros abuelos, hombres los mas

mortales fecere; verùm illi delubra deorum pietate, domos suas gloriâ decorabant, neque victis quidquam, præter injuriæ licentiam, eripiebant; at hi contra ignavissumi homines, per summum scelus, omnia ea sociis adimere, quæ fortissumi viri victores hostibus reliquerant: proinde quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti.

XIII. Nam quid ea memorem, quæ nisi iis, qui videre, nemini credibilia sunt; à privatis compluribus subversos montes, maria constrata esse? quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ: quippe, quas honestè habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed lubido stupri, ganeæ, ceterique cultûs non minor incesserat: *** mulieres pudicitiam in propatulo habere: vescendi causâ, terrâ marique omnia exquirere: dormire priùs, quàm somni cupido esset: non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu ante capere: hæc juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant: animus imbutus malis artibus, haud facilè libidinibus carebat: eò profusiùs omnibus modis quæstui, atque sumtui deditus erat.

XIV. In tanta, tamque corrupta civitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum, atque facinorosorum circùm se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ga-

---

piadosos del mundo; pero aquellos adornaban los templos con su devocion, y sus casas con la gloria de sus hazañas. *Licentiam*, la libertad de injuriar. *Proinde*, como si en injuriar consistiese el señorío.

XIII. *Subversos*, allanaron montes y terraplenaron mares. *Stupri*, exceso en la lascivia, vida licenciosa, y demas regalo del cuerpo. *Vescendi*, para excitar la gula. *Sed ea omnia*, si no adelantarse con una vida muelle á todas estas necesidades naturales. *Incendebant*, enardecian á cometer maldades. *Animus imbutus*, acostumbrado el ánimo á estas malas mañas, con dificultad se podia privar de sus antojos; por tanto, á rienda suelta se entregaba al robo y profusion.

XIV. Orden: *Catilina habebat circùm se catervas omnium flagitiosorum atque facinorosorum, tamquam stipatorum, id quod erat facillimum factu in civitate tanta tamque corrupta*. Catilina tenia al rededor de sí tropas de hombres los mas desalmados y forajidos por guardas de su persona, cosa fácil de conseguir en una ciudad tan populosa y corrompida. *Impudicus*, todos los que con su lascivia, adulterios y vida libre habian malgastado sus patrimonios en el juego y comilonas...

Subversos, lo mismo que *com- planatos solo, aequatos.*

neo, manu, ventre ** bona patria laceraverat, quique alienum æs grande conflaverat, quò flagitium, aut facinus redimeret; præterea, omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; ad hcc, quos manus atque lingua, perjurio & civili sanguine alebat; postremò omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinæ proxumi, familiaresque erant. Quòd si quis etiam à culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat, quotidiano usu atque illecebris, facilè par similisque ceteris efficiebatur: sed maxumè adolescentium familiaritates adpetebat; eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam, uti cujusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere; aliis canes atque equos mercari: postremò neque sumtui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios, fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, juventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honestè pudicitiam habuisse: sed ex aliis rebus magis, quàm quòd cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat.

XV. Jam primùm adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, & alia hujuscemodi contra jus, fasque: postremò, captus amore Aureliæ Orestillæ, cujus, præter formam, nihil umquam bonus laudavit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse

---

Quo redimeret, para librarse del castigo merecido por sus delitos. *Ad hoc*, s. p. *illi*, *quos*, ademas de los dichos, aquellos que vivian de latrocinios, de calumnias, juramentos falsos, y de quitar vidas á los ciudadanos. *Animus conscius*, su mala conciencia. *Molles*, *et*, afeminados é inconstantes por su edad. *Uti cujusque*, segun el vicio, que por la edad dominaba á cada uno. *Modestiæ*, su honor. *Dum*, con tal que se los ganase y los asegurase en su lealtad. *Parum honeste*, que eran poco recatados. *Sed ex*, pero esto se decia mas por otras conjeturas, que porque alguno lo hubiese averiguado por sí mismo.

XV. *Stupra*, excesos muy enormes. *Contra jus*, *fasque*, contra leyes humanas y divinas...

Ex aliis rebus, los motivos ninguno.
eran la mala opinion de Catilina, a quien no faltaba vicio.

Jus, mira á los hombres, *fas*, á Dios; á la ley divina.

facinoris maturandi: namque animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vexabat. Igitur colos ei exsanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus: prorsus in facie vultuque vecordia inerat.

XVI. Sed juventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat; ex illis testes, signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere: post, ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat: si causa peccandi in præsens minùs suppetebat, nihilominus insontes, sicuti sontes, circumvenire, jugulare: scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuitò potiùs malus atque crudelis erat. His amicis, sociisque confisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnîs terras ingens erat; & quòd plerique Sullani milites, largiùs suo usi, rapinarum & victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundæ reipub. consilium cepit. In Italia nullus exercitus: Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat; ipsi consulatum petundi magna spes: senatus nihil sane inten-

---

Facinoris maturandi, de acelerar su sacrílego designio (de arruinar la república.) *Neque vigiliis*, no podia sosegar ni en vela ni en sueño. *Excitam*, ánimo alterado. *Exsanguis*, pálido, sus ojos espantosos; su paso ó modo de andar, unas veces acelerado, otras tardo; en una palabra, llevaba pintada en todo su cuerpo y semblante su insensatez ó furor.

XVI. *Illexerat*, que se habia ganado. *Commodare*, (sup. *soleb.*) de los quales solia sacar para su utilidad falsos testigos, y falsificadores de sellos. *Vilia habere*, hacian poco aprecio de la palabra, del estado de los demas, ni de los peligros. *Attriverat*, habia arruinado. *Si causa*, aun quando no tenia motivo particular de hacer mal. *Circumvenire*, perseguia y asesinaba. *Ne per*, para que su atrevimiento y osadía no se entorpeciese por la falta de exercicio, por naturaleza era malo y cruel; (esto es, aun quando no pretendia recompensa, o ganancia de sus delitos.) *Largiùs usi suo*, despues de haber gastado profusamente sus bienes. *Senatus*, el senado ciertamente no tenia recelo alguno...

Colos ei, noble Prosopografia, ó descripcion de la índole de Catilina.

Illexerat, de *illicio*, de dondé sale *illecebra* atractivo, ya bueno, ya malo; aunque de ordinario se toma en mal sentido.

In extremis, entonces estaba en el Asia en la guerra contra Mitridates.

tus; tutæ, tranquillæque res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinæ.

XVII. Igitur circiter Kalendas Junias L. Cæsare & C. Figulo consulibus, primò singulos appellare, hortari alios, alios tentare, opes suas, imparatam rempublicam, magna præmia conjurationis docere: ubi satis explorata sunt, quæ voluit, in unum omnîs convocat, quibus maxuma necessitudo, & plurimum audaciæ inerat: eò convenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. & Serv. Sullæ Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius: præterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: ad hoc multi ex coloniis & municipiis, domi nobiles: erant præterea complures paullo occultiùs consilii hujusce participes, quos magis dominationis spes hortabatur, quàm inopia, aut alia necessitudo. Ceterùm juventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinæ incœptis favebat: quibus in otio vel magnificè, vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant. Fuere item eâ tempestate, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum ejus consilii fuisse: quia Cneus Pompejus invisus ipsi, magnum exercitum ductabat; cujusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere; simul confisum, si conjuratio valuisset, facilè apud illos principem se fore. Sed antea item con-

---

Ea, pero todo esto favorecia mucho á los intentos de Catilina.

XVII. *Tentare*, explorar. *Domi*, en su patria. *Paullo occultiùs*, pero no tan manifiestos. *Quibus*, (sup. *illi*) aquellos que podian vivir con sosiego, con esplendidez y regalo. *Cujusvis*, (sup. *credebant*) se persuadian, deseaba Craso, que las fuerzas de qualquiera se aumentasen, para desbancar á Pompeyo, confiando al mismo tiempo, que si llegaba á prevalecer, &c...

Necessitudo, aquí es lo mismo que *necessitas*, pero poco usado.

Coloniis. Colonias eran los pueblos adonde enviaban los Romanos ciudadanos que los habitasen, ó que tenian derechos de Colonias. Municipios, cuyos ciudadanos tenian sus leyes, y gozaban el derecho de ciudadanos Romanos.

Spes dominationis; algunos creen, que estos eran César, Antonio, Craso y otros.

Sed antea, hace Salustio una pequeña digresion para contar otra conjuracion semejante.

juravere pauci, in quibus Catilina: de quo, quàm verissumè potero, dicam.

XVIII. L. Tullo, M. Lepido coss. P. Autronius, & P. Sulla designati consules, legibus ambitûs interrogati pœnas dederant: post paullo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum: quòd intra legitimos dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina & Autronius, circiter nonas Decemb. consilio communicato, parabant in Capitolio kalendis Januar. L. Cottam, & L. Torquatum coss. interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere: eâ re cognitâ, rursus in nonas Februar. consilium cædis transtulerunt: jam tum non consulibus modò, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur: quòd ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare; eo die post conditam urbem Romam pessumum facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

XIX. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnitente Crasso; quòd eum infestum Cn. Pompejo cognoverat: neque tamen sena-

---

Quam verissume, con la mayor puntualidad.

XVIII. *Interrogati*, requeridos en juicio por haber quebrantado las leyes establecidas contra el soborno. *Pecuniarum*, convencido de estafas. *Legitimos*, dentro del término que la ley mandaba. *Profiteri*, dar sus descargos. *Factiosus*, sedicioso. *Maturasset*, y si no se hubiera adelantado. *Pro*, delante. *Patratum*, se hubiera aquel dia cometido la mas horrible maldad, que se vió jamas desde la fundacion de Roma: el no haber concurrido bastante gente armada malogró la empresa.

XIX. *Adnitente*, por los esfuerzos de Craso...

Ambitus, por la ley Calpurnia los convencidos de soborno eran degradados de la dignidad senatoria, y multados en dinero.

Repetundarum, se le acusaba á Catilina de que quando estuvo de Propretor en Africa, habia estafado la Provincia, y estando aun su causa en pie, por no haberse sincerado en el término que daba la ley; no podia ponerse su nombre en la lista de los candidados para el consulado.

Curia, el lugar donde se juntaba el senado, que no era siempre uno mismo.

tus provinciam invitus dederat: quippe fœdum hominem à republ. procul abesse volebat: simul quia boni complures præsidium in eo putabant, & jam tum potentia Cn. Pompeji formidolosa erat. Sed is Piso in provinciam, ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati: alii autem equites illos, Cn. Pompeji veteres fidosque clientes, voluntate ejus Pisonem adgressos: numquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæva multa antea perpessos: nos eam rem in medio relinquimus. De superiori conjuratione satis dictum.

XX. Catilina, ubi eos, quos paullo ante memoravi, convenisse videt; tametsi cum singulis multa sæpe egerat; tamen, in rem fore credens universos appellare & cohortari, in abditam partem ædium secessit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuscemodi habuit.

Ni virtus, fidesque vestra satis spectata mihi foret, nequidquam opportuna res cecidisset: spes magna dominationis in manibus frustra fuisset: neque per ignaviam aut vana ingenia, incerta pro certis captarem: sed, quia multis & magnis tempestatibus vos cognovi fortes, fidosque mihi, eò animus ausus est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere; simul, quia vobis eadem, quæ mihi, bona, malaque esse in-

---

Senatus invitus, y el senado no se hizo de rogar para darle el gobierno. *Fœdum*, vil, infame. *In eo*, que en éste consistia la defensa de la república. (Esto es, en Pompeyo.) *Imperia*, (*plural por singular.*) su procedimiento injusto, inhumano, y tiránico en el mandar. *Nos eam*, pero yo no me inclino á uno ni á otro. *Superiori*, primera.

XX. *In rem*, que convendria. *Omnibus*, quedando solos los conjurados. *Spectata*, si yo no tuviera bien conocido vuestro valor y lealtad, en vano se nos hubiera presentado una ocasion tan favorable: en valde tendriamos en nuestras manos la esperanza del mando; ni yo, valiéndome de hombres cobardes ó inconstantes, tomaria lo incierto por lo seguro. *Tempestatibus*, peligros. *Animus ausus*, me he atrevido á emprender la accion mas heróica y gloriosa...

Ausus, un arrojo para los malos, es una hazaña grande y honrosa.

tellexi: nam, idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed, ego quæ mente agitavi, omnes jam antea diversi audistis. Ceterùm mihi in dies magis animus accenditur, cùm considero, quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmetipsos vindicamus in libertatem: nam, postquam resp. in paucorum potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchæ vectigales esse: populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si resp. valeret, formidini essemus: itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reliquerunt pericula, repulsas, judicia, egestatem: quæ quousque tandem patiemini, fortissumi viri? nonne emori per virtutem præstat, quàm vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verùm enimverò proh Deûm atque hominum fidem, victoria in manu nobis est: viget ætas, animus valet: contra illis, annis atque divitiis omnia consenuerunt: tantummodo incœpto opus est: cetera res expediet: etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari, & montibus coæquandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas, aut ampliùs domos continuare; nobis larem familiarem nusquam ullum esse?

Agitavi, lo que tengo trazado. *Diversi*, separados. *Nisi*, si no nos ponemos en libertad. *Concessit*, cayó en manos, y en el poder de, &c. *Pendere*, les pagaron tributos. *Vulgus fuimus*, (sup. *illis*), nos tuvieron por populacho, por las heces del pueblo, sin valimiento. *Obnoxii*, sujetos á los mismos que nos temerian, si la república conservase sus fueros. *Judicia*, procesos. *Præstat*, ¿no vale mas morir valerosamente, que perder con afrenta una vida infeliz y deshonrada, despues de haber servido de juguete á la arrogancia de los demas? *Verùm enim*, pero en realidad de verdad os juro por los Dioses y los hombres, la victoria la tenemos en la mano. *Cetera*, lo demas los sucesos lo allanarán. *Quis mortalium*, ¿qué hombre que se precia de serlo, puede sufrir que ellos tengan riquezas de sobra? *Larem familiarem*, ¿y que nosotros no tengamos ni aun una pobre choza?...

cùm tabulas, signa, toreumata emunt, nova diruunt, alia ædificant: postremò omnibus modis pecuniam trahunt, vexant: tamen summâ lubidine divitias suas vincere nequeunt: at nobis est domi inopia, foris æs alienum; mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? en illa, illa, quam sæpe optastis, libertas; præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt: fortuna ea omnia victoribus præmia posuit: res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica, magis quàm oratio mea, vos hortentur: vel imperatore, vel milite me utemini: neque animus, neque corpus à vobis aberit: hæc ipsa, ut spero, vobiscum unà consul agam: nisi fortè me animus fallit, & vos servire magis, quàm imperare, paratis estis.

XXI. Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res, neque spes bona ulla: tametsi illis quieta movere, magna merces videbatur; tamen postulare plerique, uti proponeret, quæ conditio belli foret: quæ armis præmia peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistra-

---

Toreumata. obras de relieve, plata cincelada. *Trahunt*, desperdician y malrotan. *Vincere*, agotar sus caudales con sus excesivas profusiones. *Mala res*, males al presente, y peores esperanzas para lo venidero. *Sita sunt*, las teneis á la vista. *Res*, el caso en que nos hallamos, la ocasion, &c. sean mas eficaces que mis palabras para exhortaros; valeos de mí, &c. *Neque*, ni os faltaré con el consejo, ni con mi persona.

XXI *Neque res*, ni tenian que perder, ni esperanza de mejor fortuna: aunque les parecia sacar grande ganancia de alterar la tranquilidad de la ciudad. *Quid ubique*, que ventajas y esperanza se podian prometer...

Vexant. Daniel Crispino quiere que se refiera á *pecuniar*, fundado sin duda en que *vexo* como freqüentativo de *veho*, significa llevar de una parte á otra; y así diríamos: giran con el dinero: otros suplen *pauperes*, maltratan á los pobres. Esto es mas ageno del sentido.

Animam, vida. *Metonymia*.

Expergiscimini, porque no despertais (metáfora). Los supone como dormidos para no conocer los males que sufrian.

Tabulas novas, nuevos decretos. (para no pagar las deudas que tenian). Habia unas tablas públicas, donde no solo se sentaban las facultades de cada uno, sino tambien lo que debia y le debian. Quando la plebe estaba tan adeudada, que no po-

tus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum atque lubido victorum fert: præterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sitium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat, hominem & familiarem, & omnibus necessitudinibus circumventum: cum eo Consulem se initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos: suorum unumquemque nominans, laudare, admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea præda fuerat. Postquam omnium animos alacris videt, cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit.

XXII. Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habitâ, cùm ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde, cùm post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eò dictitare fecisse, quò inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii: nonnulli ficta & hæc, & multa præterea existumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant: nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

Circumventum. oprimido de todo linage de miserias. *Ad hoc*, prorrumpió tambien contra todos los buenos en todo género de injurias. *Admonere*, traerles á la memoria. *Quibus*, á quienes habia servido para sus robos. *Alacris*, dispuestos.

XXII. *Populares*, fautores. *Circumtulisse*, que pasó vasos de vino mezclado con sangre humana. *Post*, despues del juramento. *Atque dictitare*, les decia haberlo hecho, para que sabiendo cada qual la maldad de su compañero, fuesen mas fieles entre sí. *Qui Ciceronis*, que creían se apaciguaba, ó disminuía el aborrecimiento, que despues se originó contra Ciceron. *Pro magnitudine*, segun su enormidad...

---

dia va pagar, se publicaba una ley que perdonaba el todo ó parte de la deuda; y esta abrogacion de las deudas llamaban *tabulas novas*, porque abrogadas las antiguas, habia que formar otras.

Proscriptionem, proscriptos se llamaban aquellos, cuyos nombres se ponian en público para que qualquiera les pudiese quitar la vida: se saqueaban sus bienes, ó vendian á vil precio.

XXIII. Sed in ea conjuratione fuit Q. Curius natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus: quem censores senatu probri gratiâ moverant: huic homini non minor vanitas inerat, quàm audacia: neque reticere, quæ audierat, neque suamet ipse scelera occultare; prorsus neque dicere, neque facere, quidquam pensi habebat: erat ei cum Fulvia, muliere nobili, ** vetus consuetudo: cui cùm minùs gratus esset, quòd inopiâ minus largiri poterat, repentè glorians, maria montîsque polliceri cœpit, minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret: postremò ferociùs agitare, quàm solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii causâ cognitâ, tale periculum reipubl. haud occultum habuit; sed sublato auctore, de Catilinæ conjuratione, quæ quo modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni: namque antea pleraque nobilitas invidiâ æstuabat, & quasi pollui consulatum credebat, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret: sed, ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.

XXIV. Igitur, comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius: quod factum primò populares conjurationis concusserat: neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; ar-

---

XXIII. *Quem censores*, á quien los censores con ignominia habian degradado de la dignidad senatoria. *Huic homini*, este hombre era no menos vano que arrojado, ni callaba lo que sabia, ni ocultaba sus propios delitos; finalmente, ni tenia reparo en cometer qualquiera maldad, ni en publicarla. *Glorians repente*, hecho fanfarron de repente. *Agitare*, á tratarla con mas aspereza de lo que antes solia. *Insolentiæ*, de su desacostumbrado desden. *Auctore sublato*, sin nomorar por quien lo habia sabido. *Invidia*, (*in Ciceronem*) se abrasaba en odio contra Ciceron, creyendo que se manchaba la dignidad consular en cierto modo. *Novus*, noble de quatro dias. *Postfuere*, pospusieron su aborrecimiento y soberbia.

XXIV. *Concusserat*, sobrecogió...

Maria montîsque, adagio latino, que corresponde al castellano: prometer el oro y el moro; esto es, hacer grandes promesas.

Novus, llamaban los Romanos hombres nuevos á aquellos cuyos mayores no habian obtenido ninguna magistratura.

ma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam suâ, aut amicorum fide sumtam mutuam, Fæsulas ad Manlium quemdam portare; qui postea princeps fuit belli faciundi. Eâ tempestate plurimos cujusque generis homines adscivisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot, quæ primò ingentis sumtus **** toleraverant: post, ubi ætas tantummodo quæstui neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant: per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere sibi, vel interficere.

XXV. Sed in his erat Sempronia; quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat: hæc mulier genere atque formâ, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit: literis Græcis & Latinis docta; psallere & saltare elegantiùs, quàm necesse est probæ: ***** sed ei cariora semper omnia, quàm decus atque pudicitia fuit: pecuniæ, an famæ minùs parceret, haud facilè discerneres; ***** sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conscia fuerat, luxuriâ, atque inopiâ præceps abierat; verùm ingenium ejus haud absurdum posse versus facere; jocum movere; sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci; prorsus multæ facetiæ, multusque lepos inerat.

Fide, en nombre. *Toleraverant*, que al principio habian sufrido crecidos gastos. *Modum*, puso término á sus ganancias. *Conflaverant*, habian contraido deudas excesivas. *Servitia*, sublevar á los esclavos de Roma.

XXV. *Quæ multa*, que habia cometido muchos arrojos varoniles. *Psallere*, cantaba y bailaba con mas destreza de lo que requiere la modestia de una muger. *Cariora*, nada estimaba menos que, &c. *Haud*, con dificultad se podria discernir si era mas pródiga del dinero, que de su estimacion. *Fidem*, habia faltado á su palabra, y négado con juramento lo que se le habia confiado; habia tenido parte en homicidios; y su luxuria y pobreza la habian precipitado en mil maldades; pero de un ingenio tan bueno que sabia componer en verso, excitar la risa, (ó como quieren otros, dar bayeta) y usar de lenguage unas veces honesto, otras alagüeño y provocativo; finalmente, tenia singular gracia y donaire en el hablar...

Ingenium, Salustio nos da á entender que el talento de Sempronia á todo se acomodaba, á lo serio, y á lo burlesco; á aparentar virtud, y á la desenvoltura.

XXVI. His rebus comparatis, Catilina nihilominus in proxumum annum consulatum petebat; sperans, si designatus foret, facilè se ex voluntate Antonio usurum: neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni: neque illi tamen ad cavendum dolus, aut astutiæ deerant: namque à principio consulatus sui multa per Fulviam pollicendo effecerat, ut Q. Curius, de quo paullo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet: ad hoc, collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempub. sentiret: circùm se præsidia amicorum atque clientium occultè habebat. Postquam dies comitiorum venit, & Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas consuli fecerat, prosperè cessere; constituit bellum facere, & extrema omnia experiri, quoniam, quæ occultè tentaverat, aspera, fœdaque evenerant.

XXVII. Igitur C. Manlium Fæsulas, atque in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit, præterea alium aliò, quem ubique opportunum sibi fore credebat: interea Romæ multa simul moliri, consuli insidias tendere: parare incendia: opportuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse: item alios jubere, hortari, utì semper intenti, paratique essent: dies, noctesque festinare, vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari: postremò, ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempestâ nocte conjurationis principes convocat penes M. Porcium Leccam: ibique multa

---

XXVI. *Usurum*, que manejaria á Antonio como quisiese. *Pactione*, baxo el concierto de cederle el gobierno de la Macedonia. *Ne*. á que no maquinase contra la república. *Prospere cessere*, no le salieron bien ni su pretension, ni sus asechanzas armadas contra el cónsul. *Quoniam*, porque sus intentos ocultos le salieron frustrados é infaustos.

XXVII. *Camertem*. natural de Camerino. á la marca de Ancona. *Alium*, otros á diversos lugares, segun y donde creía convendrian para sus intentos. *Cum telo*. nunca estaba desarmado. *Festinare*, no cesaba de dia y de noche. *Neque insomniis*, sin que le quebrantase la falta de sueño, ni el trabajo. *Nocte intempesta*, á deshora de la noche..

His rebus, dispuestas así las cosas: alude al consulado que se dió á Ciceron y Antonio.

de ignavia eorum questus, docet se præmisisse Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat, item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si priùs Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis multum officere.

XXVIII. Igitur, perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius eques Romanus operam suam pollicitus, & cum eo L. Varguntejus senator, constituere eâ nocte paullo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, & de improviso domi suæ imparatum confodere. Curius, ubi intelligit, quantum periculum consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat: ita illi januâ prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul ac dolore injuriæ novarum rerum cupidam; quòd Sullæ dominatione agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cujusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

XXIX. Ea cùm Ciceroni nunciarentur, ancipiti malo permotus, quòd neque urbem ab insidiis privato consilio longiùs tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus, aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quòd plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respub. detrimenti caperet: ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis

---

Officere, perjudicaba mucho.

XXVIII. *Dubitantibus*, suspensos. *Operam*, su persona. *Sicuti salutatum*, como que iban á visitarle. *Imparatum*, cogiéndole desprevenido, coserlo á puñaladas improvisamente. *Prohibiti*, no habiendo tenido entrada. *Novarum*, novedades, mudanzas de gobierno. *Quibus*, á quienes nada quedó de sus robos, por haberlo gastado en luxo y desordenes.

XXIX. *Ancipiti*, del mal que por dos lados amenazaba. *Privato*, defender por sí solo por mas tiempo. *Exagitatam*, de que va antes se habia hablado en los corrillos del vulgo. *Coercere*, obligar á que concurran.

socios atque civîs: domi militiæque imperium atque judicium summum habere: aliter, sine populi jussu, nulli earum rerum consuli jus est.

XXX. Post paucos dies L. Senius senator in senatu literas recitavit, quas Fæsulis allatas sibi dicebat à Q. Fabio; in quibus scriptum erat, C. Manlium arma cepisse cum magna multitudine ante diem VI. kal. Novemb.: simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nunciabant: alii, conventus fieri, arma portari: Capuæ, atque in Apulia servile bellum moveri. Igitur senati decreto Q. Marcius Rex Fæsulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam, circùmque ea loca missi: hi utrique ad urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent, calumniâ paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat; sed prætores Q. Pompejus Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent: ad hoc, si quis indicasset de conjuratione, quæ contra rempubl. facta erat, præmium, servo libertatem & H. S. centum; libero impunitatem ejus rei & H. S. ducenta. Itemque decrevere, uti familiæ gladiatoriæ Capuam & in cetera municipia distribuerentur pro cujusque opibus, Ro-

---

XXX. *In quibus*, cuyo contenido era. *Portenta*, cosas horribles y espantosas (esto es, de mal pronóstico.) *Conventus*, juntas. *Circùmque*, y á sus contornos. *Impediti*, se les habia estorbado entrar en triunfo. *Pro tempore*, segun la necesidad y el peligro. *Indicasset*, descubria la conjuracion. *Libero*, si era libre quedar sin castigo, y doscientos sestercios. *Familiæ*, quadrillas de gladiadores. *Cujusque*, segun las facultades de cada pueblo...

Senati, en lugar de *Senatûs*, archaismo.

Marcius Rex, sobrenombre de la familia de los Marcios por descender de Anco Marcio, quarto Rey de los Romanos.

Creticus, llamábase así por haber conquistado á Creta, como á Escipion se le dió el nombre de Africano.

Gladiatoriæ, dábase este nombre de familia á aquellos, que aprendian ó servian á un maestro de esgrima. Repartiéronse por los municipios, para que no se alborotasen entonces á rio vuelto, como antes lo habian hecho.

mæ per totam urbem vigiliæ haberentur, eisque minores magistratus præessent.

XXXI. Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat: ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repentè omnis tristitia invasit: festinare, trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula metiri: ad hoc, mulieres, quibus rei pro magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese; manus supplices ad cœlum tendere; miserari parvos liberos: rogitare; omnia pavere; superbiâ atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat, tametsi præsidia parabantur, & ipse lege Plautiâ interrogatus erat ab L. Paulo: postremò, dissimulandi causâ, & quasi sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit. Tum M. Tullius consul, sive præsentiam ejus timens, sive irâ commotus, orationem habuit luculentam atque utilem reipubl. quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, postulare à patribus, ne quid de se temere crederent: eâ familiâ ortum, ita ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne existumarent, sibi patritio homini, cujus ipsius atque majorum plurima beneficia in plebem Rom. essent, perditâ republ. opus esse, cùm eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ; ad hoc, maledicta

---

Vigiliæ, y que por la noche por toda la ciudad anduviesen rondas cuidando de esto los magistrados menores.

XXXI. *Permota*, los ciudadanos estaban conmovidos, y mudó de semblante la ciudad. *Pepererat*, ocasionado. *Invasit*, se siguió todo género de tristeza: todos andaban azorados y asustados, sin fiarse de lugar, ni de persona alguna. *Rei pro*, á vista de la grandeza del suceso. *Miserari*, se lastimaban de sus tiernos hijos, y acudian con rogativas á los Dioses. *Superbia*, dexando el fausto y regalo. *Sibi*, de su suerte. *Eadem illa*, no desistia de sus intentos. *Interrogatus*, se le habia hecho cargo de su proceder segun la ley, &c. *Sicuti*, como si le hubieran puesto una querella injusta. *Edidit scriptam*, publicó. *Omnia*, para disimular todo lo que le acumulaban. *Ea familia*, que de un nacimiento y conducta como la suya desde su juventud, no debian prometerse sino todo bien. *Inquilinus*, un ciudadano forastero, qual era M. Tulio. *Maledicta*, injurias...

alia cùm adderet, obstrepere omnes: hostem atque parricidam vocare: tum ille furibundus: Quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruinâ exstinguam.

XXXII. Dein se ex curia domum proripuit: ibi multa secum ipse volvens, quòd neque insidiæ consuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optumum factu credens exercitum augere, ac priùs quàm legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello usui forent, nocte intempestâ cum paucis in Manliana castra profectus est; sed Cethego, atque Lentulo, ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent, cædem, incendia, aliaque belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

XXXIII. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Marcium Regem mittit cum mandatis hujusmodi.

Deos hominesque testamur, imperator, nos arma, neque contra patriam cepisse, neque quò periculum aliis faceremus, sed utì corpora nostra ab injuria tuta forent: qui miseri, egentes, violentiâ atque crudelitate fœneratorum, plerique patriâ, sed omnes famâ atque fortunis expertes sumus: neque cuiquam nostrûm licuit more majorum lege uti, neque amisso patrimonio, corpus liberum habere: tanta sævitia feneratorum atque

---

Obstrepere, á dar voces contra Catilina. *Circumventus*, supuesto, dixo, que me veo calumniado, y precipitado por mis enemigos, apagaré con vuestra ruina el incendio, que contra mí se ha causado.

XXXII. *Optumum factu*, por lo mas acertado. *Ante capere*, prevenir de antemano muchas cosas. *Promptam*, que sabia eran los mas determinados. *Quibus*, que por todos los medios posibles afiancen el poder de la conjuracion, se den prisa á asesinar al Cónsul.

XXXIII. *Legatos*, comisionados de los suyos. *Cum mandatis hujusmodi*, encargándoles lo siguiente. *Periculum*, ni para hacer daño á nadie. *Plerique*, los mas hemos perdido nuestra patria, y todos nuestro crédito y hacienda. *Uti lege*, usar del privilegio de las leyes, (contra las usuras)...

Corpus liberum, alude á una ley de las doce tablas, que permitia á los acreedores tener á sus deudores en su pro-

prætoris fuit. Sæpe majores vestrûm miseriti plebis Rom. decretis suis inopiæ ejus opitulati sunt: ac novissumè memoriâ nostrâ, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum ære solutum est. Sæpe ipsa plebes, aut dominandi studio permota, aut superbiâ magistratuum armata, à patribus secessit: at nos non imperium, neque divitias petimus; quarum rerum causâ, bella atque certamina omnia inter mortalís sunt; sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. Te, atque senatum obtestamur, consulatis miseris civibus; legis præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, restituatis; neve nobis eam necessitudinem imponatis, ut quæramus, quonam modo, maxumè ulti sanguinem nostrum, pereamus.

XXXIV. Ad hæc Q. Marcius respondit: si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: eâ mansuetudine atque misericordiâ senatum populumque Romanum semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiverit. At Catilina ex itinere plerisque consularibus, præterea optumo cuique literas mittit; se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exilium proficisci, non quò sibi tanti sceleris conscius esset; sed utì resp. quieta foret, neve ex sua contentione seditio oriretur.

Opitulati sunt, ampararon su miseria. *Volentibus*, con aprobacion de. *Secessit*, se rebeló contra el senado. *Anima*, con la vida. *Neve*, ni nos pongais en el extremo de perecer, despues de haber tomado venganza de nuestra destruccion.

XXXIV. *Non quò*, no porque le remordiese la conciencia de tan enorme delito. *Contentione*, y por su resistencia no se levantase un tumulto...

---

pia casa con grillos y cadenas, sacarlos á vender, y aun poder desquartizar (*secare in partes*) á los deudores reacios. Esta ley la moderó Petilio, mandando que solo la hacienda, y no la persona, estuviese á la satisfaccion de las deudas, y esta ley es la que no se guardaba con los de Manlio.

Ære, se reduxo á la quarta parte el pago de las deudas: conforme á una ley que permitia esta rebaxa, como si dixera: por cada denario de plata *argentum*, se pagó un sestercio de metal *ære*.

Quarum rerum causâ, verdad comprobada con todas las historias del mundo.

Ab his longè diversas literas Q. Catulus in senatu recitavit; quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat: earum exemplum infra scriptum est.

XXXV. *L. Catilina Q. Catulo S. Egregia tua fides, re cognitâ, grata mihi, magnis in meis periculis fiduciam commendationi meæ tribuit: quamobrem defensionem in consilio novo non statui parare: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi: quæ medius fidius licet vera mecum recognoscas. Injuriis, contumeliisque concitatus, quòd fructu laboris industriæque meæ privatus, statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi: non, quin æs alienum meis nominibus ex possessionibus solvere possem, cùm & alienis nominibus liberalitas Aureliæ Orestillæ suis, filiæque copiis persolverèt: sed, quòd non dignos homines honore honestatos videbam, meque falsâ suspicione alienatum esse sentiebam; hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conservandæ sum secutus. Plura cùm scribere vellem, nunciatum est mihi vim parari. Nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado: eam ab injuria defendas per liberos tuos rogatus. Aveto.*

XXXVI. Sed ipse, paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro Reatino, dum vicinitatem an-

---

Nomine, de parte. *Exemplum*. su copia es la siguiente.

XXXV. *Egregia*, tu gran fidelidad, que tengo bien experimentada, y que en mis mayores peligros me ha sido muy apreciable, me pone en la confianza de recomendarte el estado de mis cosas: por tanto no pienso hacer una defensa de mi nueva resolucion: pero sí, dar una prueba á todo el mundo de que no me remuerde la conciencia en todo lo que he hecho: lo qual á fé mia puedes reconocer conmigo ser verdad. *Statum*, no se me daba el honor que me correspondia. *Non, quin*, no porque no pudiese pagar con mis posesiones el dinero que tomé prestado en mi nombre, quando la liberalidad de Aurelia Orestila pagó con su hacienda y la de su hija lo que tomé con fianzas agenas. *Alienatum*, excluido de los honores. *Eo nomine*, por este motivo. *Pro meo*, segun el estado en que me hallo. *Reliquæ*, el poco honor que me han dexado. *Vim*, que se arma gente contra mí. *Rogatus*, rogándote por el amor que tienes a tus hijos, que, &c.

XXXVI. *Reatino*, en el territorio de Rieti. *Dum*, mientras provee de armas á los pueblos comarcanos que antes habia sublevado.

tea sollicitatam armis exornat, cum fascibus, atque aliis imperii insignibus, in castra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, senatus Catilinam & Manlium hostes judicat; ceteræ multitudini diem statuit, antequam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis: præterea decernit, uti consules delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet; Cicero urbi præsidio sit. Eâ tempestate mihi imperium populi Rom. multò maxumè miserabile visum est: cui cùm ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent; fuere tamen cives, qui seque, remque publicam obstinatis animis perditum irent: namque, duobus senati decretis, ex tanta multitudine, neque præmio inductus conjurationem patefecerat, neque ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat: tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat.

XXXVII. Neque solùm illis aliena mens erat, qui conscii conjurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes novarum rerum studio Catilinæ incœpta probabat: id adeo more suo videbatur facere: nam semper in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant; odio suarum rerum mutari omnia student; turbâ atque seditionibus sine cura aluntur: quoniam egestas facilè habetur sine damno. Sed urbana plebes ea verò præceps ierat

---

Judicat, declara. *Ceteræ*, para los demas de la conjuracion señala dia fixo, antes que impunemente pudiesen dexar las armas, excepto los que tenian pena capital. *Delectum*. Levan levas de gente. *Domita*, obedeciendo el mundo entero conquistado por sus armas desde &c. *Domi*, gozando Roma de paz y abundancia de riquezas, bienes en la consideracion de los hombres, los mas estimables. *Irent perditum*, intentaban arruinarse á sí mismos, y á la república. *Tanta vis*, tan grave dolencia habia cundido, como mal contagioso, por los mas de los ciudadanos.

XXXVII. *Aliena mens*, intencion torcida. *Id adeo*, tan conforme á su costumbre obraba en esto. *Turba*, de tumultos y vandos, sin pasar cuidado por nada, porque el infeliz nada tiene que perder. *Præceps ierat*, habia cometido este exceso por muchas razones...

Quibus (sup. *illi.*)

multis dé causis. Primùm omnium, qui ubique probro, atque petulantiâ maxumè præstabant; item alii per dedecora patrimoniis amissis; postremò omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam, sicuti in sentinam, confluxerant: dein multi, memores Sullanæ victóriæ, quòd ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu atque cultu ætatem agerent. Sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat: præterea juventus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori prætulerat, eos atque alios omnis malum publicum alebat: quò minùs mirandum est, homines egentîs, malis moribus, maxumâ spe, reipublicæ juxta ac sibi consuluisse; præterea, quorum victoriâ Sullæ parentes proscripti, bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud sane alio animo belli eventum exspectabant: ad hoc quicumque aliarum, atque senatûs, partium erant, conturbari rempubl. quàm minùs valere ipsi malebant: id adeo malum multos post annos in civitatem reverterat.

XXXVIII. Nam postquam Cn. Pompéjo, & M. Crasso Coss. tribunitia potestas restituta est, homines adolescentes, summam potestatem nacti, quibus ætas ani-

---

Qui ubique, los que habia en todas partes mas señalados por sus infamias y desvergüenza. *Per dedecora*, en malos tratos. *Confluxerant*, habian acudido á Roma, como á una sentina de maldades. *Gregariis militibus*, de soldados rasos hechos senadores. *Ut regio victu*, que en la ostentacion y trato vivian como reyes. *Manuum mercede*, que con el trabajo de sus brazos habian sostenido su pobreza en el campo, engolosinados con las dádivas del público y de los particulares, antepusieron el descanso de Roma á su afanado trabajo. *Omnis* (sup. *generis*), de todas castas. *Juxta*, mirasen tan poco por sí, como por la república. *Quicumque*, todos los que no eran del modo de pensar del senado, mas querian se alborotase la república, que el no tener ellos ninguna autoridad: de tal suerte volvio a apoderarse de la ciudad despues de tanto tiempo este mal.

XXXVIII. *Restituta est*, se restituyéron sus fueros á los tribunos de la plebe, en el consulado &c. *Adolescentes*, logrando este su-

---

Sentinam, metafora. Propiamente significa aquel lugar inferior de la nave, donde se juntan y caen las inmundicias.

Tribunitia, el año 683 de Roma, siete antes de la conjuracion de Catilina.

musque ferox erat, cœpere, senatum criminando, plebem exagitare; dein largiundo atque pollicitando, magis incendere; ita ipsi clari, potentesque fieri: contra eos summâ ope nitebatur pleraque nobilitas, senatûs sub specie, pro sua magnitudine. Namque uti paucis verum absolvam, per illa tempora quicumque remp. agitavere, honestis nominibus alii, sicuti jura populi defenderent; pars, quo senatûs auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant: neque illis modestia, neque modus contentionis erat: utrique victoriam crudeliter exercebant.

XXXIX. Sed, postquam Cn. Pompejus ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est, plebis opes imminutæ, paucorum potentia crevit: hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere; ceterosque judiciis terrere, quò plebem in magistratu placidiùs tractarent. Sed ubi primùm dubiis rebus novandis spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexit. Quòd si primo prælio Catilina superior aut æquâ manu discessisset, profectò magna clades atque calamitas rempub. oppressisset; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius eâ uti licuisset, quin defessis & exsanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen ex-

---

premo magistrado, gente de poca edad y genio fogoso. *Exagitare*, conmover. *Contra eos*, la mayor parte de la nobleza se les oponia con los mayores esfuerzos, so color de defender al senado; pero en realidad de verdad por su engrandecimiento. Pues para decir en una palabra la verdad del hecho &c. *Nominibus honestis*, con pretextos honrosos. *Simulantes*, aparentando mirar por el bien comun, cada qual intentaba crecer en poder. *Neque illis*, ni ellos en sus porfias guardaban moderacion ni tasa. *Exercebant*, procuraban.

XXXIX. *Innoxii*, vivian impunemente con prosperidad y sin temor alguno. *Judiciis*, con demandas. *Quò*, para que tratasen mejor al pueblo en su ministerio. *Dubiis rebus*, para revolverlo todo, dispertó los ánimos la antigua discordia (entre nobles y plebeyos). *Superior*, hubiera salido vencedor, ó á lo menos no vencido. *Defessis*, sin que otro mas poder no les hubiera quitado de las manos el imperio y la libertad, por hallarse ya debilitados y sin fuerzas...

Maritimum, comenzó año 686, la de Mitridates en 687.

Innoxii, tiene significacion pasiva en este lugar, pues como activo significa el que no daña.

tra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt; in his erat Fulvius senatoris filius: quem retractum ex itinere parens necari jussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortunâ novis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat; neque solùm cives, sed cujuscumque modi genus hominum, quod modò usui bello foret.

XL. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat; eosque, si possit, impellat ad societatem belli; existumans publicè, privatimque ære alieno oppressos, præterea quòd naturâ gens Gallica bellicosa esset, facilè ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quòd in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat: itaque sine mora, ubi primùm legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu civitatis, & quasi dolens ejus casum, requirere cœpit, quem exitum tantis malis sperarent. Postquam illos videt queri de avaritia magistratuum, accusare senatum, quòd in eo auxilii nihil esset; miseriis suis remedium mortem exspectare; *At ego*, inquit, *vobis, si modò viri esse vultis, rationem ostendam, quâ tanta mala ista effugiatis.* Hæc ubi dixit, Allobroges in spem maxumam adducti, Umbrenum orare, uti sui misereretur: nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quòd non cupidissumè facturi essent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum Decii Bruti perducit; quòd foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam; nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabinium accersit, quò major auctoritas sermoni inesset: eo præsente conjurationem aperit: nominat socios, præterea multos cujusque generis innoxios, quò legatis animus amplior esset: dein eos pollicitos operam suam, domum dimittit.

Quod modò. con tal que pudiesen tomar las armas.

XL. *Publice*, por sí mismo, y a nombre de su patria. *Negotiatus*, habia traficado. *Requirere*, comenzó á sonsacarlos. *Si modo*, si sois hombres de valor. *Dum*, á trueque de que esto librase de las deudas a su ciudad. *Neque aliena*, y no estaba ignorante de la trama. *Innoxios*, que nada sabian de la conjuracion. *Operam*, sus personas.

XLI. Sed Allobroges diu in incertum habuere, quidnam consilii caperent. In altera parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriæ: at in altera majores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna reipub. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio civitas plurimùm utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium conjurationis vehementer simulent; ceteros adeant; bene polliceantur; dentque operam, ut eos quàm maxumè manifestos habeant.

XLII. Iisdem ferè temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Namque illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsultè, ac veluti per dementiam cuncta simul agere: nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor, ex S. C. causâ cognitâ, in vincula conjecerat; item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei provinciæ legatus præerat.

XLIII. At Romæ Lentulus cum ceteris, qui principes conjurationis erant, paratis, uti videbatur, magnis copiis, constituerat, uti, cùm Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habitâ, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissumi invidiam optumo consuli imponeret: eo

---

XLI. *In incertum*, anduvieron por mucho tiempo pensativos. *Hæc illis*, recapacitando ellos todo esto. *Simulent*, que aparenten todo lo posible que desean la conjuracion; traten con los demas conjurados, les den buenas esperanzas, y procuren que se descubra del todo.

XLII. *Brutio*, Abruzzo, la Pulla. *Motus*, alborotos. *Dimiserat*, habia despachado á aquellas partes. *[illegible]*, en todo procedian arrebatada y locamente. *Festinando, agitando*, obrando en todo con apresuracion y arrebato. *Conjecerat in vincula*, habia puesto en prisiones. *Legatus*, en clase de lugarteniente gobernaba aquella provincia.

XLIII. *Actionibus*, de los procedimientos. *Belique*, y échase la culpa de guerra tan temible al mejor cónsul que hubo en Roma jamas...

Civitas (sup. *Allobrogum*), en Roma tenian todas las ciudades ciertos como Patronos ó Procuradores de los mismos Romanos para sus intereses.

signo proxumâ nocte cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur. Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quò tumultu facilior aditus ad consulem, ceterosque, quibus insidiæ parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis januam obsideret, eumque vi aggrederetur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent; simul, cæde & incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere; facto, non consulto in tali periculo opus esse: seque, si pauci adjuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum: naturâ ferox, vehemens, manu promptus erat: maxumum bonum in celeritate putabat.

XLIV. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant jusjurandum, quod signatum ad cives perferant: aliter haud facilè eos ad tantum negotium impelli posse: ceteri nihil suspicantis dant: Cassius semet eò brevi venturum pollicetur, ac paullo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Volturtium quemdam Crotoniensem mittit, ut Allobroges, priùs quàm domum pergerent, cum Catilina datâ atque acceptâ fide, societatem confirmarent: ipse Volturtio literas ad Catilinam dat: quarum exemplum infra scriptum est: *Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac cogites in quanta calamitate sis, & memineris, te*

Suum quisque. hiciese cada uno su deber. *Divisa*, distribuido todo en la forma siguiente. *Manu*, gran número. *Quo*, para tener con el alboroto mas facil la entrada. *Obsideret*. acordonase la casa de Ciceron. *Erumperent*, se marchasen á unirse con Catilina. *Inter*, mientras se daban estas órdenes y disposiciones. *Illos*, que ellos con su irresolucion y dilaciones perdian los mejores lances. *Languentibus*, si los demas andaban remisos. *Vehemens*, fogoso, intrépido y de valor.

XLIV. *Ex præcepto*, segun las órdenes de Ciceron. *Conveniunt*, hablan. *Signatum*, sellado. *Crotoniensem*, natural de Croton, (en la Calabria; otros Cortona, en la Toscana.) *Data*, dándose mútuamente la palabra de seguridad. *Confirmarent*, ratificasen. *Quem ad te*, por el dador de esta, conocerás quien te escribe: re-

virum esse: consideres, quid tuæ rationes postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Ad hoc mandata verbis dat: cùm ab Senatu hostis judicatus sit, quo consilio servitia repudiet: in urbe parata esse, quæ jusserit: ne cunctetur ipse propius accedere.

XLV. His rebus ita actis, constitutâ nocte, quâ proficiscerentur, Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, & C. Pomptino prætoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cujus gratiâ mittebantur: cetera, uti facto opus sit, ita agant. Homines militares, sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsident. Postquam ad id loci legati cum Volturtio venere, simul utrinque clamor exortus est: Galli, citò cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Volturtius primò cohortatus ceteros, gladio se à multitudine defendit; dein, ubi à legatis desertus est, multa priùs de salute sua Pomptinum obtestatus, quòd ei notus erat, postremò timidus, ac vitæ diffidens, velut hostibus, sese prætoribus dedit.

XLVI. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur: at illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Lætabatur intelligens, conjuratione patefactâ, civitatem periculis ereptam esse: porro autem anxius erat, in maxumo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset; pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reipublicæ fore. Igitur confirmato animo, vocari ad sese jubet Lentulum, Ce-

---

flexiona el apuro en que &c. *Rationes*, tu situacion. *Ab infimis*, aun valiéndote de los mas despreciables. Ademas de esto, le encarga le diga de palabra, que habiéndole el senado declarado enemigo, en qué se fundaba para desechar los esclavos.

XLV. *Edoctus*, informado de todo por los comisionados. *Per insidias*, emboscándose en el puente Mulvio prendan todo el acompañamiento de los Piamonteses: les dice el motivo porque los envia, y en lo demas que procedan como el caso lo pida. *Militares*, acostumbrados á semejantes expediciones. *Consilio*, al punto que conocieron el ardid. *Obtestatus*, haciendo muchas plegarias, &c.

XLVI. *Porro anxius*, pero se hallaba cuidadoso sobre lo que debia practicar, á vista de hallarse comprendidos en tan enorme maldad ciudadanos de tanta categoría: castigarlos redundaria en daño suyo; el disimular sería la ruina de la república. Y así con toda resolucion &c...

thegum, Statilium, Gabinium, itemque Ceparium Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat; ceteri sine mora veniunt. Ceparius paullo ante domo egressus, cognito indicio, ex urbe profugerat. Consul Lentulum, quòd prætor erat, ipse manu tenens in senatum perducit; reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire jubet: eò senatum advocat, magnâque frequentiâ ejus ordinis Volturtium cum legatis introducit; Flaccum prætorem scrinium cum literis, quas à legatis acceperat, eòdem adferre jubet.

XLVII. Volturtius interrogatus de itinere, de literis, postremò quid, aut qua de causa, consilii habuisset, primò fingere alia omnia, dissimulare de conjuratione; post, ubi fide publicà dicere jussus est, omnia, uti gesta erant, aperit: se paucis ante diebus à Gabinio & Cepario socium adscitum: nihil ampliùs scire, quàm legatos: tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser. Sullam, L. Varguntejam, multos præterea in ea conjuratione esse: eadem Galli fatentur: at Lentulum dissimulantem coarguunt, præter literas, sermonibus, quos ille habere solitus erat; ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Sullam antea; se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri; præterea, ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. Igitur, perlectis literis, cùm

---

Indicio cognito, habiendo olido, que se habia descubierto la trama. *Tenens*, tomando por la mano. *Custodibus*, con una compañía de soldados. *Ædem*, al templo de la diosa Concordia. *Frequentia*, á presencia de gran número de Senadores. *Scrinium*, caxita con las cartas.

XLVII. *De itinere*, preguntado acerca de su viage, y de las cartas; ultimamente, que designio llevaba, y qué le movia. *Fide publica*, con palabra de perdonarle. *Socium*, le habian obligado á entrar en la conjuracion. *Coarguunt*, le reconvienen con las cartas y conversaciones. *Ex libris*, que anunciaban los libros de las Sibilas, que el reyno de Roma recaeria sobre tres de la familia de los Cornelios. *Cui fatum foret*, quien indicaban los hados se apoderaria de la ciudad. *Quem sæpe*, el que repetidas veces los agoreros habian anunciado en vista de los prodigios, seria sangriento por las guerras civiles...

Fatum, entiendese aqui por acaecimientos de Roma. hado la serie de los inevitables

priùs omnes signa sua cognovissent, senatus decernit, ut, abdicato magistratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Ceparius (nam is paullo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur.

XLVIII. Interea plebes, conjuratione patefactâ, quæ primò cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutatâ mente, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, velut ex servitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat. Namque alia belli facinora prædæ magis, quàm detrimento fore, incendium verò crudele, immoderatum, ac sibi maxumè calamitosum putabat; quippe cui omnes copiæ in usu quotidiano, & cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem, ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum ajebant. Is cùm se diceret de conjuratione indicaturum, si fides publica data esset: jussus à consule, quæ sciret, edicere, eadem fere, quæ Volturtius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium, senatum edocet: præterea, se missum à M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne eum Lentulus & Cethegus, aliique ex conjuratione deprehensi terrerent; eòque magis properaret ad urbem accedere, quò & ceterorum animos

---

Signa, sus sellos (ó firmas, como algunos quieren.) *Abdicato*, depuesto del empleo. *Habeantur*, se les tenga en las cárceles de los nobles. *Retractus*, le habian hecho volver poco antes, yéndose huido.

XLVIII. *Mutatâ*, habiendo mudado de intencion, abominaba de las intenciones de Catilina. *Agitabat*, se ocupaba en regocijos y alegrías. *Facinora*, atrocidades. *Immoderatum*, enorme. *Quippe*, como que todos sus haberes consisten en solo comer y vestir. *Si fides*, si le daban palabra de indultarle. *Edocet*, informa al senado. *Qui Catilinæ*, para decir á Catilina, que no le acobardase la prision de &c.

Signa, eran unos anillos como los nuestros; y sin mas firma que su estampa se entendia ser del sugeto, cuyo era el anillo.

Liberis custodiis, á los nobles no los ponian en la cárcel pública, sino que, como luego dice, se les ponia al cargo de alguna persona, que no los perdiese de vista.

Plebes, nominativo antiguo de *Plebes*, *ei*, como *Fames*, *ei*; por eso *Fame* tiene la *e* larga.

Gaudium, gozo interior: *lætitia*, alegría exterior.

reficeret, & illi faciliùs è periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, summâ potentiâ; alii rem incredibilem rati; pars, tametsi verum existumabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii conclamant: indicem falsum esse, deque ea re postulant uti referatur. Itaque, consulente Cicerone, frequens senatus decernit, Tarquinii indicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum, neque ampliùs potestatem faciundam, nisi de eo indicaret, cujus consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore, qui existumarent indicium illud à P. Autronio machinatum: quò faciliùs, appellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquinium à Cicerone immissum ajebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrocinio, rempubl. conturbaret. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam.

XLIX. Sed iisdem temporibus Q. Catulus, & C. Piso neque gratiâ, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere quivere, uti per Allobroges, aut alium indicem C. Cæsar falsò nominaretur. Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant; Piso oppugnatus in judicio repetundarum, propter cujusdam Transpadani supplicium injustum; Catulus, ex petitione pontificatùs odio incensus; quòd, extremâ ætate, maxumis honori-

---

Reficeret, para animar á los demas y sacarlos quanto antes del riesgo. *Tanta vis*, que á un hombre de tanto poder mas se le debia sobrellevar, que irritar. *Obnoxii*, dependientes de Craso, por dependencias particulares. *Indicem*, la delacion. *Referatur*, que se dé cuenta al senado. *Consulente*, por consejo de Ciceron, decreta el senado pleno. *Potestatem*, no se le diese libertad, si no manifestaba quien le habia inducido á levantar tan grande calumnia. *Appellato*, nombrando á Craso en la conjuracion. *Societatem*, por el riesgo que corria su persona. *Immissum*, que le movió á ello Ciceron. *Prædicantem*, decir públicamente que Ciceron le habia imputado un delito tan afrentoso.

XLIX. *Gratiâ*, con su autoridad, ni con ruegos, ni con dinero. *Impellere*, inducir. *Nominaretur*, que le nombrase en la lista de los conjurados. *Oppugnatus*, acusado en juicio de cohecho por haber sentenciado injustamente á muerte á un habitante de un pueblo de la otra parte del rio Poo. *Quod*, porque en lo mas avanzado de su edad, y habiendo obtenido los mayores em-

bus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat. Res autem opportuna videbatur: quòd is, privatim egregiâ liberalitate, publicè maxumis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi, singillatim circumeundo, atque ementiendo quæ se ex Volturtio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant; usque adeò, uti nonnulli equites Romani, qui præsidii causâ cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsi, quò studium suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur.

L. Dum hæc in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Volturtio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diversis itineribus, opifices atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos suos, lectos & exercitatos in audaciam orabat, uti, grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiis, uti res atque tempus monebat, convocato Senatu refert, quid de iis fieri placeat, qui in custodiam traditi erant: sed eos paullo ante frequens Senatus judicaverat contra remp. fecisse: tum D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quòd eo tempore consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, & præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. An-

---

pleos, habia sido excluido de su pretension por un jovencillo como César. *Res autem*, la ocasion era la mejor. *Privatim*, por su excesiva liberalidad en su casa con sus amigos, y por los espectáculos magníficos dados al pueblo, estaba muy adeudado. *Singillatim circumeundo*, hablando privadamente con unos y con otros, y fingiendo haber oido varias cosas de boca de &c. *Conflaverant*, le habian acarreado grande odio, y en tanto grado, &c. *Studium*, su amor ácia la república.

L. *Diversis*, por diversos medios. *Opifices*, á los artesanos y esclavos de los barrios de Roma. *Familiam*, sus esclavos. *Uti, grege*, que juntandose todos con armas, entrasen de tropel donde le tenian preso. *Fecisse*, que habian obrado. *Primus*, habiéndole preguntado primero que á ninguno su parecer...

Adolescentulo, César tenia 36 años.

nio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat; isque postea, permotus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam T. Neronis iturum se dixerat: quòd de ea re, præsidiis additis, referendum censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam à consule, hujuscemodi verba locutus est.

LI. *Omnis homines, Patres Conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitiâ, irâ, atque misericordiâ vacuos esse decet. Haud facilè animus verum providet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium lubidini simul & usui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: si lubido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, P. C. qui reges, aut populi, irâ aut misericordiâ impulsi, malè consuluerint: sed ea malo dicere, quæ majores nostri contra lubidinem animi sui, rectè atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas, magna atque magnifica, quæ populi Romani opibus creverat, infida atque advorsa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodiis consultum est, majores nostri, ne quis divitiarum magis, quàm injuriæ bellum incæptum diceret, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cùm sæpe Carthaginienses, & in pace, & per inducias multa nefanda facinora fecissent, numquam ipsi per occasionem talia fecere: magis, quod se dignum foret, quàm quod in illos jure fieri posset, quærebant. Hoc item vobis providendum est, P. C. ne plùs valeat apud vos P. Lentuli, & ceterorum scelus, quàm vestra dignitas, neu magis iræ vestræ, quàm famæ consulatis. Nam si digna pœna*

Supplicium, que se debia condenar á muerte. *Pedibus*, que se arrimaria al parecer de T. Neron. *Præsidiis*, duplicando las guardias. *Ubi ad*, luego que le tocó hablar.

LI. *Consultant*, que tratan asuntos dudosos. *Haud*, no es fácil conocer el ánimo la verdad, quando se lo impiden aquellas pasiones, ni nadie acertó jamas con lo útil, siguiendo su capricho; adonde aplicares el ingenio, la razon allí manifestará su fuerza; si la pasion te preocupa, se hace dueña de todo. *Magna*, bien pudiera traeros á la memoria muchos reyes. *Malè*, erraron con sus resoluciones. *Divitiarum*, mas por codicia que por vengar la injuria. *Nefanda*, indignas de decirse. *Per occasionem*, aunque pudieron...

pro factis eorum reperitur, novum consilium adprobo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat, iis utendum censeo, quæ legibus comparata sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositè atque magnificè casum reip. miserati sunt: quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent, enumeravere: rapi virgines, pueros; divelli liberos à parentum complexu; matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent; fana atque domos exspoliari; cædem, incendia fieri; postremò armis, cadaveribus, cruore, atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortalîs, quò illa oratio pertinuit? an, uti vos infestos conjurationi faceret? scilicet, quem res tanta atque tam atrox non permovit, eum oratio accendet. Non ita est: neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo habuere: sed alia aliis licentia est, P. C.: qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundiâ deliquere, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi, in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxuma fortuna minuma licentia est: neque studere, neque odisse, sed minimè irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. Equidem ego sic existumo, P. C., omnis cruciatus minores, quàm facinora illorum esse: sed plerique mortales postrema meminere, & in hominibus impiis, sceleris eorum obliti, de pœna disserunt, si ea paullo severior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certò scio, quæ dixerit, studio reipub. dixisse, neque illum in

---

Exuperat, es mayor de lo que se puede imaginar. *Utendum*, debemos echar mano de aquellos castigos, que previenen las leyes. *Composite*, con un razonamiento adornado y magnífico se condolieron del estado miserable de la república. *Enumeravere*, recorrieron. *Collibuissent*, lo que se les antoja á los vencedores. *Fana*, templos. *Quò*, ¿á qué se dirigian aquellos discursos? acaso para irritaros contra &c. *Gravius æquo*, por mayores de lo que era justo; pero no todo es permitido á todos. *Demissi in obscuro*, los que viven ocultos y confundidos con el vulgo. *In excelso*, en elevacion, en lugar visible. *Studere*, ni apasionarse, ni aborrecer; pero menos que todo dexarse llevar de la ira. *Imperio*, en los que mandan se llama tiranía y crueldad. *Omnis cruciatus*, no hay castigo que iguale á su maldad. *Postrema*, de lo último que ven (esto es, del castigo)...

tanta re gratiam, aut inimicitias exercere: eos mores, eamque modestiam viri cognovi. Verùm sententia ejus mihi non crudelis, (quid in enim in talis homines crudele fieri potest?) sed aliena à rep. nostra videtur. Nam profectò aut metus aut injuria te subegit, Silane, consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, cùm præsertim diligentiâ clarissumi viri consulis tanta præsidia sint in armis. De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curæ, neque gaudio locum esse. Sed per deos inmortalis, quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? an, quia lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubent: an quia gravius est verberari, quàm necari? quid autem acerbum, aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos? sin, quia levius est: qui convenit in minori negotio legem observare, cùm eam in majori neglexeris? At enim quis reprehendat, quod in parricidas reipub. decretum erit? tempus, dies, fortuna, cujus lubido gentibus moderatur. Illis meritò accidet, quidquid evenerit: ceterùm vos, P. C. quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt: sed, ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempub. tractarent. Ii primo cœpere

---

Gratiam, aut, ni esto lo hace por lograr el favor de alguno, ni por alguna enemistad que tenga. *Cognovi*, conozco á fondo su índole y moderacion. *Id quod*, lo que es en realidad. *Dissolvere*, pone fin á las humanas miserias, y despues de la muerte ni hay sentimiento ni gozo. *At enim*, pero quién reprenderá, dirás tú, qualquiera resolucion que se tome contra los parricidas de la república? La condicion de los tiempos, el dia de mañana, y la fortuna que todo lo gobierna á su antojo. Bien merecido tendrán lo que les viniere. *Minus bonos*, malvados. *Exemplum*, los indignos é ineptos toman el exemplo que vieron en los dignos y aptos..

Neque curæ, sentencia impía, refuta Caton. y mas que pagana, que despues

pessumum quemque, & omnibus invisum, indemnatum necare: ea populus lætari, & meritò dicere fieri. Post ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos & malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas, servitute oppressa, stultæ lætitiæ graves pœnas dedit. Nostrâ memoriâ victor Sulla, cùm Damasippum & alios hujusmodi, qui malo reipublicæ creverant, jugulari jussit, quis non factum ejus laudabat? Homines scelestos & factiosos, qui seditionibus rempub. exagitaverant, meritò necatos ajebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Namque uti quisque domum, aut villam, postremò aut vas, aut vestimentum alicujus concupiverat, dabat operam, ut is in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paullo post ipsi trahebantur; neque priùs finis jugulandi fuit, quàm Sulla omnis suos divitiis explevit. Atque ego hæc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magna civitate multa & varia ingenia sunt: potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo per senatûs decretum consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabitur? Majores nostri, Patres Conscripti, neque consilii, neque audaciæ umquam eguere: neque superbia obstabat, quò minus instituta aliena, si modò proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt: postremò, quod ubique apud socios aut hostîs idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequebantur: imitari, quàm invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati, verberibus animadvertebant in civis, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam res-

---

Indemnatum, sin hacerle causa. *Juxta*, igualmente á buenos que á malos á su antojo. *Nostrâ*, en nuestros dias. *Exagitaverant*, que habian puesto en cuidado á la república con sus alborotos. *Vas*, alhaja. *Trahebantur*, eran arrastrados al suplicio. *Ingenia*, diversos modos de pensar. *Superbia*, ni por arrogancia dexaban de imitar los usos extraños siendo buenos. La armadura militar y las lanzas, &c. *Summum supplicium*, castigaban con el último suplicio...

Arma, aquí las defensivas, y *tela* las ofensivas.

pub. adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuscemodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, P. C. quominus novum consilium capiamus, imprimis magnam puto. Profectò virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? minumè: sed ita censeo, publicandas eorum pecunias; ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxumè opibus valent: neu quis de iis postea ad senatum referat, neve cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existumare, eum contra rempublicam & salutem omnium facturum.

LII. Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri verbo, alius alii varie assentiebantur: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, hujuscemodi orationem habuit.

Longè mihi alia mens est, Patres Conscripti, cùm res atque pericula nostra considero: & cùm sententias nonnullorum mecum ipse reputo: illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris, atque focis suis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis magis, quàm, quid in illos statuamus, consultare. Nam cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt: hoc, nisi provideris, ne

---

Valuere, engruesaron los partidos. *Circumveniri*, se perseguia. *Aliaque*, otras tropelías semejantes. *Paratæ*, se publicaron. *Damnatis*, á los reos. *Bene parta*, lo que ellos justamente adquirieron. *Pecunias*, que se les confisquen todos sus bienes. *Valent*, son mas poderosos.

LII. *Ceteri*, los demas senadores unos asentian de palabra, y otros no. *Longè*, quando veo, ó padres de la patria, los peligros que nos cercan, y reflexiono dentro de mi mismo los dictámenes de algunos, pienso muy de otra manera que ellos. *Consultare*, deliberar. *Tum persequare*, se han de castigar despues de cometidos, pero éste si no se ataja antes que suceda; cometido ya, en vano es recurrir al castigo.

Assentiebantur verbo, expresion para denotar que no eran del número de los senadores pedaneos que no hablaban en el senado.

accidat; ubi evenit, frustra judicia implores. Captâ urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per deos immortalìs, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quàm rempublicam fecistis: si ista, cujuscumque modi sint, quæ amplexamini, retinere; si voluptatibus vestris otium præbere vultis; expergiscimini aliquando, & capessite rempublicam. Non nunc agitur de vectigalibus, non de sociorum injuriis: libertas, & anima nostra in dubio est. Sæpenumero, P. C. multa verba in hoc ordine feci: sæpe de luxuria atque avaritia nostrorum civium questus sum; multosque mortalìs eâ causâ advorsos habeo: qui mihi, atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facilè alterius lubidini malefacta condonabam: sed, ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen respublica firma erat: opulentia negligentiam tolerabat. Nunc verò non id agitur, bonisne, an malis moribus vivamus; neque quantum, aut quàm magnificum imperium populi Romani sit; sed, hæc cujuscumque modi videntur, nostra, an nobiscum unà, hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem, & misericordiam nominat? jam pridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo vocatur; eò respublica in extremo sita est. Sint sane, quoniam ita se mores habent, li-

---

Apello, con vosotros hablo. *Signa*, estátuas y pinturas. Orden: *si vultis retinere ista, quæ amplexamini, cujuscumque modi sint, &c.*, si quereis mantener estas cosas, que en tanta estima teneis, como quiera que ellas sean; si quereis disfrutar con todo sosiego de vuestros deleytes, salid alguna vez de vuestro letargo, y mirad por la república. *In dubio*, en peligro. *Sæpenumero*, repetidas veces he hablado largamente en este sitio. *Qui mihi*, yo que en nada me he perdonado á mí mismo, ni lisongeado mis pasiones, con dificultad disimulaba las pasiones y delitos en otro. *Opulentia*, su excesivo poder disimulaba el descuido en el gobierno. *Nostra*, han de permanecer nuestras, ó pasar juntamente con nosotros á poder de los enemigos. *Hic mihi*, ¿y habrá quien tome en boca la mansedumbre y compasion? *Bona*, porque el ser maniroto con lo ageno, se llama ya parvosidad; y el atrevimiento para lo malo, fortaleza; á tal extremo ha llegado la república: sean enhorabuena, supuesto que así lo piden las costumbres presentes, liberales, &c...

Qui mihi, noble pintura del caracter rigido de Caton.

berales ex sociorum fortunis: sint misericordes in furibus ærarii: ne illi sanguinem nostrum largiantur; & dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnîs perditum eant. Bene & compositè C. Cæsar paullo ante in hoc ordine de vita & morte disseruit, credo falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diverso itinere malos à bonis loca tetra, inculta, fœda, atque formidolosa habere: itaque censuit, pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos; videlicet, ne, si Romæ sint, aut à popularibus conjurationis, aut à multitudine conducta per vim eripiantur. Quasi verò mali atque scelesti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam sint, aut non ibi plùs possit audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: sin in tanto omnium metu solus non timet, eò magis refert, me mihi, atque vobis timere. Quare cùm de P. Lentulo, ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinæ, & de omnibus conjuratis decernere. Quantò vos attentiùs ea agetis, tantò illis animus infirmior erit: si paullulum modò vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. Nolite existumare, majores nostros armis rempublicam ex parva magnam fecisse. Si ita res esset, multò pulcherrumam eam nos haberemus: quippe sociorum, atque civium, præterea armorum, atque equorum major copia nobis, quam illis est. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere; quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque

---

Ne illi, pero no sean dadivosos á costa de nuestra sangre. *Bene*, tuvo poco há un razonamiento grave y adornado acerca de, &c. *Loca tetra*, habitan unos lugares tristes, incultos, horribles y espantosos. *Eripiantur*, ó los complices de la conjuracion ó el populacho ganado por dinero los saquen violentamente de la prision. *Audacia*, ó no pueda mas la violencia donde hay menos fuerzas para resistir. *Decernere*, resolveis acerca del exército de Catilina, y demas conjurados. *Feroces*, os insultarán con mas orgullo. *Nulla*, no tenemos. *Liber*, libre para resolver, y no sujeto á delitos ni pasio-

---

Bene, invectiva contra César, tratándole con disimulo de impío, porque negaba la inmortalidad del alma, teniéndola por cosa de fábula.

lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam; publicè egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, & sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis; ubi domi voluptatibus, hîc pecuniæ, aut gratiæ servitis, eò fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego hæc omitto. Conjuravere nobilissumi cives patriam incendere: Gallorum gentem, infestissimam nomini Romano ad bellum arcessunt: dux hostium cum exercitu supra caput est; vos cunctamini etiam nunc, & dubitatis, quid, intra mœnia deprehensis hostibus, faciatis? Misereamini, censeo. Deliquere homines adolescentuli per ambitionem: atque etiam armatos dimittatis: næ ista vobis mansuetudo, & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet. Scilicet res ipsa aspera est; sed vos non timetis eam: immò verò maxumè; sed inertiâ, & molitiâ animi, alius alium exspectantes, cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maxumis sæpe periculis servavere. Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt: ubi socordiæ tete, atque ignaviæ tradideris, nequidquam Deos implores: irati, infestique sunt. Apud majores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit: atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Vos, de crudelissumis parricidis quid statuatis,

---

nes. En vez de estas virtudes reina en nosotros el luxo y avaricia: el público está exhausto, los particulares opulentos. *Separatim*, quando vosotros en vuestras resoluciones cada uno mira solo por sí: en vuestras casas atendeis á vuestros deleytes, aquí al interes ó favor, de aquí nace que desamparada la república, qualquiera la acomete. *Supra caput*, está sobre nosotros. *Misereamini censeo.* creo que debeis usar de compasion. (Ironía). *Næ*, verdaderamente. *Vertet*, parará en ruina vuestra. A la verdad el apuro es grande. *Inertia*, inaccion y flogedad. *Parantur*, se consiguen...

Deliquere, habla en persona de los que usaban de blandura.

Tete, acusativo elegantemente repetido de *tu*, *tui*.

cunctamini? videlicet vita cetera eorum huic sceleri obstat. Verùm parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si Diis, aut hominibus umquam ullis pepercit: ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum jam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus si quidquam pensi umquam fuisset, non ea consilia de republica habuissent. Postremò, Patres Conscripti, si me hercle peccato locus esset, facilè paterer vos ipsâ re corrigi, quoniam verba contemnitis, sed undique circumventi sumus: Catilina cum exercitu in faucibus urget: alii intra mœnia, atque in sinu urbis sunt hostes: neque parari, neque consuli quidquam occultè potest: quò magis properandum est. Quare ita ego censeo; cum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxuma pericula venerit, hique indicio T. Volturtii, & legatorum Allobrogum convicti, confessique sint, cædem, incendia, aliaque fœda atque crudelia facinora in civîs, patriamque paravisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more majorum, supplicium sumendum.

LIII. Postquam Cato assedit, consulares omnes, itemque senatûs magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt; alii alios increpantes, timidos vocant: Cato clarus atque magnus habetur: senati decretum fit, sicut ille censuerat. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæque, mari atque terrâ, præclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quæ res maxumè tanta negotia sustinuisset. Sciebam sæpe numero parvâ manu cum ma-

---

Videlicet. será sin duda porque contrabalancéa la anterior vida de éstos á la maldad que acaban de cometer. *Parcite*, tened miramiento. *Pepercit*, si él le tuvo á su honestidad y fama. *Adolescentiæ*, á los pocos años. *Quibus*. los quales si hubieran tenido algun miramiento. *Locus*, si este mal se pudiera reparar, de buena gana permitiria os escarmentase la misma experiencia. *Faucibus urget*, nos aprieta puesto en la entrada de la Italia. *Parari*, ni puede prevenirse ni resolverse nada, sin que ellos lo sepan, por lo que importa mas la brevedad.

LIII. *Alii*, otros reprehendiéndose mútuamente, se tratan de cobardes. *Sed mihi... lubuit attendere*. pero yo habiendo leido y oido las muchas esclarecidas hazañas del pueblo romano en paz y en guerra, por mar y tierra, quise considerar de

gnis legionibus hostium contendisse: cognoveram, parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus; ad hoc, sæpe fortunæ violentiam tolerasse: facundiâ Græcos, gloriâ belli Gallos ante Romanos fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse; eòque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidiâ civitas corrupta est, rursus resp. magnitudine suâ imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat; ac, sicuti effœta parente, multis tempestatibus haud sanè quisquam Romæ virtute magnus fuit; sed memoriâ meâ ingenti virtute, diversis moribus fuere viri duo, M. Cato & C. Cæsar: quos, quoniam res obtulerat, silentio præterire non fuit consilium, quin utriusque naturam & mores, quantùm ingenio possem, aperirem.

LIV. Igitur his genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere, magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. Cæsar beneficiis ac munificentiâ magnus habebatur: integritate vitæ Cato. Ille mansuetudine & misericordiâ clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando, ignoscendo; Cato, nihil largiundo, gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies: illius facilitas, hujus constantia laudabatur; postremo Cæsar in animum adduxerat laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus, sua negligere; nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. At Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxumè

---

cerca quál era la causa principal de no arruinarse una república de tanto balumbo. *Violentiam*, los reveses de la fortuna. *Ac mihi*, y exáminando todas estas cosas venia á inferir. *Rursus*, la grandeza de la república sostenia los vicios de los generales. *Effœta parente*, y como una madre ya infecunda, por mucho tiempo no produxo Roma ningun hombre insigne en virtud. *Memoria meâ*, en mis dias. *Quoniam res obtulerat*, supuesto se ha ofrecido la ocasion, no quiero pasarlos en silencio sin manifestar, &c.

LIV. *Sed alia alii*, pero cada uno la buscaba por distintos medios. *Integritate*, vida inculpable. *Dignitatem*, á este le habia hecho respetable su severidad. *Sublevando*, condescendiendo. *In animum*, se habia propuesto. *Virtus*, campar su valor. *Modestiæ*, Caton ponia sus miras en la moderacion, de-

severitatis erat. Non divitiis cum divite, nec factione cum factioso; sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentiâ certabat; esse, quàm videri bonus malebat: ita quò minùs gloriam petebat, eò magis adsequebatur.

LV. Postquam, uti dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere, ne quid eo spatio novaretur, triumviros, quæ ad supplicium postulabat, parare jubet: ipse, præsidiis dispositis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per prætores Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur, ubi paullulum ascenderis ad lævam, circiter XII. pedes humi depressus: eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vincta: sed incultu, tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies. In eum locum postquam demissus Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregére. Ita ille patritius ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factisque suis exitum vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario eodem modo supplicium sumtum est.

LVI. Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortes pro numero militum complet: dein, uti quisque voluntarius, aut ex sociis

---

coro, y mas que todo en la severidad.

LV. *Discessit*, siguió el dictámen. *Noctem*, ganar la noche que se iba acercando, no fuese que en el intermedio ocurriese alguna novedad, manda que los ministros de justicia previniesen lo necesario para el castigo. *Est locus*, hay un lugar en la cárcel llamada Tuliana, conforme se sube un poco á mano izquierda, metido en tierra como doce pies, cercado por los lados de paredes, y con una boveda de piedra encima, pero su aspecto es horrible y espantoso por no habitarse por su obscuridad y mal olor. *Vindices*, los verdugos á quienes se dió este encargo le dieron garrote, (ó mas propiamente le ahorcaron.) *Exitum*, tuvo un fin correspondiente, &c.

LVI. *Instituit*, formó. *Complet*, completó sus compañías segun el número de gente que tenia, y á los voluntarios ó aliados que le iban á su campo, los repartió igualmente en ellas...

Tullianum, esta cárcel era obra de Tulo Hostilio, de donde tomó el nombre.

in castra venerat, æqualiter distribuerat; ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat; cùm initio non amplius duobus millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri, uti quemque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montîs iter facere; modò ad urbem, modò in Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias se habiturum, si Romæ socii incœpta patravissent. Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus conjurationis fretus; simul alienum suis rationibus existumans, videri causam civium cum servis fugitivis communicasse.

LVII. Sed postquam in castra nuncius pervenit, Romæ conjurationem patefactam: de Lentulo, & Cethego, ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumtum: plerique, quos ad bellum spes rapinarum, aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montîs asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio, uti per tramites occultè profugeret in Galliam Transalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existumans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter ejus ex perfugis cognovit; castra properè movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit, quà illi descensus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius longè aberat, utpote qui magno exercitu locis

---

Uti. segun lo que encontraron mas á mano. *Sparos*, podaderas y lanzas, otros estacas aguzadas. *Adventabat*, se acercaba. *Occasionem*, no daba lugar de pelear. *Patravissent*, hubiesen concluido su empresa. *Opibus*, poder. *Alienum*, ageno de sus miras el dar entrada á esclavos en la causa de los ciudadanos.

LVII. *Illexerat*, habia movido á entrar en la conjuracion, desiertan de Catilina. *Pistoriensem*, al territorio de Pistoya, con ánimo de retirarse por veredas ocultas. *Catilinam agitare*, que Catilina por el estrecho en que se hallaba, executaria lo que se ha dicho arriba. *Iter*, adonde se encaminaba Catilina. *Ac sub*, y acampó á las mismas faldas de los montes, por donde habia de baxar, para ir con toda prisa á la Galia. *Locis*, perseguia por llanuras á los que iban sin bagage para poder huir...

æquioribus expeditos in fugam sequeretur.

LVIII. Sed Catilina, postquam videt montibus, atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque presidii ullam spem; optumum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quamprimum confligere. Itaque concione advocatâ, hujuscemodi orationem habuit.

Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audacia naturâ aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam hortere: timor animi auribus officit. Sed ego vos, quò pauca monerem, advocavi; simul uti causam consilii mei aperirem. Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem attulerit: quoque modo, dum ex urbe præsidia opperior, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc verò, quo in loco res nostræ sint, juxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Gallia obstant: diutius in his locis esse, si maxumè animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet. Quòcumque ire placet, ferro iter aperiundum est. Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis; & cùm prælium inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abunde, municipia atque coloniæ

LVIII. *Clausum*, luego que se vió cerrado entre los montes y los enemigos: que en Roma todo le era contrario, ni tenia esperanza de socorro, ni de ponerse en salvo. *Tentare*, aventurar una batalla. *Addere*, infunden. *Ex ignavo*, esforzado de cobarde, ni de tímido animoso por la arenga de un general. El fondo de valor que cada uno tiene por naturaleza ó por educacion, ese se descubre en la guerra. *Quem*, á quien ni la gloria le mueve, ni los peligros, en vano es animarle; pues el miedo le tapa los oidos. *Cladem*, quan funesta ha sido. *Præsidia*, socorros de gente, refuerzos. *Quo in loco*, qual es nuestra situacion lo sabeis tan bien como yo. *Obstant*, nos hacen frente. *Si animus*, aun quando quisiéramos, por falta de víveres. *Ferro*, á fuerza de armas. *Forti*, os esforceis y dispongais para la batalla. *Inibitis*, quando vengais á las manos, tengais presente. *Commeatus*, abundancia de víveres: los municipios y colonias nos

patebunt: sin metu cesserimus, eadem illa advorsa fient; neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis & illis necessitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis supervacaneum est pro potentia paucorum pugnare: quò audaciùs aggredimini, memores pristinæ virtutis. Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere: potuistis nonnulli Romæ, amissis bonis, alienas opes exspectare: quia illa fœda, atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decrevistis. Si hæc relinquere vultis, audaciâ opus est. Nemo, nisi victor, pace bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, cùm arma, quís corpus tegitur, ab hostibus averteris, ea verò dementia est. Semper in prælio iis maxumum est periculum, qui maxumè timent: audacia pro muro habetur. Cùm vos considero, milites, & cùm facta vestra æstumo, magna me spes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur; præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortís facit, nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiæ loci. Quòd si virtuti vestræ fortuna inviderit, cavete, inulti animam amittatis; neu capti potiùs, sicuti pecora, trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

LIX. Hæc ubi dixit, paullulum commoratus, signa canere jubet; atque instructos ordines in locum æquum

---

abrirán las puertas; pero si la cobardía nos rinde, aquellas mismas cosas nos serán contrarias. *Teget*, defenderá. *Necessitudo*, no es la misma precision la que nos obliga á nosotros, que á nuestros enemigos. *Quo*, por tanto acometed con empeño, no olvidando vuestro antiguo valor. Pudísteis vivir infamados y desterrados. *Alienas*, vivir atenidos al favor de otros. *Fœda*, cosas indecorosas é insufribles. *Hæc sequi*, este partido (la conjuracion). Si pretendeis eximiros de los daños de la guerra. *Pro muro*, sirve de muralla. *Æstumo*, reflexiono vuestras hazañas, concibo grande esperanza de la victoria; vuestro brio, edad y valor me animan. *Nam*, la estrechura del lugar impide que nos pueda cercar el enemigo con su multitud. *Inulti*, sin tomar venganza de ellos. *Trucidemini*, no querais mas que os prendan y degüellen como reses, que dexar al enemigo una sangrienta y dolorosa victoria, peleando como hombres de valor.

LIX. *Signa*, manda dar la señal de pelear, y saca á campo raso su gente en formacion. Despues habiendo apartado los

deducit: dein, remotis omnium equis, quò militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit. Nam, uti planities erat inter sinistros montîs, & ab dextera rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit; reliqua signa in subsidiis arctiùs collocat. Ab his centuriones omnis lectos, & evocatos, præterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextra, Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare jubet: ipse cum libertis & colonis propter aquilam adsistit; quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quòd prælio adesse nequibat, M. Petrejo legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti causâ conscripserat, in fronte: post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, uti meminerint se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis certare. Homo militaris, quòd ampliùs annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat; ea

---

caballos para que la infantería tuviese mas ánimo, siendo en todos igual el peligro. *Pedes*. (nominativo) á pie. *Uti planities*, como que habia una llanura entre los montes que estaban á su izquierda, y un gran risco á la derecha, colocó al frente ocho cohortes, y las demas tropas algo mas apiñadas en el cuerpo de reserva. De estas compañías entresacó todos los centuriones, gente escogida, y que ya habia cumplido los años de milicia, y de los soldados rasos los mas esforzados y bien armados, y los pone en la vanguardia. *Propter*, se queda cerca del estandarte del águila. *Bello*, en la guerra contra los Cimbros. *Pedibus*, enfermo de gota. *Tumulti*, (en lugar de *tumultûs*) que habia levantado para hacer frente á la conjuracion. *Ipse equo*, él mismo á caballo lo andaba todo, llamando á cada uno por su nombre, los habla, los anima y ruega tengan presente, &c. *Focis*, por sus hogares. *Homo militaris*, como hombre aguerrido. *Plerosque*, conocia á la mayor parte, y sabia sus ac-

---

Militibus, hemos traducido *militibus*, *infantería*, porque parece que para animar a ésta, apartó Catilina los caballos.

Prætor, no significa en este lugar ninguno de aquellos cargos de Roma, que tenian los que se llamaban *prætor urbanus*, ó *prætor peregrinus*; sino el oficio de general de exército, cuya habitacion ó tienda se decia *prætorium*.

commemorando, militum animos accendebat.

LX. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petrejus tubâ signum dat, cohortes paulatim incedere jubet: idem facit hostium exercitus. Postquam eò ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset; maxumo clamore infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt: maxumâ vi certatur. Interea Catilinam cum expeditis in prima acie versari: laborantibus succurrere: integros pro sauciis accersere: omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire: strenui militis, & boni imperatoris officia simul exequebatur. Petrejus, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magnâ vi contendere; cohortem prætoriam in medios hostîs inducit; eosque perturbatos, atque alios alibi resistentes interficit: deinde utrinque ex lateribus ceteros adgreditur. Manlius, & Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. Postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis, atque pristinæ dignitatis suæ, in confertissumos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur.

---

ciones de valor. y trayéndoselas á la memoria inflamaba, &c.

LX. *Exploratis*, reconocido todo. *Eo ventum*, llegaron á sitio, desde donde pudiesen dar principio á la pelea los Ferentarios. *Concurrunt*, vienen á las manos con gran gritería, dexan los dardos, y pelean con espada en mano. *Cominus*, comenzaron á apretar fuertemente de cerca. *Versari*, (en lugar de *versabatur*) se hallaba en la primera fila con los armados á la ligera, acudia con su ayuda á los que se veían en apuro, substituía sanos en el lugar de los heridos, á todo atendia, peleando él mismo varonilmente é hiriendo freqüentemente al enemigo, cumplia á un mismo tiempo con el oficio de valeroso soldado y de buen capitan. Viendo Petreyo, que Catilina peleaba con grande esfuerzo, contra lo que él se habia imaginado. *Cohortem*, rompe por medio de los enemigos con la compañía del general, y desordenándolos les quita la vida, como tambien á otros que le hacian frente. *Lateribus*, por los flancos. *In primis*, son de los primeros que mueren en la pelea. *Fusas*, derrotadas. *In confertissumos*, donde habia mayor número de enemigos. *Confoditur*, es traspasado.

Ferentarii, lo mismo que *levis armaturæ milites*, y eran los armados de flechas, hondas, piedras, &c. tirando las quales daban principio, y provocaban al enemigo á pelear: del verbo *fero* como si dixéramos *ferentes arma*, *non tenentes*.

LXI. Sed, confecto prælio, tum verò cerneres quanta audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam ferè, quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissâ animâ, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors prætoria disjecerat, paullo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus, conciderant. Catilina verò longè à suis inter hostium cadavera repertus est, paullulum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Postremò ex omni copia, neque in prælio, neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est. Ita cuncti suæ, hostiumque vitæ juxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi Romani lætam, aut incruentam victoriam adeptus erat. Nam strenuissimus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui è castris visundi aut spoliandi gratiâ processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant. Fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabantur.

LXI. *Tum verò*, entonces era de ver. Enalage. Orden: *Nam quisque tegebat fere corpore, animâ amissâ, eum locum, quem vivus ceperat pugnando* porque casi todos, despues de muertos, ocupaban con su cadaver el mismo sitio que ocuparon en vida peleando. *Pauci autem*, pocos eran los que desbaratados por la compañía del general estaban en lugares algo distantes, pero todos ellos murieron con heridas que recibieron haciendo cara al enemigo. *Paullulum*, que aun conservaba alguna respiracion. *Copia*, de todo aquel exército ni en la batalla, ni en el alcance no se hizo prisionero ni un ciudadano noble. Tan poco aprecio hicieron de su vida, á trueque de matar al enemigo. *Lætam*, ni para el exército del pueblo Romano fué alegre ó poco costosa la victoria; porque aun los mas esforzados, &c. *Ita varie*, tanta variedad de pasiones, de alegría, de sentimiento, de llanto y gozo ocupaban á todo el exército.

Adversis, ser herido en la espalda siempre fué ignominia en la milicia.

Ita varie, Antithesis y Epiphonema con que da fin Salustio á la famosa guerra de Catilina.

ÍNDICE

DE LAS FRASES TOMADAS DE LA GUERRA CATILINARIA DE SALUSTIO.

Exagitat improbos animus conscius, la conciencia atormenta á los malos.

Exerceo neque gratiam, neque inimicitias in hoc, ni lo hago por ganarme el favor de alguno, ni por enemiga.

Exercebat graves cum Cicerone inimicitias, era enemigo capital de Ciceron.

Exornare milites armis, armar á los soldados.

Facere periculum aliis solet, quem ambitio exercet, el que está poseido de ambicion, suele poner á otros en peligro.

Famæ tuæ non pepercisti, no miraste por tu estimacion.

Fatigant sapientium animos res secundæ, la prosperidad trastorna á los sabios.

Fides publica data est ei, diéronle palabra de seguridad; de no hacerle daño.

Flagrat ex ætate cujusque studium, domina á cada uno su pasion segun la edad.

Frangere gulam laqueo, ahorcar.

Grege facto ad carcerem irruperunt, entraron de tropel y con violencia en la cárcel.

Habes promiscua divina, humanaque omnia, ninguna diferencia haces entre lo sagrado y profano.

Habetur facilè egestas sine damno, el que nada tiene, nada pierde.

Imposuisti mihi hujus rei invidiam, me echaste la culpa de todo esto.

Ingenia multa & varia sunt in magna civitate, en una grande ciudad hay hijos de muchas madres.

Interiit à stirpe Carthago, Carthago se arruinó desde sus cimientos.

Invasit, vel incessit te magna cupido regni capiundi, concebiste grandes deseos de alzarte con el reyno.

Januâ prohibiti sunt, se les negó la entrada.

Jurgia cum aliquo exercere, andar con alguno en pendencias.

Jus, bonumque apud te non tam legibus, quàm naturâ valet, eres justo y bueno, no tanto por temor de las leyes, quanto por naturaleza.

Laceravisti bona patria, malgastaste tu patrimonio.

Lenita est invidia, quæ in te conflata fuit, calmó el aborrecimiento que se levantó contra ti.

Loco haud obscuro natus, hombre de buen linage.

Libidinosè facere, obrar á su antojo.

Luxuriosè nimis, & nimis liberaliter dux exer-

citum habuit, demasiada soltura y libertad dió el general á la tropa.

Mandare consulatum alicui, nombrar á uno cónsul.

Maturare cædem consuli, apresurarse para dar la muerte al cónsul.

Memoriâ nostrâ, en nuestros dias.

Mens longè alia est mihi, pienso de otra manera.

Mercede manuum inopiam tolero, con el sudor de mi rostro mantengo mi pobreza.

Modus. Neque modus, neque modestia avaritiæ tuæ est, no pones tasa, ni término á tu avaricia.

Movere jocum, hacer reir.

Movere aliquem senatu, degradar á un senador.

Necessitudinibus omnibus circumventus, cubierto de todo género de miserias.

Negotiosus homo, hombre de muchas ocupaciones.

Niti ope summâ, hacer los últimos esfuerzos.

Niti verâ viâ, procurar por buenos medios.

Nominibus honestis quisque pro sua potentia certabat, baxo honrosos pretextos cada uno buscaba aumentar su poder.

Obtestatus est multa de salute sua, hizo muchas plegarias, para que le perdonasen la vida.

Officio servili intentus est, tiene oficio mecánico.

Oneri mihi erit pœna illorum, me será cosa odiosa el castigarlos.

Operam suam polliceri, prometer su persona.

Operæ pretium est, es conducente.

Oratio hæc quò pertinet? eso á qué se dirige?

Ostendit natura iter aliud alii, á cada uno lleva por distinto rumbo la naturaleza.

Patent omnia maria, regionesque, tenemos paso franco por todos los mares y paises.

Periculo compertum est, enseñó la experiencia. *Periculo adveniente*; á vista del riesgo.

Pensi necquidquam habes facere, neque dicere tua scelera, ningun reparo tienes en cometer, ni publicar tus maldades.

Polliceri maria, montesque, prometer el oro y el moro.

Præceps furore abierat, se habia precipitado en locuras.

Præstas ubique petulantiâ, eres el mas desvergonzado del mundo.

Probro à multis paupertas habetur, muchos tienen por deshonra la pobreza.

Profusiùs vitiis deditus es, te entregaste á los vi-

cios á rienda suelta.

Prosperè id cessit, esto salió bien.

Procedit res militaris magis virtute animi, quàm vi corporis, se adelanta en la milicia, mas con el ingenio, que con las fuerzas.

Nihil procedit tibi agitanti multa. Afanándote mucho nada adelantas.

Pudicitiam habet parum honestè, es poco casto.

Redemisti pecuniâ flagitia tua, te libraste con dinero de la pena que merecian tus maldades.

Relinquo in medio hanc rem, no quiero decidir en este punto.

Sævire fortuna cœpit, comenzó á volverse contraria la fortuna.

Silentio vitam transire, vivir sin hacer cosa memorable.

Sita est omnis nostra vis animo, & corpore, nuestra naturaleza consta de cuerpo y alma.

Spirat adhuc paullulum, aun tiene algo de vida.

Superat scelus ingenia ómnium, la maldad excede quanto se puede imaginar.

Sunt propius virtutes nonnulla vitia, algunos vicios se equivocan con las virtudes.

Temperare victoriæ, usar con templanza de la victoria.

Trahis pecunias omnibus modis, & eas vincere nequis, gastas por todos los caminos tu caudal, y no puedes agotarlo.

Utar Antonio ex voluntate, haré de Antonio lo que quiera.

Valebat hæc fama, corria esta voz.

Virilis audaciæ facinora mulier commisit, cometió la muger arrojos varoniles.

VIDA Y ESCRITOS DE T. LIVIO.

Las noticias, que tenemos de este autor, uno de los mas célebres entre los historiadores latinos, son tan escasas, que aun el lugar de su nacimiento anda en opiniones. La mas segura es, que nació en Padua. La mayor parte de su vida la pasó en Nápoles y en Roma, donde sus letras le grangeáron la estimacion de Augusto. A estas cortas noticias, y á la de que murió en el mismo dia que Ovidio el año 21 de J. C. se reduce lo que sabemos de la vida de T. Livio. Entre sus escritos se encuentra una carta escrita á un hijo suyo sobre la educacion y estudios de la juventud, de la que Quintiliano hace mencion honorífica en sus Instituciones Oratorias. Escribió tambien algunos tratados Filosóficos, y algunos Diálogos del mismo gusto; pero nada nos ha quedado de estas obras. La principal y obra maestra fué la Historia què comienza desde la fundacion de Roma, y la va continuando hasta la muerte de Druso en Alemania. Pero de ciento y quarenta libros en que la comprendió, solamente han llegado á nosotros treinta y cinco, y estos interrumpidos. Le adquirió tanto crédito, aun en vida, que habiéndola leido un Español, hizo viage á Roma con solo el objeto de conocer á T. Livio; y satisfecha su curiosidad, sin detenerse á ver alguna de las maravillas de la capital del mundo, regresó á su patria. El estilo que reyna en toda esta historia es magestuoso y elegante; en la narracion sencillo sin baxeza; en las descripciones ameno y deleytable; en los razonamientos nervioso y patético. Entre sus arengas hay algunas que pueden pasar por piezas de eloqüencia muy acabadas. No obstante estas virtudes, la perspicacia, si ya no es gana de censurar de algunos, encuentra defectos en el. Examinemos el fundamento de algunos reparos que le hacen. Primeramente le tachan de po-

co exâcto en lo tocante á los Galos y Cartagineses. Este defecto, dado que le tuviese, poco ó nada interesa á la pureza del lenguage, que es el motivo de traducirse en lás aulas. El segundo cargo, de que usó algunos términos provinciales, y no conformes al genio de la lengua latina; mas que á la substancia del estilo, que siempre es el mismo, mira á una diferencia accidental en la ortografia, de que usó como Paduano: como escribir sibe, quase, *por* sibi, quasi. *Ultimamente, por no omitir nada, le tildan de crédulo en demasía, por aquella enfadosa y pesada repeticion de haber tantas veces* parido una mula; *de haber* hablado un buey; *de haber* mudado de sexô los animales; *de haber tantas veces* llovido piedras, sangre, leche, *y otras impertinencias á este tenor. Pero nada de esto prueba que semejante credulidad halló el menor lugar en el ánimo de T. Livio; antes es una prueba muy débil de que daba crédito á semejantes vanidades, el hecho de contarnos quánto caso hacia de estas patrañas el pueblo Romano. He aquí un manifiesto testimonio de que T. Livio se burlaba de la simplicidad de los Romanos en creer semejantes cosas.* Quanto mas crédito daban (*dice lib.* 24. *cap.* 10.) á estos prodigios aquellos hombres simples y supersticiosos, mas se aumentaban estas noticias. *Pero todos estos reparos, qualquiera que sea el fundamento con que están hechos, no rebaxan un punto el mérito, ni la latinidad de este autor, que insensiblemente pueden beber los jovencitos en su leccion, al paso que saquen no pocos conocimientos de las costumbres é historia Romana, que es el único objeto de nuestro trabajo.*

T. LIVII PATAVINI

DE SECUNDO BELLO PUNICO

LIBER PRIMUS.

Cap. I. In parte operis mei licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores: bellum maximè memorabile omnium, quæ umquam gesta sint, me scripturum; quod Annibale duce Carthaginienses cum populo Romano gessere. Nam neque validiores opibus ullæ inter se civitates, gentesque contulerunt arma; neque his ipsis tantum umquam virium aut roboris fuit; & haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello. Et adeo varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, ut propiùs periculo fuerint, qui vicere. Odiis etiam prope majoribus certarunt, quam viribus; Romanis indignantibus, quòd

LIBRO PRIMERO

DE LA SEGUNDA GUERRA CARTAGINESA

DE T. LIVIO PADUANO.

TRADUCCION. *Cap. I.* En esta parte de mi obra puedo yo decir de antemano lo que en el principio de todas las suyas protestaron la mayor parte de los historiadores: y es, que voy á escribir la guerra mas digna de saberse, que jamas hubo en el mundo; la que los Cartagineses hicieron al pueblo Romano, siendo capitan Anibal. Porque ni ciudades algunas, ni naciones mas ricas y fuertes que estas, tuvieron entre sí guerra; ni estas mismas jamás tuvieron tanto poder y fuerzas como entonces: fuera de que peleaban, no con estratagemas desconocidos, sino experimentados ya en la primera guerra Cartaginesa. Y la fortuna en esta guerra fué tan varia, y estuvo tan dudosa, que los vencedores se hallaron mas en peligro que los vencidos. Fué tambien casi mayor el encono con que pelearon que las fuerzas; estando irritados los Romanos, porque los vencidos sin motivo

victoribus victi ultro inferrent arma; Pœnis, quod superbè, avarèque crederent imperitatum victis esse. Fama etiam est, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, cùm perfecto Africo bello, exercitum eò trajecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum, se, cùm primùm posset, hostem fore populo Romano. Angebant ingentis spiritûs virum Sicilia, Sardiniaque amissæ: nam & Siciliam nimis celeri rerum desperatione concessam; & Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interceptam. His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem per quinque annos; ita deinde novem annis in Hispania augendo Punico imperio gessit, ut appareret omnibus, majus eum, quàm quod gereret, agitare in animo bellum: & si diutius vixisset, Amilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse, quæ Annibalis ductu intulerunt. Mors Amilcaris peropportuna, & pueritia Annibalis distulerunt bellum. Medius Asdrubal inter patrem & filium octo ferme

---

alguno declaraban la guerra á los vencedores; y los Cartagineses, porque creían que á ellos vencidos se les hubiese tratado con tiranía y avaricia. Dícese tambien, que Anibal pidiendo con halagos como niño, que era de solos nueve años, á su padre Amilcar, que le llevase á España; estando éste sacrificando al tiempo de pasar allá con su exército, concluida ya la guerra Africana, le arrimo al altar, y haciéndosele tocar, le obligó á jurar, de hacer guerra al pueblo Romano, quando la edad se lo permitiese. Traía desasosegado á este hombre de grande espíritu la pérdida de la Sicilia y Cerdeña: pues sentia que la Sicilia se hubiese entregado á los Romanos por una desesperacion demasiado pronta; y que hubiesen tomado la Cerdeña durante el alboroto de Africa, por engaño de ellos mismos, haciéndola tambien tributaria. Acongojado con estos cuidados, de tal manera se porto en la guerra de Africa, que duró por espacio de cinco años, muy poco despues de hecha la paz con los Romanos, y asimismo despues por espacio de otros nueve en ensanchar en España el imperio Cartagines, que se dexaba entender de todos, que traia en su imaginacion otra guerra mayor, que la que hacia por entonces; y que si hubiera vivido mas, los Cartagineses, baxo la conducta de Amilcar, hubieran declarado á la Italia la guerra que despues declararon siendo Anibal general. La muerte de Amilcar que sucedio á buena sazon para los Romanos, y los pocos años de Anibal dilataron la guerra. Asdrubal tuvo el mando del exército entre el padre y el hijo como unos ocho años; habiendose ganado primeramente

annos imperium obtinuit, flore ætatis, uti ferunt, primò Amilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi profectò adscitus. Et quia gener erat, factionis Barchinæ opibus, quæ apud milites plebemque plùs quàm modicæ erant, haud sanè voluntate principum, imperio potitus; is plura consilio, quàm vi gerens, auspiciis regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quàm bello aut armis, rem Carthaginiensem auxit. Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum quidam pàlam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit; comprehensusque à circumstantibus, haud alio, quàm si evasisset, vultu, tormentis quoque cùm laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante lætitiâ dolores, ridentis etiam speciem præbuerit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis in sollicitandis gentibus, imperioque jungendis suo fuerat, fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus, Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur.

II. In Asdrubalis locum, haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, quâ extemplo juvenis Annibal in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium cla-

---

la amistad de Amilcar en la flor de su edad, segun dicen, y de quien despues fué yerno, sin duda en atencion á su excelente índole. Y porque el yerno se habia apoderado del mando, aunque contra la voluntad de los principales, con el poder del bando de los Barcinos, que era desmesurado tanto en el exército como en el pueblo; éste haciendo mas con maña que con fuerza, aumentó el imperio de Cartago, mas con el favor de los reyezuelos, y con ganarse la amistad de nuevas naciones por medio de la de los principales, que con guerra ó con armas. Pero no estuvo mas seguro en la paz. Un bárbaro indignado de que hubiese muerto á su señor, públicamente le cortó la cabeza; y preso por los circunstantes manifestó la misma serenidad que si hubiese quedado libre, y aun siendo atormentado mostró tal semblante, que sobrepujando á los dolores la alegría, dió muestras de risueño. Con este Asdrubal, porque tenia particular maña para ganar e é incorporar á su imperio las naciones, habia el pueblo Romano renovado la alianza en términos, que el rio Ebro fuese el límite de ambos dominios, y se les conservase la libertad á los Saguntinos, que estaban asentados entre ambos imperios.

II. *In locum Asdrubalis*, cosa cierta es, que en lugar de Asdrubal fué substituido el jóven Aníbal, ya por el aclamacion del exército, por el qual con grande gritería y consentimiento fue

more atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vixdum puberem Asdrubal literis ad se arcessierat; actaque res in senatu etiam fuerat, Barchinis nitentibus, ut adsuesceret militiæ Annibal, atque in paternas succederet opes. Anno alterius factionis princeps, *& æquum postulare videtur*, inquit, *Asdrubal; & ego tamen non censeo, quod petit, tribuendum.* Cùm, admiratione tam ancipitis sententiæ, in se omnes convertisset, *florem ætatis*, inquit, *Asdrubal, quem ipse patri Annibalis fruendum præbuit, justo jure eum à filio repeti censet: nos tamen minimè decet juventutem nostram pro militari rudimento adsuefacere lubidini imperatorum. An hoc timemus, ne Amilcaris filius nimis serò imperia immodica, & regni paterni speciem videat, & cujus regis genero hæreditarii sint relicti exercitus nostri, ejus filio parum maturè serviamus? Ego istum juvenem domi tenendum sub legibus, sub magistratibus docendum vivere æquo jure cum ceteris, censeo, ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet.* Pauci, ac ferme optimus quisque, Annoni assentiebantur: sed, ut plerumque fit, major pars meliorem vicit. Missus Annibal in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem

---

proclamado general, ya tambien por el favor del pueblo. *Puberem*, quando apenas le apuntaba el bozo. (Tenia veinte y dos años, como dice Sigonio.) *Nitentibus*, haciendo lo posible los Barcinos para que Anibal se fuese acostumbrando á la milicia, y fuese sucesor de su padre en el poder. *Anno*, Anón cabeza del otro bando. *Ancipitis*, de un voto tan dudoso, de un parecer tan indeciso. *Convertisset*, habiéndose llevado tras sí la atencion de todos. *Florem*, Asdrubal, dixo, juzga que justamente nos debemos aprovechar de la flor de la edad de Anibal, la que él mismo empleó en beneficio de su padre. *Juventutem*, acostumbrar á nuestros jóvenes á comenzar la milicia al antojo de los generales. *Et cujus*, y tardemos mucho en ser esclavos del hijo de aquel rey, que á su yerno dexó, como por juro de heredad, el mando de nuestros exércitos? *Sub legibus*, baxo la disciplina de las leyes y de los magistrados, viviendo igual á los demas. *Parvus hic*, (Noble alegoria), no sea que en algun tiempo esta pequeña chispa levante &c. *Pauci*, pocos aprobaban el dictámen de Anon, pero casi eran los mejores. *Convertit*, se llevó la atencion...

Regni, dá este nombre al Amilcar, para hacerle mas odioso.

mando de general que tuvo

more atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vixdum puberem Asdrubal literis ad se arcessierat; actaque res in senatu etiam fuerat, Barchinis nitentibus, ut adsuesceret militiæ Annibal, atque in paternas succederet opes. Anno alterius factionis princeps, *& æquum postulare videtur*, inquit, *Asdrubal; & ego tamen non censeo, quod petit, tribuendum.* Cùm, admiratione tam ancipitis sententiæ, in se omnes convertisset, *florem ætatis*, inquit, *Asdrubal, quem ipse patri Annibalis fruendum præbuit, justo jure eum à filio repeti censet: nos tamen minimè decet juventutem nostram pro militari rudimento adsuefacere lubidini imperatorum. An hoc timemus, ne Amilcaris filius nimis serò imperia immodica, & regni paterni speciem videat, & cujus regis genero hæreditarii sint relicti exercitus nostri, ejus filio parum maturè serviamus? Ego istum juvenem domi tenendum sub legibus, sub magistratibus docendum vivere æquo jure cum ceteris, censeo, ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet.* Pauci, ac ferme optimus quisque, Annoni assentiebantur: sed, ut plerumque fit, major pars meliorem vicit. Missus Annibal in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem

---

proclamado general, ya tambien por el favor del pueblo. *Puberem*, quando apenas le apuntaba el bozo. (Tenia veinte y dos años, como dice Sigonio.) *Nitentibus*, haciendo lo posible los Barcinos para que Anibal se fuese acostumbrando á la milicia, y fuese sucesor de su padre en el poder. *Anno*, Anón cabeza del otro bando. *Ancipitis*, de un voto tan dudoso, de un parecer tan indeciso. *Convertisset*, habiéndose llevado tras sí la atencion de todos. *Florem*, Asdrubal, dixo, juzga que justamente nos debemos aprovechar de la flor de la edad de Anibal, la que él mismo empleó en beneficio de su padre. *Juventutem*, acostumbrar á nuestros jóvenes á comenzar la milicia al antojo de los generales. *Et cujus*, y tardemos mucho en ser esclavos del hijo de aquel rey, que á su yerno dexó, como por juro de heredad, el mando de nuestros exércitos? *Sub legibus*, baxo la disciplina de las leyes y de los magistrados, viviendo igual á los demas. *Parvus hic*, (Noble alegoria), no sea que en algun tiempo esta pequeña chispa levante &c. *Pauci*, pocos aprobaban el dictámen de Anon, pero casi eran los mejores. *Convertit*, se llevó la atencion...

Regni, dá este nombre al Amilcar, para hacerle mas mando de general que tuvo odioso.

viventem redditum sibi, veteres milites credere; eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri: deinde brevi effecit, ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Numquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facilè discerneres, utrum imperatori, an exercitui carior esset. Neque Asdrubal alium quemquam præficere malle, ubi quid fortiter ac strenuè agendum esset: neque milites alio duce plùs confidere, aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat; caloris ac frigoris patientia par: cibi, potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus; vigiliarum somnique nec die, nec nocte discriminata tempora; id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato, neque silentio arcessita. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi jacentem inter custodias, stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excellens: arma atque equi conspiciebantur. Equitum, peditumque idem longè primus erat; princeps prælium inibat, ultimus conserto prælio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plùs quàm Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deûm metus, nul-

---

Vigorem, veían en él el mismo vigor en el semblante, viveza de ojos, disposicion y fisonomía de cara. *Ut pater*, que no necesitaba de la memoria que tenian de su padre, para ganarse el favor del exército. *Habilius*, índole mas bien dispuesta al mismo tiempo para cosas muy diversas, como son &c. *Præficere*, darle el mando en alguna accion, si ocurria, &c. *Plurimum*, muy atrevido para emprender cosas peligrosas, y en medio de ellas muchísimo consejo; ó de muy acertada resolucion. *Modus finitus*, comia y bebia con templanza, y no por deleyte, sino por satisfacer á la necesidad natural. *Discriminata*, no tenia tiempo fixo para dormir y velar. *Neque silentio*, para dormir ni buscaba cama blanda, ni lugar retirado. *Conspiciebantur*, eran dignos de verse; se distinguian entre los de todos...

Malle, obsérvese para todo lo restante de este autor, que como ya advertimos en el Salustio, es muy comun en estos historiadores el infinitivo solo, supliendo el determinante *dicitur* ú otro.

Punica, la lealtad Cartaginesa quedó en proverbio entre los Romanos, porque la quebrantaron muchas veces los Cartagineses. En esto era singular Anibal.

lum jusjurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit, nullâ re, quæ agenda audendaque magno futuro duci esset, prætermissâ. Ceterùm ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum statuit: quibus oppugnandis, quia haud dubiè Romana arma movebantur, Olcadum fines priùs (ultra Iberum ea gens in parte magis, quàm in ditione Carthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non petiisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus jungendisque, tractus ad id bellum videri posset. Cartejam urbem opulentam, caput gentis ejus, expugnat, diripitque: quo metu perculsæ minores civitates, stipendio imposito, imperium accepere. Victor exercitus, opulentusque prædâ Carthaginem novam in hiberna est deductus. Ibi largè partiendo prædam, stipendia præterita cum fide exsolvendo, cunctis civium sociorumque animis in se firmatis, vere primo in Vaccæos promotum bellum. Hermandica & Arbacala Vaccæorum urbes vi captæ. Arbacala & virtute & multitudine oppidanorum diu defensa. Ab Hermandica profugi, exulibus Olcadum, priore

---

Meruit, (sup. *stipendium*), militó. *Nulla re*, no omitiendo nada de lo que era digno de uno, que habia de ser un completo general. *Nihil prolatandum*, juzgando no debia andar en dilaciones. *Ne quoque aliquis opprimeret se cunctantem*, para que no se lo impidiese algun acontecimiento, si se detenia. *Quia*, porque con esto provocaba á los Romanos abiertamente. *In Olcadum*, á los términos de los Olcades (junto á Ocaña.) *Ut non*, de modo que pareciese que no se dirigia contra Sagunto, sino que por la serie de sus conquistas, sujetando é incorporando á su imperio los pueblos comarcanos, habia ido á hacerles guerra. *Stipendio*, imponiéndoles el tributo de pagar el prest de la tropa. *Carthaginem novam*, Cartagena. *Cum fide*, fielmente. *In se firmatis*, habiéndose ganado las voluntades. *Hermandica*, *Arbacala*, Alba de Tormes, y Arévalo; y otros Avila. *Profugi*, habiendo huido los de Alba de Tormes, é incorporádose con los Olcades, que tambien andaban huidos de su tierra...

Saguntinis. Sagunto, ahora Murviedro cerca de donde está Valencia.

Vaccæos, pueblos de Castilla la vieja.

æstate domitæ gentis, cùm se junxissent, concitant Carpetanos; adortique Annibalem regressum ex Vaccæis, haud procul Tago flumine agmen grave prædâ turbavere. Annibal prælio abstinuit; castrisque super ripam positis, cùm prima quies silentiumque ab hostibus fuit, amnem vado trajecit: valloque ita producto, ut locum ad transgrediendum hostes haberent, invadere eos transeuntes statuit. Equitibus præcepit, ut, cùm ingressos aquam viderent, adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta disposuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vaccæorumque centum millia fuère, invicta acies, si æquo dimicaretur campo. Itaque & ingenio feroces, & multitudine freti, & quòd metu cessisse credebant hostem; id morari victoriam rati, quòd interesset amnis, clamore sublato, passim sine ullius imperio, quà cuique proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripæ vis ingens equitum in flumen immissa; medioque alveo haudquaquam pari certamine concursum: quippe ubi pedes instabilis, ac vix vado fidens, vel ab inermi equite equo temere acto perverti posset: eques corpore armisque liber, equo vel per medios gurgites stabili, cominus eminusque rem gereret. Pars magna flumine absumpta: quidam vorticoso amni delati in hostes, ab elephantis obtriti sunt: postremis,

Agmen, desordenaron su gente cargada de despojos. *Amnem*, vadeó el rio. *Valloque*, y habiendo tirado una empalizada, de suerte que tuvieron lugar &c. *Cum appendicibus*, con los suplementos de los Carpetanos y Olcades. *Id morari*, pensando que les detenia la victoria el estar por medio el rio. *Passim*, por todas partes, y por donde cada uno estaba mas cerca, sin esperar órdenes, entran violentamente en el rio. *Vis*, número. *Medioque*, pelearon en medio de la corriente, aunque con fuerzas desiguales. *Quippe*, como que yendo á pie, no podian mantenerse, ni afianzar los pies en el vado, y eran derribados por los de á caballo, aunque desarmados. *Equo vel*, manteniéndose el caballo aun en medio de los remolinos, peleaban de cerca y á lo lejos. *Absumpta*, ahogados. *Quidam*, algunos conducidos por los mismos remolinos del rio, fueron á parar á los enemigos, y pisados por los elefantes. *Postremis*: órden. *Annibal... fecit fugam ex ripa postremis*, Anibal entrando en el rio con su gente formada en quadro, hizo huir desde la ribera á los últimos, á quienes fué mas segura la vuelta á su ribera ..

Carpetanos, pueblos en el reyno de Toledo.

quibus regressus in suam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione cùm in unum colligerentur, priusquam tanto ex pavore reciperent animos, Annibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit: vastatisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginiensium erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat; ceterum jam belli causâ certamina cum finitimis ferebantur, maximè Turdetanis, quibus cùm adesset idem, qui litis erat sator, nec certamen juris, sed vim quæri appareret, legati à Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubiè imminens orantes. Consules tunc Romæ erant P. Cornelius Scipio & T. Sempronius Longus; qui, cum legatis in senatum introductis, de repub. retulissent, placuissetque mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas, quibus si videretur digna causa, & Annibali denunciarent, ut ab Saguntinis sociis populi Romani abstineret, & Carthaginem in Africam trajicerent, ac sociorum populi Rom. querimonias deferrent; hâc legatione decretâ, necdum missâ, omnium spe celeriùs Saguntum oppugnari allatum est. Tunc delata ex integro res ad senatum. Alii provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terrâ marique rem gerendam censebant. Alii totum in Hispaniam Annibalemque intendebant bellum. Erant, qui non temere movendam rem tantam, expectandosque ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit; legatique eò maturiùs

---

Ex varia, juntándose en un lugar, despues de tanto desórden. *Certamina*, tenian contiendas con los comarcanos. *Quibus*, á quienes favoreciendo Anibal, el mismo que habia movido la desunion, y conociéndose que no se pleyteaba sobre el derecho, sino que intentaba hacer violencia. *Res inspiciendas*, para informarse del estado en que se hallaban los aliados. *Abstineret*, que se abstuviese de molestar. *Deferrent*, y que expusiesen las quejas de los aliados del pueblo Romano. *Hâc legatione*, resuelta esta embaxada, pero no puesta en execucion. *Ex integro*, de nuevo se propuso la cosa al Senado. *Decernentes*, juzgando que se debia encargar á los dos cónsules la guerra de Africa y España. *Intendebant*, aplicaban toda la fuerza de la guerra contra &c...

Turdetanis, erró T. Livio, que debió decir *Bastetanis*, pueblos de Murcia; pues los Turdetanos eran pueblos del reyno de Sevilla.

missi P. Valerius Flaccus, & Q. Bæbius Tamphilus Saguntum ad Annibalem, atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum. Dum ea Romani parant, consultantque, jam Saguntum summâ vi oppugnabatur. Civitas ea longè opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme à mari. Oriundi à Zacyntho insula dicuntur; mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis: ceterum in tantas brevi creverat opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, quâ fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus fines, pervastatis passim agris, urbem tripartito adgreditur. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quàm cetera circa, vallem vergens: adversùs eum vineas agere instituit, per quas aries mœnibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit, ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat. Et turris ingens imminebat; & murus, ut in suspecto loco, supra ceteræ modum altitudinis munitus erat: & juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi vi majori obsistebat. Ac primò missilibus summovere hostem; nec quidquam satìs tutum munientibus pati. Deinde jam non pro mœnibus modò atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes opera-

---

Ad ducem, para pedirles entregasen al mismo General para tomar satisfaccion de haber quebrantado la alianza. *Mistique*, y que algunos de Ardea del linage de los Rutulos se incorporaron con ellos. *Fructibus*, por el comercio, ya de mar, ya de tierra. *Sanctitate*, ó por sus buenas leyes y enseñanza, con la que guardaron hasta la muerte la lealtad de amigos. *Ingressus*, habiendo acometido Anibal sus términos. *Tripartito*, por tres partes, ó dividido en tres trozos el exército. *Angulus*, el muro formaba ángulo por aquella parte, que era mas llana y descubierta que las inmediatas, y caia á un valle. *Agere vineas*, á arrimar manteletes, á cubierto de los quales pudiese batir los muros con el ariete. *Sed ut*, pero así como aquel lugar distante de la muralla era bastante acomodado para levantar los manteletes, así quando se llevó la obra á efecto no correspondia el suceso á la empresa. *Loco suspecto*, lugar poco seguro. *Missilibus*, armas arrojadizas. *Nec pati quidquam satis tutum munientibus*, ni dexaban lugar seguro á los enemigos, para que se fortificasen. *Pro*, en defensa. *Micare*, arrojaban dardos. *Stationes*, centinelas de los enemigos...

que hostium animus erat, quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quàm Pœni. Ut verò Annibal ipse, dum murum incautiùs subit, adversum femur tragulâ graviter ictus cecidit; tanta circa fuga atque trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineæ desererentur. Obsidio deinde per paucos dies magis, quàm oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur; per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum. Itaque acriùs de integro obortum est bellum; pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera locis, vineæ cœptæ agi, admoverique aries. Abundabat multitudine hominum Pœnus; ad centum enim & quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multimodâ arte distineri cœpti sunt, & non sufficiebant; jam enim feriebantur arietibus muri: quassatæ quoque multæ partes erant; una continentibus ruinis nudaverat urbem. Tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant: captum oppidum ea ruinâ crediderant Pœni, quâ, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrinque in pugnam procursum est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium, per occa-

---

Quibus, en los quales choques repentinos comunmente morian menos Saguntinos que Cartagineses. *Ut verò*, mas como Anibal, arrimándose inadvertidamente al muro recibiese una grave herida en la parte anterior del muslo de un tiro de ballesta, y cayese en tierra. *Tragula*: *A trahendo*, (arma arrojadiza de mano, ó ballesta.) *Tanta*, los que le cercaban, huveron tan azorados que no faltó mucho. *Obsidio*, se mantuvo el cerco de la ciudad en los dias siguientes, pero sin combatirla. *Ita ab*, así no se cesó en el aparato de maniobras y fortificaciones. *Vix accipientibus*, consintiendo apenas algunos lugares la continuacion de las fortificaciones. *Oppidani*, los de la ciudad comenzaron á echar mano de todo género de defensa, para conservar y atender á todos los puntos. *Una*, desmoronándose de continuo una parte dexó indefensa la ciudad. *Quantumque*, y todo el lienzo de la muralla que habia entre ellas. *Ea ruina*, por aquel portillo habian creido los Cartagineses apoderarse de la ciudad. *Velut*, como si á ambos exércitos hubiese defendido aquel muro. *Nihil*, no habia ninguna confusion en pelear, como, &c...

sionem partis alterius, conseri solent: sed justæ acies, velut patenti campo, inter ruinas muri, tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat: Pœno cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente; Saguntinis pro nudatâ mœnibus patriâ corpora opponentibus: nec ullo pedem referente, ne relicto à se loco hostem immitteret. Itaque quò acriùs & confertim magis utrinque pugnabatur, eò plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. Falarica erat Saguntinis, missile telum, hastili oblongo, & cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. Id, sicut in pilo, quadratum stuppâ circumligabant, linebantque pice; ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maximè, etiam si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quòd cùm medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multò majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. Cùm ergo diu anceps fuisset certamen; & Saguntinis, quia præter spem resisterent, crevissent animi; Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt. Inde impeditum trepidantemque exturbant: postremò fusum fugatumque in castra redigunt.

Sed justæ acies... constiterant, sino que los dos exércitos ordenados se presentaron en batalla, como si fuera en campo raso. *Hinc*, á unos les aviva la ira la esperanza, á otros la desesperacion. *Adnitatur*, y que al menor esfuerzo. *Quò*, con quanto mayor ardor y mas juntos peleaban. *Falarica*, usaban los Saguntinos una arma arrojadiza llamada *falarica*, de hastil largo y torneado, menos al fin donde tenia la cuchilla. *Id*, rodeaban con estopa, y untaban con pez la parte de esta, por donde era quadrada, como la lanza. *Ut cum*, para que pudiese atravesar de parte á parte un cuerpo armado. *Sed id maximè... faciebat pavorem quòd*, pero aun quando se quedase clavada en el escudo, y no hiriese el cuerpo, infundia miedo el que yendo encendida en medio, y aumentándose la llama con el movimiento, obligaba á dexar las armas, y dexaba indefenso al soldado para los demas tiros. *Anceps*, habiendo sido por mucho tiempo dudosa la batalla. *Pœnus*, y teniéndose Anibal por vencido, solo por no haber salido vencedor. *Expellunt*, los meten entre los escombros de la muralla.

III. Interim ab Roma legatos venisse nunciatum est, quibus obviam ad mare missi ab Annibale, qui dicerent, nec tutò eos adituros inter tot tam efferatarum gentium arma; nec Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire. Apparebat, non admissos protinus Carthaginem ituros. Literas igitur nunciosque ad principes factionis Barchinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaque præterquam quòd admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Anno unus adverso senatu causam fœderis, magno silentio propter auctoritatem suam, non assensum audientium egit. *Per deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniem ad exercitum mitterent: non manes, non stirpem ejus conquiescere viri; nec umquam, donec sanguinis nominisque Barchini quisquam supersit, quietura Romana fœdera. Juvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo, succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones, ducibus iisdem diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti. Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis?*

III. *Obviam*, á los quales fueron enviados algunos por Anibal, para que les saliesen al encuentro al desembarcar, y les dixesen, que ni irian seguros &c. *Nec*, ni que Anibal entre tanto embarazo de cosas tenia tiempo de escuchar embaxadas. *Gratificari*, (*id est facere aliquid gratia Romanorum*), para que el bando contrario no favoreciese á los Romanos. *Itaque*, por donde esta embaxada fué vana é inútil, á excepcion de haber sido oida y admitida. *Causam fœderis... egit* solo Anon, oponiéndose el senado, defendió la causa de la alianza. *Assensum*, (repítase *propter*), no porque lo aprobaban los que le oian. *Non manes*, que ni Amilcar ya difunto, ni su raza estaban quietos. *Quietura*, podrian permanecer las alianzas con los Romanos. *Juvenem*, á este jóven que ardia en deseos de reynar. *Viamque*, y que el único camino, que hallaba para llegar a ello, era el andar siempre rodeado de armas y exercitos, fomentando unas guerras con otras. *Aluistis*, vosotros pues echásteis la leña al fuego que os abrasa. *Ducibus*, conduciéndolas los mismos dioses &c...

Legatos ab sociis, & pro sociis venientes bonus imperator vester in castra non admisit, jus gentium sustulit; hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt; res ex fœdere repetunt; publica fraus absit: auctorem culpæ, & reum criminis deposcunt. Quò leniùs agunt, segniùs incipiunt: eò cum cœperint, vereor, ne perseverantiùs sæviant. Ægates insulas Erycemque ante oculos proponite, quæ terra marique per quatuor & viginti annos passi sitis. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt. Sed tunc Tarento & Italiâ non abstinueramus ex fœdere: sicut nunc Sagunto non abstinemus. Vicerunt ergo dii, hominesque; & id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Annibal vineas turresque admovet: Carthaginis mœnia quatit ariete. Saguntì ruinæ (falsus utinam vates sim) nostris capitibus incident: susceptumque cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam levem esse in eo auctoritatem, propter paternas inimicitias; sed & Amilcarem eò periisse lætatus sum, quòd si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus: & hunc juvenem, tamquam furiam facemque hujus belli odi ac detestor. Nec dedendum solùm ad piaculum rupti fœderis; sed si nemo deposcat,

---

Bonus, (Ironía.) *Sustulit*, quebrantó el derecho de gentes. *Unde ne*, de donde no son desechados los embaxadores, ni aun de los enemigos. *Res ex*, piden lo que se les debe por la alianza, y que no se quebrante la fé pública. *Quò*, quanto mayor es la mansedumbre y lentitud, con que proceden en los principios, temo que sea tanto mayor su rigor en declarándose enemigos. *Erycemque*, (monte de San Julian en Sicilia) *Mars*, otro segundo Marte. *Sed tunc*, pues entonces acometimos á Tarento, y á la Italia, contra la alianza. *Dedit victoriam ei, unde jus stabat*, el suceso de la guerra, como juez recto, dió la victoria á quien tenia la justicia. *Utinam*, ojalá salga falso mi pronostico. *Susceptumque*, la guerra emprehendida contra los Saguntinos, esa misma harémos á los Romanos. *Dedemus*, pues, dirá alguno, entregarémos á Anibal? (*Prolepsis.*) *In eo*, que para esta determinacion sirve de poco mi voto por la enemistad, que con su padre tuve. *Furiam*, como de una furia infernal, y atizador de esta guerra. *Detestor*, abomino de. *Nec*, ni solamente creo, le debemos entregar á los Romanos, para que expíe la violacion de la alianza...

devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandumque eò, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, nec sollicitare quietæ civitatis statum possit. Ego autem ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant: alios, qui Annibali nuncient, ut exercitum ab Sagunto abducat; ipsumque Annibalem ex fœdere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno. Cùm Anno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit: adeò prope omnis senatus Annibalis erat, infestiùsque locutum arguebant Annonem, quàm Flaccum Valerium legatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est, *bellum ortum ab Saguntinis, non ab Annibale esse: populum Romanum injustè facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginiensium societati præponat.*

IV. Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Annibal, quia fessum militem præliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc irâ in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit. Ut verò pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeò accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nullâ vi resisti videretur posse. Saguntini ut à præliis quietem habuerant, nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies; ita non nocte, non die umquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, quâ patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quàm ante, adorta est: nec, quâ primùm aut potissimùm parte ferrent opem, cùm omnia variis clamoribus streperent, satìs scire po-

---

Sollicitare, alterar el reposo, de que la ciudad goza. *Ego autem*, mi parecer es, que, &c. *Cum Anno*, luego que habló Anon, no fué necesario que ninguno perorase contra él; tan favorable á Anibal estaba casi todo el senado.

IV. *Terunt*, gastan el tiempo en embaxadas. *Stationibus*, habiendo puesto centinelas para guardar los manteletes y otras máquinas. *Interim*, entretanto acalora sus ánimos, ya irritandolos contra los enemigos, &c. *Pro concione*, en la junta de los soldados. *Ut... reficerent*, para hacer de nuevo el muro por aquella parte, por donde la ciudad quedó aportillada. *Inde*, despues los apretaron con un bloqueo mas recio que antes...

terant. Ipse Annibal, qua turris mobilis omnia muni- menta urbis superans altitudine agebatur, hortator aderat; quæ cùm admota catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasset, tum Annibal occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Itaque ante quàm cæderetur, ruebat: perque patentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Locum quoque editum capiunt, collatisque eò catapultis ballistisque, ut castellum in ipsa urbe velut arcem imminentem haberent, muro circumdant. Et Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt. Utrinque summâ vi & muniunt & pugnant; sed interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt: simul crescit inopia omnium longâ obsidione, & minuitur exspectatio externæ opis, cùm tam procul Romani unica spes, circa omnia hostium essent; paulisper tamen affectos animos recreavit repentina profectio Annibalis in Oretanos Carpetanosque: qui duo populi delectûs acerbitate consternati, retentis conquisitoribus, metum defectionis cùm præbuissent, oppressi celeritate Annibalis, omiserunt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio segnior erat, Maharbale Himilconis filio, quem præfe-

---

Qua, por donde se levantaba una torre portátil, que dominase á todos los muros. (Era de madera, con ruedas para moverla.) *Tabulata*, pisos o suelos de la torre. *Quod*, porque la fabrica ó mampostería no estaba trabada con cal, sino con lodo, como fabricaban los antiguos. *Itaque*, por lo que mas se desmoronaban por sí mismos, que fueren derribados con los picos. *Patentia*, boquerones. *Ducunt*, tiran un muro por dentro. *Minorem*, reducen á menos; aminoran de dia en dia. *Circa*, y todos los contornos eran de los enemigos. *Affectos*, causados. *Delectus acerbitate*, amotinados por el rigor de las quintas. *Conquisitoribus*, teniendo sujetos los que hacian las quintas, y mostrando temor por haberse rebelado. *Oppressi*, sorprehendidos con la pronta llegada de Anibal, dexaron las armas. *Nec Sagunti*, no afloxaba un punto el bloqueo. *Quem*, á quien encomendo el asedio...

Catapultis, balistisque. Catapultas y ballestas. Maquinas; la primera para tirar dardos y lanzas: en griego [illegible], la segunda para arrojar piedras, de la palabra Βαλλεσθαι *mittere*.

Dolabris. Azuelas: aquí significa picos, barras.

Oretanos, antiguamente Oreto; hoy campo de Calatrava.

cerat Annibal, ita impigrè rem agente, ut ducem abesse, nec cives nec hostes sentirent. Is & prælia aliquot secunda fecit, & tribus arietibus aliquantum muri discussit: strataque omnia recentibus ruinis advenienti Annibali ostendit. Itaque ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque prælium cum multorum utrinque cæde initum, & pars arcis capta est. Tentata deinde per duos exigua pacis spes, Alconem Saguntinum & Alorcum Hispanum. Alco, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, cùm ad Annibalem noctu transisset, postquam nihil lacrymæ movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit, moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Postulabatur autem, redderent res Turdetanis: traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis, ibi habitarent, ubi Pœnus jussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus vinci animos, ubi alia vincantur, affirmans, se pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis, ceterùm publicè Saguntinis amicus, atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, transgressus munimenta, ad prætorem Saguntinum (& ipse ita jubebat) est deductus. Quò cùm extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, summotâ cæterâ multitudine, senatus Alorco datus est, cujus talis oratio fuit. *Si civis vester Alco, sicuti ad pacem petendam ad Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Annibalis nec transfuga ad vos venissem. Cùm*

Ita impigrè, prosiguiendo con tanto calor el cerco Maharbal, &c. *Discussit*, derribó parte de la muralla. *Strata*, sembrado todo de los escombros del muro recien arruinado. *Atroxque prælium initum*, se dió una brava batalla con pérdida de muchos de ambas partes. *Tentata*, procuraron hacer la paz con Anibal, aunque con poca esperanza, &c. *Moturum*, que conseguiria. *Tristes*, poco ventajosas. *Transgressus*, habiendo pasado las trincheras. *Senatus*, se dió audiencia. *Si civis*, si vuestro conciudadano Alcon os hubiera traido las condiciones que propone Anibal así como fué á pedir la paz, ociosa era mi venida, pues ni sería embaxador de Anibal, ni desertor.

Turdetanis; hay el mismo error que se notó arriba pag. 74.

verò ille aut vestrâ aut suâ culpa manserit apud hostem: si metum simulavit, suâ; vestrâ, si periculum est apud vos vera referentibus; ego, ne ignoraretis esse aliquas & salutis & pacis vobis conditiones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestrâ autem causâ me, nec ullius alterius, loqui quæ loquor apud vos, vel ea fides sit, quòd neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis umquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est, nec vestra jam aut arma vos aut mœnia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessariam, quàm æquam: cujus ita aliqua spes est, si eam quemadmodum ut victor fert Annibal, sic vos ut victi audiatis: si non id, quod amittitur, in damno, cùm omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam ferè totam habet, adimit, agros relinquit, locum adsignaturus, in quo novum oppidum ædificetis: aurum argentumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri: conjugum, vestraque corpora, ac liberorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis à Sagunto exire. Hæc victor hostis imperat: hæc, quamquam sint gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cùm omnium potestas ei à vobis facta sit, aliquid ex his rebus remissurum. Sed hæc patienda censeo potiùs, quàm trucidari corpora vestra, rapi, trahique ante ora vestra conjuges, ac liberos belli jure sinatis. Ad hæc audienda cùm circumfusâ paulatim multitudine, permistum senatui esset populi concilium, repentè primores, secessione factâ, prius-

---

Si periculum, si padecen los que os dicen la verdad. *Vel ea fides*, y que yo digo solo por vuestro bien, y no por otro respeto, quanto hablo en vuestra presencia, sirva de prueba el que jamas hice mencion de paz, &c. *Sed quidquid*, sino que contais por beneficio lo que os dexaren. *Suadet*, os aconseja lo admitais. *Cùm omnium*, que si os poneis enteramente en sus manos, rebaxará de estas capitulaciones. *Cùm concilium populi permistum esset senatui multitudine circumfusa paulatim ad hæc audienda.* Hallándose mezclado el pueblo con el senado, por haber concurrido mucha gente, para saber la novedad. *Secessione facta*, habién-

---

Binis, parece mas natural *singulis*, y conforme á lo dicho *vis*, que es lo mismo que dicho arriba: con un vestido.

quam responsum daretur, argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eòdem plerique semetipsos præcipitaverunt. Cùm ex eo pavor, ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat; perque ruinam ejus cohors Pœnorum, impetu facto, cùm signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem, non cunctandum in tali occasiône ratus Annibal, totis viribus adgressus urbem, momento cepit; signo dato, ut omnes puberes interficerentur: quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum in ipso eventu est: cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super seipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ, quàm morientes, fecerunt? Captum oppidum est cum ingenti præda, quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant: & in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captivi militum præda fuerant: tamen ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum esse constat, & multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem. Octavo mense, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere: inde Carthaginem novam in hiberna Annibalem concessisse; quinto deinde mense, quàm à Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. Quæ si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius & T. Sempronius consules fuerint; ad quos & in principio oppugnationis legati Saguntini missi sunt; & qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquantò post ad Trebiam pugnaverint: aut omnia breviora aliquanto fuere; aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius & T. Sempronius consules fuerunt, non

---

dose retirado los principales. *Ruinam*, por el portillo que dexó. *Nudatam*, que la ciudad de los enemigos estaba sin las acostumbradas guardias y centinelas. *Ceterùm*, pero el suceso hizo ver que era forzoso. *De industria corrupta*, lo habian quemado de intento. *Ira*, y la ira del vencedor apenas habia hecho diferencia de edades en la mortandad. *Aliquantum*, que se hizo algun dinero de la venta de la presa. *Concessisse*, y que se retiró á invernar á Cartagena. *Trebiam*, rio Trebia. *Omnia*, ó todo esto sucedió en algo menos tiempo...

cœptum oppugnari est, sed captum. Nam excessisse pugnâ ad Trebiam in annum Cn. Servilii, & C. Flaminii non potest: quia Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus ab T. Sempronio consule, qui post pugnam ad Trebiam, ad creandos consules Romam cùm venisset, comitiis perfectis, ad exercitum in hiberna rediit.

V. Sub idem ferè tempus & legati, qui redierant à Carthagine, Romam retulerunt omnia hostilia esse; & Sagunti excidium nuntiatum est. Tantusque simul mœror patres, misericordiaque sociorum peremptorum indignè, & pudor non lati auxilii, & ira in Carthaginienses, metusque de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset; ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis, quàm consultarent. Nam neque hostem acriorem, bellicosioremque secum congressum: nec rec Romanam tam desidem umquam fuisse atque imbellem. Sardos, Corsosque, & Istros, atque Illyrios lacessisse magis, quàm exercuisse Romana arma; & cum Gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum. Pœnum hostem veteranum, trium & viginti annorum militiâ durissimâ inter Hispanas gentes semper victorem, primùm Amilcare, deinde Asdrubale, nunc Annibale duce acerrimo adsuetum, recentem ab excidio opulentissimæ urbis Iberum transire: trahe-

---

Nam, porque no puede ser que la batalla de Trebia se diese durante el año en que fueron CC. Cn. Servilio y C. Flaminio; porque éste comenzó su consulado en Rimini.

V. *Sub*, casi á un mismo tiempo los embaxadores, que dieron la vuelta de Cartago, traxeron la noticia que todo estaba en poder del enemigo, y se supo en Roma la destruccion de Sagunto. *Tantusque*, y se apoderó de los Senadores al mismo tiempo tanta tristeza y compasion de la ruina de sus aliados que sufrieron una muerte indigna, y tal vergüenza de no haberlos socorrido, &c. *Metusque*, y tanto miedo del peligro que corria la república, como si ya asomase Anibal por las puertas, que turbados los ánimos á un mismo tiempo con tantos acaecimientos, mas se azoraban que providenciaban. *Nam*, (sup. *constat*), lo cierto es que jamas habia peleado con ellos enemigo mas capital ni guerrero, ni Roma se habia hallado jamas mas descuidada ni mas débil. *Tumultuatum*, y la de los Franceses mas bien pudo llamarse levantamiento que guerra. *Veteranum*, pero el enemigo Cartagines estaba exercitado en veinte y tres años de guerra, que en la milicia guardaba el mayor rigor. *Recentem ab*, que acababa de destruir la ciudad mas fuerte del mundo...

re secum tot excitos Hispanorum populos: conciturum avidas semper armorum Gallicas gentes: cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia ac pro mœnibus Romanis esse. Nominatæ jam antea consulibus provinciæ erant; tum sortiri jussi. Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit. Sed in eum annum decretæ legiones, & sociorum quantum ipsis videretur, & classis quanta parari posset. Quatuor & viginti peditum Romanorum millia sunt scripta, mille, & octingenti equites: sociorum quadraginta quatuor peditum, & quatuor equitum, naves ducentæ & viginti quinqueremes, celoces viginti deductæ. Latum inde ad populum, vellent, juberent, populo Carthaginiensi bellum indici: ejusque belli causâ supplicatio per urbem habita, atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus jussisset. Inter consules ita copiæ divissæ. Sempronio datæ legiones duæ: ea quaterna millia erant peditum, & trecenti equites: sociorum sexdecim millia peditum: equites mille octingenti, naves longæ centumquadraginta, celoces duodecim. Cum his terrestribus maritimisque copiis T. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italiâ Pœnum consul alter satis esset. Cornelio minus copiarum datum; quia L. Manlius prætor & ipse cum haud invalido præsidio in Galliam mittebatur. Navium maximè Cornelio numerus diminutus; sexaginta quinqueremes datæ, (neque enim mari venturum, aut eâ parte dimicaturum hostem credebant) & duæ Romanæ

Excitos, llamados, movidos para esta guerra. *Conciturum*, que levantaria. *Pro mœnibus*, y en defensa de las murallas de Roma. *Et classis*, de naves quantas pudiesen juntar. *Celoces*, barcos ligeros. *Deductæ*, se aprestaron. *Latum est*, se propuso despues al pueblo que tuviese á bien el mandar, que se declarase la guerra al pueblo Cartagines. *Supplicatio*, rogativas á los Dioses, y se imploró su auxilio. *Jussisset*, esto es *jusserat*. *Quia*, porque tambien el mismo pretor L. Manlio era enviado á la Francia con una muy buena porcion de gente. *Navium*, solo Cornelio llevaba muy poco número de naves. *Ea parte*, en guerra maritima...

Nominatæ, ya estaban señaladas las provincias á los cónsules. El senado primeramente señalaba las provincias que habian de gobernar, ó donde habian de hacer guerra los cónsules; y ellos despues las sorteaban, ó se componian entre sí.

legiones cum suo justo equitatu, & quatuordecim millibus sociorum peditum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quatuordecim millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos, Gallia provincia eodem anno versa in Punicum bellum habuit. His ita comparatis, ut omnia justa ante bellum fierent, legatos majores natu, Q. Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Bæbium, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienses, publicone consilio Annibal Saguntum oppugnasset; & si id, quod facturi videbantur, faterentur, ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem venerunt, cùm senatus datus esset, & Q. Fabius nihil ultra, quàm unum, quod mandatum erat, percunctatus esset, tum ex Carthaginiensibus unus princeps: *Vana, Romani,* inquit, *& prior legatio fuit, cum Annibalem, tamquam suo consilio Saguntum oppugnantem, deposcebatis. Ceterum hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior; tunc enim Annibal & insimulabatur & deposcebatur; nunc à nobis & confessio culpæ exprimitur, &, ut à confessis, res extemplo repetuntur. Ego autem non privato, publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quærendum censeo: sed utrùm jure, an injuriâ; nostra enim hæc quæstio atque animadversio in civem nostrum est: nostro an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disceptatio est, licueritne per fœdus fieri. Itaque quoniam discerni placet, quid publico con-*

Justo, completa caballería. *Versa*, que entró en la guerra contra Cartago. *His ita*, hechos estos preparativos. *Ut omnia*, para no omitir nada de quanto debe preceder á una guerra justa. *Publicone*, si con órden del senado. *Nihil ultra*, no habiendo hecho mas que una sola pregunta segun el encargo que llevaba. *Vana*, luego, ó Romanos, la primera embaxada, en la que pedíais que os entregásemos á Anibal, fué ociosa. *Lenior*, mas atenta en las palabras, pero mas dura en la realidad. *Insimulabatur*, se le hacia reo, y le pedíais como á tal; mas ahora se nos obliga á confesar, que hemos errado, y como á reos confesos se nos piden las haciendas de los Saguntinos. *Privato publicone*, si Anibal combatió á Sagunto por propia autoridad, ó por determinacion del senado. *Sed utrùm*, sino si está bien ó mal hecho. *Nostra*, pues á nosotros toca el examinar esto, y castigar á nuestro ciudadano. *Vobiscum*, á vosotros solo toca el preguntar si se pudo hacer segun la alianza. *Quoniam*, supuesto que quereis que se trate. *Publico*, por órden del senado...

silio, quid suâ sponte imperatores faciant; nobis vobiscum fœdus est Luctatio consule ictum, in quo cavetur utrorumque sociis, nihil de Saguntinis (necdum enim eran socii vestri) cautum est. At enim eo fœdere, quod cum Asdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur. Adversus quod nihil ego dicturus sum, nisi quod à vobis didici; vos enim, quod C. Luctatius consul primò nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate patrum neque populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri; itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Si vos non tenent vestra fœdera, nisi aut ex auctoritate aut jussu vestro icta: ne nos quidem Absdrubalis fœdus, quod nobis insciis icit, obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atque Iberi mentionem facere: & quod diu parturit animus vester, aliquando pariat. Tum Romanus, sinu ex toga facto, *hic*, inquit, *vobis bellum & pacem portamus: utrum placet, sumite.* Sub hanc vocem haud minùs ferociter, *daret utrum vellet*, succlamatum est. Et cùm iis iterum sinu effusso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt; &, quibus acciperent animis, iisdem se gesturos. Hæc directa percunctatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est, quàm de fœderum jure verbis disceptare, cùm ante, tum maximè, Sagunto excisâ. Nam si verborum disceptationis res esset; quòd

---

Sponte, y que por sí mismos. *Nobis*, nosotros hicimos con vosotros alianza en tiempo del cónsul C. Luctatio, en la que se atiende á los intereses de los aliados de unos y otros; pero ninguna mencion se hizo de los Saguntinos, pues aun no lo eran vuestros. *Excipiuntur*, son exceptuados. *Eo teneri*, dixisteis no os obligaba su cumplimiento. *Insciis*, sin nuestra noticia. *Et quod diu*, y manifestad lo que ya hace tiempo teneis en vuestros corazones, ó explicad vuestro sentimiento. *Sinu ex*, alzando la toga. *Utrum placet*, lo que os agrade tomadlo. *Sub hanc*, esto dicho. *Succlamatum est... haud min. fer.* dixeron en voz alta no con menos espiritu. *Sinu effuso*, dexando caer la toga. *Hæc*, esta derecha pregunta é intima de guerra pareció mirar mas á conservar el decoro del pueblo Romano, que a disputar sobre el derecho de las alianzas. *Excisâ*, arruinada Sagunto. *Nam si*, porque si esto fuera asunto de disputa: porque la alianza de Asdrubal se alteró con la de Luctatio que se hizo primero, no hay comparacion entre las dos...

Ne nos, argumento *a pari ratione.*

Omittite, esto es *Nolite.*

fœdus Asdrubalis cum Luctatii priore fœdere commutatum est, comparandum non erat: cùm in Luctatii fœdere disertè additum esset, ita id ratum fore, si populus censuisset; in Asdrubalis fœdere nec exceptum tale quidquam fuerit; & tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit fœdus, ut ne mortuo quidem auctore quidquam mutaretur. Quamquam etsi priori fœderi staretur, satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque exceptis. Nam neque additum erat, his, qui tunc essent; nec, ne qui postea assumerentur: & cùm assumere novos liceret socios, quis æquum censeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi? Tantum, ne Carthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut suâ sponte desciscentes reciperentur.

VI. Legati Romani ab Carthagine, sicut his Romæ imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent civitates, ut in societatem pellicerent, ut averterent à Pœnis, trajecerunt. Ad Bargusios primùm venerunt: à quibus benigne excepti, quia tædebat imperii Punici, multos trans Iberum populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt. Ad Volscianos inde est ventum: quorum celebre per Hispaniam responsum, ceteros populos à societate Romana avertit. Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit: *Quæ verecundia est, vos, Romani, postulare, uti vestram Carthaginiensium præponamus amicitiæ, cùm, qui id fecerunt, Saguntinos crudeliùs, quàm Pœnus*

Diserte, en términos expresos. *Ita id*, que esto sería valedero, firme, estable, &c. *Nec exceptum*, y no hallándose semejante excepcion. *Mortuo... auctore*, muerto ya quien hizo la alianza. *Etsi priori*, bien que aun quando se estuviese á los primeros pactos, bastante comprehendidos estaban los Saguntinos. *Aut ob*, o que ningunos se admitiesen de nuevo por mas servicios que hiciesen. *Tantum*, solamente miraba la alianza a que, &c.

VI. *Pellicerent*, para atraerlas. *Tædebat*, estaban cansados del gobierno Cartagines. *Ad cupidinem*, los animáron á desear nueva fortuna. *Celebre*, habiéndose extendido. *Concilio*, en ayuntamiento. *Quæ verecundia*, como no os avergonzais. *Cùm vos socii prodideritis Saguntinos qui fecerunt id crudeliùs quàm Pœnus perdidit*, habiendo vosotros aliados sido mas crueles contra los Sa-

---

Bargusios, Berge, en el reyno de Aragon.

Volscianos, Villa Dolce, pueblo Aragonés.

hostis perdidit, vos socii prodideritis? Ibi quæratis socios, censeo, ubi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut societati confidat. Inde extemplo abire finibus Volscianorum jussi, ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora verba tulere. Itaque nequidquam peragratâ Hispaniâ, in Galliam transeunt. In his nova terribilisque species visa est, quòd armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. Cùm, verbis extollentes virtutem, gloriamque populi Romani, ac magnitudinem imperii, petiissent, ne Pœno bellum Italiæ inferenti per agros urbesque suas transitum darent, tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut vix à magistratibus majoribusque natu juventus sedaretur: adeo stolida impudensque postulatio visa est censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, *neque Romanorum in se meritum esse, neque Carthaginiensium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adversùs Pœnos sumant arma. Contra ea, audire sese, gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli à populo Romano, stipendiumque pendere, & cetera indigna pati.* Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque: nec hospitale quidquam, pacatumve satis priùs auditum, quam Massiliam venerunt. Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita; *præocupatos jam ab Annibale Gallorum ani-*

---

guntinos, que el Cartagines que los destruyó. *Ibi*, allí creo que debeis buscar aliados, donde no tengan noticia del desastre de Sagunto. *Ruinæ*, las ruinas de Sagunto servirán de exemplo tan famoso como lamentable á los pueblos, &c. *Abire*, salir de los confines. *Benigniora verba*, no recibieron mejor respuesta. *In his*, aquí se les ofrecio una cosa nueva y terrible á primera vista, y fué, &c. (Se olvidó T. L. de decirnos el pueblo á donde fueron primeramente.) *Risus*, se dice que se originó en ellos tal risa, acompañada de indignacion. *Adeo*, tan necia y descarada les parecio la peticion. *Transmittant*, den paso. *Avertere in se*, y convertir la guerra contra sí; y que ellos expusiesen sus campos á ser talados por defender los agenos. *Meritum*, servicio ninguno. *Contra ea*, antes por el contrario. *Nec hospitale*, ni en parte alguna hallaron acogida ni respuesta favorable hasta que llegaron á Marsella. *Cognita*, allí habiendo averiguado todas las cosas de los aliados con cuidado y exactitud, hallaron en limpio que ya Anibal se los habia ganado de antemano.

mos esse; sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore, (adeo ferocia atque indomita ingenia esse) ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi concilientur. Ita peragratis Hispaniæ & Galliæ populis, legati Romam redeunt, haud ita multò post, quàm consules in provincias profecti erant, civitatem omnem in exspectationem belli erectam invenerunt; satis constante famâ, jam Iberum Pœnos transiisse.

VII. Annibal, Sagunto capto, Carthaginem novam in hiberna concesserat: ibique auditis, quæ Romæ, quæque Carthagine acta decretaque forent, seque non ducem solùm, sed etiam causam esse belli, partitis divenditisque reliquiis prædæ, nihil differendum ratus, Hispani generis milites convocat: *Credo ego vos*, inquit, *socii, & ipsos cernere, pacatis omnibus Hispaniæ populis, aut finiendam vobis militiam, exercitusque dimittendos esse, aut in alias terras transferendum bellum. Ita enim hæ gentes non pacis solùm, sed etiam victoriæ bonis florebunt, si ex aliis gentibus prædam & gloriam quæremus. Itaque cùm longinqua ab domo instet militia, incertumque sit, quando domos vestras & quæ cuique ibi cara sint, visuri sitis; si quis vestrum suos invisere vult, commeatum do. Primo vere, edico, adsitis, ut diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.* Omnibus ferè visendi domos oblata ultro potestas grata erat, & jam desiderantibus suos, & longius in futurum providentibus desiderium. Per totum tempus hyemis quies inter labores aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animosque ad omnia de integro patienda. Vere

---

Sed ne illi, pero que ni aun con Anibal estaria en paz aquella nacion: tan feroces é indómitos eran sus naturales. *Ni subinde*, á no ganarse con dinero de antemano los ánimos, &c. *Erectam*, prevenida; estaba alerta, con la espectativa de la guerra. *Satis constante*, sabiéndose bien de cierto.

VII. *Transferendum*, ó que debemos llevar la guerra. *Longinqua*, teniendo que hacer vosotros la guerra en partes distantes de vuestra patria. *Et quæ cuique*, y las amadas prendas que en ellas teneis. *Commeatum*, viatico ó provision para el camino. *Edico*, os intímo esteis aquí al principio de la primavera. *Et jam*, ya porque. *Et longius*, ya porque pronosticaban la larga ausencia que habian de hacer de sus familias. *Exhaustos*, padecidos, ó que habian de padecer despues. *Renovavit*, dió aliento...

primo ad edictum convenere. Annibal, cùm recensuisset omnium auxilia gentium, Gadés profectus Herculi vota exsolvit: novisque se obligat votis, si cetera prosperè evenisset. Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli, ne, dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret, nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia esset, valido præsidio eam firmare statuit. Pro eo supplementum ipse ex Africa, maximè jaculatorum, levium armis, petiit: ut Afrii in Hispania, Hispani in Africa, melior procul ab domo futurus uterque miles, velut mutuis pignoribus obligati stipendia facerent. Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam, & funditores Baleares octingentos septuaginta, equites mistos ex multis gentibus mille ducentos. Has copias partim Carthagini præsidio esse, partim distribui per Africam jubet: simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectæ juventutis, præsidium eosdem & obsides, duci Carthaginem jubet. Neque Hispaniam negligendam ratus, (atque ideo haud minùs, quòd haud ignarus erat, circuitam ab Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos,) Asdrubali fratri viro impigro eam provinciam destinat, firmatque eum Africis maximè præsidiis, peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus. Ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, mistum Punicum Afris genus, trecenti, & Numidæ Maurique accolæ Oceani ad mille octingentos, & parva Ilergetum

---

Recensuisset, habiendo pasado revista de las tropas auxiliares. *Gades*, Cádiz. *Vota*, cumplió sus votos que tenia hechos. *Novisque*, y hace otros nuevos. *Inferendi*, dividiendo despues sus cuidados ya en hacer la guerra en Italia, ya en apartarla de Cartago, si la hacian los Romanos. *Ab Sicilia*, quedase indefensa, y de paso franco para los Romanos por la parte de Sicilia. *Supplementum*, pidió refuerzo á la Africa. *Jaculatorum*, de flecheros armados á la ligera. *Melior*, habiendo de servir mejor unos y otros, lejos de su patria, como que militaban obligados con mútuas prendas. *Funditores Baleares*, honderos Mallorquines. *Conquisitoribus*, quienes hiciesen leva. *Neque*, no pensaba en dexar la España desamparada, tanto menos &c. *Liguribus*, Genoveses. *Libyphœnices*, Libifenicios...

Cetratos, soldados de á pie con escudo. De la palabra *cetra*, *æ*.

Ilergetum, pueblos junto á Lérida

manus, ex Hispania ducenti equites. Et ne quod terrestris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim. Classis præterea data ad tuendam maritimam oram: (quia quâ parte belli vicerant, eâ tum quoque rem gesturos Romanos, credi poterat:) quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque, sed aptæ instructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus rediit: atque inde profectus præter Etovissam urbem ad Iberum maritimamque oram ducit. Ibi, fama est, in quiete visum ab eo juvenem divinâ specie, qui *se ab Iove*, diceret, *ducem in Italiam Annibali missum: proinde sequeretur, neque usquam à se deflecteret oculos*. Pavidum primò, nusquam circunspicientem aut respicientem secutum: deinde curâ humani ingenii, cùm quidnam id esset, quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis nequivisse: tum vidisse post se serpentem mirâ magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri; ac post insequi cùm fragore cœli nimbum. Tum, quæ moles ea quidve prodigii esset quærentem, audisse, *vastitatem Italiæ esse: pergeret porrò ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse*. Hoc visu lætus, tripartito Iberum copias trajecit, præmissis, qui Gallorum animos, quâ traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur. Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Ilergetes inde, Bargusiosque, & Ausetanos, & Lacetaniam

---

Aptæ, prevenidas y tripuladas con sus remeros. *Quiete*, que en sueños vió un jóven de figura sobre humana. *Neque*, y que no apartase de él la vista á ninguna parte. *Pavidum*, que primeramente le siguió temeroso, sin mirar á los lados ni atrás; pero que despues, moviéndole la curiosidad natural al hombre á pensar entre sí, porque le habia prohibido mirar atrás, no se pudo contener. *Cùm ingenti*, con gran ruina de árboles grandes y pequeños. *Cum fragore cœli nimbum*, y que se siguió despues una tormenta con truenos del cielo. *Moles*, aquel monton de cosas. *Pergeret*, que prosiguiese en fin su camino, y no inquiriese otra cosa. *Tripartito*, en tres trozos...

Etovissam, por fuera de Binaróz, otros Bañol en el reyno de Valencia.

Ausetanos, los de Vic, en Cataluña.

Lacetaniam, Urgél y Solsona.

Virgultorum, mata, arbol pequeño.

quæ subjecta Pyrenæis montibus est, subegit: oræque huic omni præfecit Annonem, ut fauces, quæ Hispanias Gallis jungunt, in potestate essent. Decem millia peditum Annoni ad præsidium obtinendæ regionis data, & mille equites. Postquam per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus est, rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano, tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. Constabat non tam bello motos, quàm longinquitate viæ, insuperabilique Alpium transitu. Annibal, quia revocare, aut vi retinere eos anceps erat, ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur, supra septem millia hominum domos remisit, quos & ipse gravari militiâ senserat; Carpetanos quoque ab se dimissos simulans. Inde, ne mora atque otium animos sollicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur: & ad oppidum Illiberim castra locat.

VIII. Galli, quamquam Italiæ bellum inferri audiebant; tamen quia vi subactos trans Pyrenæum Hispanos fama erat, præsidiaque valida imposita, metu servitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi conveniunt. Quod ubi Annibali nunciatum est, moram magis, quàm bellum metuens, oratores ad regulos eorum misit, *colloqui semetipsum velle cum his: & vel illi propius Illiberim accederent, vel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilior esset: nam & accepturum eos in castra sua se lætum, nec cunctanter se ipsum ad eos venturum; hospitem enim se*

Subjecta, que cae á las faldas de los Pirineos. *Oræ*, y dió el mando de esta cordillera. *Fauces*, embocaduras. *Saltum*, montes Pirineos. *Rumorque*, y se divulgo entre aquellos barbaros la noticia cierta de la guerra contra los Romanos. *Averterunt*, torcieron el camino, esto es, desertaron. *Non tam*, que no les habia movido tanto á desertar la guerra, quanto lo largo del camino. *Aut vi*, ó que el hacerlos volver, ó detenerlos por fuerza, era peligroso. *Quos & ipse*, a los que habia conocido, que se les hacia pesada la milicia, los envio a sus casas. *Sollicitarent*, para que no se rebelase la gente con la tardanza y el descanso. *Ad Illiberim*, junto á Colibre.

VIII. *Consternati ad arma*, (Frase peculiar de T. Livio.) acudiendo á tomar las armas por miedo de quedar esclavos. *Ruscinonem*, se juntan algunos pueblos en el Rosellon. *Regulos*, a sus cabezas. *Processurum*, ó que él iria al Rosellon, para poder hablar mas facilmente de cerca. *Cunctanter*, sin detencion...

Galliæ, non hostem, advenisse: nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quàm in Italiam venisset. Et per nuncios quidem hæc. Ut verò reguli Gallorum, castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravatè ad Pœnum venerunt, capti donis, cum bona pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transmiserunt.

IX. In Italiam interim nihil ultra, quàm Iberum transisse Annibalem, à Massiliensium legatis Romam perlatum erat: cùm perinde ac si Alpes jam transisset, Boji sollicitatis Insubribus defecerunt: nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quàm quòd nuper circa Padum, Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas, ægrè patiebantur. Itaque armis repentè arreptis, in eum ipsum agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultûs fecerunt, ut non agrestis modò multitudo, sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant adsignandum, diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint, C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est. Pro C. Servilio & T. Annio Q. Acilium & C. Herennium habent quidam anuales: alii P. Cornelium Asinam, & C. Papirium Masonem. Id quoque dubium est, legati ad Bojos ad expostulandum missi violati sint; an in triumviros agrum metantes impetus sit factus. Mutinæ cùm obsiderentur, & gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis adsideret muris, simulari cœptum de pace agi: evocatique ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra jus modò gentium, sed violatâ etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur: negantibus Gal-

---

Si per Gallos, como no le obliguen á ello los Franceses. *Hæc supl. acta fuerunt*, esto se trató por embaxadores. *Haud gravatè*, de buena gana. *Præter*, por fuera del Rosellon.

IX. *Boji*, los del Borbonés, habiendo llamado á los Insubrios. *Defecerunt*, esto es *à Romanis*, se apartaron del partido Romano. *Ægre*, sentian. *Qui ad*, que habian ido á la demarcacion del territorio, poco seguros de las murallas de Plasencia. *Mutinam*, Módena. *Ad expostulandum*, á dar sus quejas á los del Borbonés. *Metantes*, que estaban deslindando el territorio. *Et gens... adsideret*, y estándose mano sobre mano en los muros intactos aquella gente ignorante de los modos de combatir las Ciudades...

lis, nisi obsides sibi redderentur, eos se dimissuros. Cùm hæc de legatis nuntiata essent, & Mutina præsidiumque in periculo esset, L. Manlius prætor irâ accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. Silvæ tunc circa viam erant, plerisque locis incultis: ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multaque cum cæde suorum ægrè in apertos campos emersit. Ibi castra communita: & quia Gallis ad tentanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quamquam accissas res satis constabat. Iter deinde de integro cœptum: necdum per patentia loca ducebatur agmen, cùm apparuit hostis. Ubi rursus silvæ intratæ, tum postremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium octingentos milites occiderunt, sex signa ademere. Finis inde & Gallis territandi & pavendi Romanis fuit, ut ex saltu invio atque impedito evasere. Inde apertis locis facilè tutantes agmen Romani, Tanetum vicum propinquum Pado contendere. Ibi se munimento ad tempus; commeatibusque fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio adversus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, & Punicum insuper Gallico bello auctum patres acceperunt; C. Atilium prætorem cum una legione Romana & quinque millibus sociorum delectu novo à consule conscriptis, auxilium ferre Manlio jubent; qui sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius, in locum ejus, quæ missa cum prætore fuerat, transcripta legione

---

Effusum, apresurado. *Præcipitatus*, habiendo dado en emboscadas. *Ibi*, habiéndose encaminado allí, sin reconocer primero el lugar. *Ægrè emersit*, apenas pudo escapar á campo raso con mucha pérdida, &c. *Tentanda*, para acometerlos. *Refecti*, se recobraron los ánimos de los soldados, aunque sabian que quedaron bastante derrotados. *Patentia*, todavia no habia llegado el exército á lugares descampados. *Ubi*, luego que entraron de nuevo en la selva, acometieron á la retaguardia con gran confusion. *Finis*, acabaron los Franceses de atemorizarlos, y los Romanos de temer, quando salieron del bosque intransitable y embarazado. *Tanetum*, se fueron a Tanedo, aldea cercana al Pó. *Munimento*, una fortificacion provisional. *Qui*, el qual repentino alboroto luego que se supo en, &c. *Acceperunt*, y oyeron los Senadores. *Conscriptis*, alistados en las nuevas quinta ...

Brixianorum, habitantes de Breccia.

novâ, profectus ab urbe sexaginta longis navibus præter oram Etruriæ, Ligurumque, & inde Salvium montes, pervenit Massiliam: & ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim divisus amnis in mare decurrit) castra locat, vixdum satis credens Annibalem superasse Pyrenæos montes. Quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit, incertus quonam ei loco occurreret, necdum satis refectis ab jactatione maritima militibus, trecentos interim delectos equites, ducibus Massiliensibus & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, visendosque ex tuto hostes præmittit.

X. Annibal, ceteris metu aut pretio pacatis, jam in Volscarum pervenerat agrum, gentis validæ: colunt autem circa utramque ripam Rhodani; sed diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Ceteros accolas fluminis Annibal; & eos ipsos, quos sedes tenuerant suæ, simul pellicit donis ad naves undique contrahendas, fabricandasque: simul & ipsi trajici exercitum, levarique quamprimum regionem suam tanta urgente hominum turbâ cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum; novasque alias primùm Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites simul copiâ materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes,

---

Novâ, habiendo levantado una nueva legion en lugar de la que llevó consigo el pretor. *Navibus longis*, galeras. *Præter*, sin tocar los términos de la Etruria, del Genovesado, ni de los Salvios. *Ostium*, embocadura. *Pluribus*, porque desagua en el mar, dividido en muchas bocas. *Vixdum*, persuadiéndose apenas, que Anibal hubiese pasado. *Necdum*, por no haberse aun recobrado la tropa de los trabajos de la navegacion.

X. *Volscarum*, Langüedoc. *Colunt*, están asentados ó habitan, &c. *Diffisi*, pero desconfiados de poder apartar á Anibal del campo de la parte de acá. *Ut flumen*, para tener por defensa el rio. *Accolas*, habitantes cercanos al rio. *Quos sedes*, que se mantuvieron en sus casas. *Pellicit*, los mueve a juntar naves de todas partes. *Levarique*, y que su tierra se desahogase quanto antes de tanta gente como la servia de carga. *Vis*, número de naves se juntó. *Lintriumque*, y de barcas fabricadas con poca arte, como que solo servian para el uso diario de los vecinos. *Cavabant*, formabanlas de un solo tronco socabado. *Inducti*, convidandolos a ello la abundancia de madera, y la facilidad de la construccion. *Alveos informes vaptum faciebant*, fabri-

nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera possent, curantes, raptim faciebant, quibus se, suaque transveherent. Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis, virisque obtinentes: quos ut averteret, Annonem, Bomilcaris filium, vigiliâ primâ noctis cum parte copiarum, maximè Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet; & ubi primò possit, quàm occultissimè trajecto amni, circumducere agmen; ut, cùm facto opus sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque & viginti ferme supra parvæ insulæ circumfusum amnem, latiorem, ubi dividebatur, eòque minùs alto alveo, trasitum ostendere. Ibi raptim cæsa materia, ratesque fabricatæ: in quibus equi virique & alia onera trajicerentur. Hispani sine ulla mole, in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen transnatavere. Et alius exercitus ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labores fessus, quiete unius diei reficitur; intento duce ad consilium opportunè exsequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant, se transisse, & haud procul abesse. Quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres. Equites ferè propter equos nantes, navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis, parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præ-

---

caban en poco tiempo canoas tocas, no cuidando mas que el que se mantuviesen en el agua con la carga. *Terrebant*, la caballería é infantería enemiga, apoderada de la ribera opuesta, los molestaba. *Adverso*, rio arriba. *Ire*, que camine el espacio de una jornada. *Educunt*, los conducen como á unas veinte y cinco millas de allí, sobre una pequeña isla que formaba el rio mas ancho por donde se dividia, y por lo mismo de menos profundidad; y aquel dixeron que era el paso. *Mole*, sin ninguna carga; esto es, desnudos. *In utres*, poniendo sus vestidos sobre pellejos inflados, y echandose sobre los escudos, pasaron el rio á nado. *Reficitur*, descansa un dia. *Intento*, solícito para poner en execucion á su tiempo sus designios. *Prodito fumo significant*, avisan con humo de hogueras que hicieron. *Tempori*, por no faltar en la ocasion. *Pedes*: *singular por plural*, la infanteria tenia ya las barcas prevenidas y dispuestas. Orden: *Agmen nav. ad excipiend. imp. flum. adv. part. sup. transm. equit. fere propt. equos nantes. præb. tranq. intrib. trajicient. infra*, las naves puestas en la parte superior para cortar la corriente impetuosa del

bebat. Equorum pars magna nantes loris puppibus trahebantur, præter eos, quos instratos frænatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant in naves. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela: quamquam & ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis, & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu, terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Annone captis; mox & ipse aderat, ancepsque terror circumstabat; & è navibus tanta vis armatorum in terram evadens, & à tergo improvisa premebat acies. Galli, postquam vim facere conati, ultro pellebantur, quà patere visum maximè iter, perrumpunt: trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Annibal, ceteris copiis per otium trajectis, spernens jam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certè varia memoria est actæ rei. Quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex his irritatum à rectore suo, cùm refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem, ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Ceterùm magis constat, ratibus trajectos. Id, ut tutius consilium an-

---

rio, que conducian á los caballeros que iban á nado cerca de los caballos, á los que llevaban del diestro, hacian el paso mas sosegado á las barcas que estaban mas abaxo. *Instratos*, enjaezados y con freno. *Imposuerant*, y que habian embarcado. *Variis*, con varios ahullidos, y cantando segun su costumbre, y moviendo los escudos. *Vibrantesque*, y vibrando las lanzas en la mano derecha. *Qui nitebantur*, que pretendian cortar. *Jam satis*, estando ya llenos de bastante miedo por la gritería de los de enfrente, les acometio por la espalda otra mas terrible. *Mox*, al punto se presentó el mismo Anon. *Ancepsque*, y por ambas partes se hallaban aterrados. *Vim facere*, resistir. *Quà*, por donde vieron camino mas ancho rompen. *Per otium*, con sosiego. *Credo*, que hubo varios pareceres sobre pasar á los elefantes. *Varia*, porque esto se cuenta con variedad. *Ferocissimum*, que el gobernante aguijoneó al mas bravo elefante, y que los demas le siguieron á éste, el qual huyendo se echo á nado; y que dexando el vado por temer la profundidad, la misma corriente los paso al otro lado. *Id, ut*, así como este sería el medio mas seguro ant... de hacerlo...

te rem foret, ita, actâ re, ad fidem pronius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quiquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt: quam ne secundâ aquâ deferretur, pluribus retinaculis validis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum, humo injectâ constraverunt: ut belluæ audacter velut per solum ingrederentur. Altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est: & cùm elephanti per stabilem ratem, tamquam viam, prægredientibus fœminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt; ea, extemplo resolutis, quibus leviter adnexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. Ita primis expositis, alii deinde repetiti ac trajecti sunt. Nihil sanè trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur: primis erat pavor, cùm solutâ ab ceteris rate, in altum raperentur. Ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis aliquantum edebant, donec quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset. Excidere etiam sævientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

XI. Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat speculatum, ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent. Huic alæ equitum missi, ut ante dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt: prælium

---

Pronius ad fidem, es mas creible. *Porrexerunt*, echaron al rio. *Ne secunda*, para que no se la llevase la corriente. *Retinaculis*, maromas fuertes. *In modum*, la cubrieron de tierra á manera de puente. *Ut belluæ*, para que los elefantes entrasen sin miedo como si fueran por tierra. *Stabilem*, atada, quieta. *Tamquam viam*, como por tierra. *Prægredientibus*, guiando las hembras. *Applicatam*. unida á la menor. *Ea, extemplo*, esta es conducida á la otra ribera por algunas naves remeras, desatadas al punto las maromas con que estaba fixamente atada. *Alii deinde*, se hizo la misma diligencia para pasar los demas. *Donec*, mientras andaban por la primera barca, que era como tierra firme. *Altum*, enmedio del rio. *Urgentes*, apretándose unos á otros por apartarse los últimos del agua, causaban algun atropellamiento. *Sævientes*, movidos del miedo; embravecidos. *Sed*, pero manteniéndolos su misma corpulencia o balumbo, echando á los gobernantes, y buscando con los pies la tierra, salieron á orilla.

XI. *Huic alæ*, contra este trozo de caballeria...

atrocius, quam pro numero pugnantium, editur: nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrinque fuit, fugaque & pavor Numidarum Romanis jam admodum fessi victoriam dedit. Victores ad centum sexaginta, nec omnes Romani, sed pars Gallorum; victi amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium, simulque omem belli, ut summæ rerum prosperum eventum, ita haud sanè incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita gestâ, ad utrumque ducem sui redierunt. Nec Scipioni stare sententia poterat, nisi ut ex consiliis cœptisque hostis & ipse conatus caperet: & Annibalem incertum, utrùm cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret, averterat à presenti certamine Bojorum legatorum regulique Magali adventus, qui se duces itinerum, socios periculi fore affirmantes, integro bello, nusquam ante libatis viribus, Italiam adgrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostes, nondum obliteratâ memoriâ superioris belli: se magis iter inmensum, Alpesque rem famâ utique inexpertis horrendam metuebat. Itaque Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, variè militum versat animos, castigando adhortandoque. *Mirari se, quinam pectora semper impavida repens terror invaserit: per tot annos vincentes eos stipendia facere: neque ante Hispaniá ex-*

Atrocius, mas sangrienta de lo que pedia el número de combatientes. *Victores*, de los vencedores murieron. *Hoc principium*, este principio, que al mismo tiempo era pronóstico de la guerra, así como prometió á los Romanos un próspero término de sus cosas, así dió á entender que la victoria costaria sangre, y que la batalla sería dudosa. *Re*, dada así la batalla. *Nec Scipioni*, ni podia Escipion tomar determinacion fixa; sino que obraba segun las determinaciones y empresas del enemigo. *Intenderet*, si proseguiria su camino, ó si trabaria la batalla con el primer exército, &c. *Averterat*, le habia disuadido de dar la batalla al presente. *Duces*, para enseñarle los caminos. *Integro*, estando la guerra en sus principios, y no habiendo aun probado las fuerzas enemigas. *Alpesque*, y el paso de los Alpes horroroso, como decian, para los que no le habian experimentado. *Postquam*, despues que se resolvió á seguir adelante, y dirigirse á la Italia. *Versat*, tantea, indaga el ánimo de su tropa, ya reprehendiéndolos, ya animándolos. *Terror*, qué miedo repentino se habia apoderado de sus corazones que nunca temieron. *Stipendia*, militaban...

cessisse, quàm omnes gentes & terræ eæ, quas duo diversa maria amplectantur, Carthaginiensium essent, indignatos deinde, quòd quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam sibi dedi postularet populus Romanus, Iberum trajecisse ad delendum nomen Romanorum, liberandumque orbem terrarum; tum nemini visum id longum, cùm ab occasu solis ad ortum intenderent iter. Nunc, postquam multò majorem partem itineris emensam cernant, Pyrenæum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipsius fluminis vi, trajectum, in conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italiæ sit, in ipsis portis hostium fatigatos subsistere; quid aliud Alpes esse credentes, quam montium altitudines? fingerent altiores Pyrenæis jugis: nullas profecto terras cœlum contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes: pervias paucis esse, exercitibus invias? eos ipsos, quos cernant, legatos non pennis sublime elatos Alpes transgressos: ne majores quidem eorum indigenas, sed advenas Italiæ cultores, has ipsas Alpes ingentibus sæpe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantium modo tutò transisse. Militi quidem armato, nihil secum præter instrumenta belli portanti, quid invium aut inexsuperabile esse? Saguntum ut caperetur, quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse? Romam orbis terrarum caput, petentibus, quidquam adeo asperum atque ardum videri, quod incœptum moretur? Cepisse

---

Indignatos. quando despues pasásteis el Ebro, les decia, para borrar la memoria de los Romanos, irritados porque éstos pedian se les entregase á los que cercaron á Sagunto, entonces á ninguno le parecio cosa dificultosa. *Ob noxam*. para castigar su culpa. *Emensam*. andada la mayor parte del camino. *Quarum*, de los que la una falda mira á la Italia. *Fingerent*, suponed, les decia, que sean mas elevados que la cumbre del pireneo. *Inexsuperabiles*, no eran imposibles de pasar á los hombres. *Pervias paucis*, con que pueden pasarlos pocos, y han de ser intransitables á todo un exército? *Non pennis sublime*, no vinieron por el ayre con plumas, y sus antepasados, que no eran naturales de allí, sino que fueron de otra parte á poblar la Italia. *Modo migrantium*, como pasageros. *Saguntum*, ¿quántos peligros y trabajos, les decia, hemos sufrido por seis meses para tomar á Sagunto?...

quondam Gallos ea, quæ adiri posse Pœnus desperet. Proinde aût cederent animo atque virtute genti per eos dies toties ab se victæ, aut itineris finem sperent campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis. His adhortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter se parare jubet. Postero die profectus adversâ ripâ Rhodani, meditarranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed quantum à mari recessisset, minùs obvium fore Romanum credens: cum quo, priùs quàm in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere. Quartis castris ad insulam pervenit: ibi Arar Rhodanusque amnes diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum: mediis campis insulæ nomen inditum. Accolunt prope Allobroges, gens jam inde nullâ Gallicâ gente opibus aut famâ inferior: tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres: major & qui priùs imperitarat, Brancus nomine, minore à fratre & cœtu juniorum, qui jure minùs, vi plus poterat, pellebatur. Hujus seditionis peropportuna disceptatio cùm ad Annibalem rejecta esset, arbiter regni factus, quod erat senatûs principumque sententiâ futurum, imperium majori restituit. Ob id meritum, commeatu, copiâque rerum omnium, & vestimentis est adjutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, cum jam Alpes peteret, non rectâ regione iter instituit, sed ad lævam in

---

Proinde, por tanto. ó que cediesen en ánimo y valor á una nacion tantas veces vencida por ellos aquellos dias. *Campum*, el campo Marcio. *Curare*, animados con estas exhortaciones, mandó tomasen algun refuerzo. *Adversâ ripâ*, rio arriba se encaminó á lo interior de la Francia. *Arar*, Saona. *Diversis* (sup. *locis.*) *Agri*, cogiendo enmedio un pequeño terreno, se juntan en uno. *Allobroges*, Saboyanos: pueblo ni menos rico, ni menos famoso que los demas, &c. *Tunc*, entonces andaban en discordias. *Regni*, dos hermanos andaban en contienda sobre reynar. *Qui*, que tenia menos derecho, pero mas poder, era echado por el hermano menor y los jóvenes que le favorecian. *Peropportuna*, muy oportuna para acreditarse Anibal. *Rejecta*, habiéndose remitido. *Restituit*, restituyó el reyno al mayor, lo que habia de suceder por sentencia &c. *Ob id* por este favor le socorrieron con provisiones, &c. *Infames*, nombrados, ó famosos por los frios...

Quartis castris, al quarto dia; vez los reales.
porque cada dia se sentaban una

Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, haud usquam impeditâ viâ, priùs quàm ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipse Alpinus amnis longè omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est: nam cùm aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est, quia nullis coercitus ripis, pluribus simul neque iisdem alveis fluens, nova semper vada novosque gurgites faciens, (& ob eadem pediti quoque incerta via est) ad hæc saxa glomerosa volvens, nihil stabilis, nec tuti ingredienti præbet, & tum fortè imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, cùm super cetera trepidatione ipsi suâ atque incertis clamoribus turbarentur.

XII. P. Cornelius consul, triduo ferè postquam Annibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus: ceterùm ubi deserta munimenta, nec facilè se tantum progressos assecuturum videt, ad mare ac naves rediit, tutiùs faciliùsque ita descendenti ab Alpibus Annibali occursurus. Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversùs Asdrubalem misit: non ad tutandos tantummodo veteres socios, conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispaniâ Asdrubalem. Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit, eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus.

XIII. Annibal ab Druentia campestri maximè itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gal-

---

Tricastinos, ácia el Delfinado. *Via*, sin estorbarle la marcha en parte ninguna &c. *Alpinus*, este rio, que tambien nace en los Alpes, es el mas dificultoso de pasar de todos los de la Francia, porque aunque caudaloso, no sufre naves, porque no estando sujeto á margenes, y corriendo por muchas y diversas madres. *Et ob* y por lo mismo no tiene paso seguro para el que va a pie. *Saxa glomerosa*, llevando tambien en su corriente mucho guijarro, ni dexa afirmar el pie ni tiene paso seguro. *Ingentem tumultum*, les causó grande confusion al pasarle. *Trepidatione*, con su mismo desórden.

XII. *Movit* (sup. *castra.*) *Tantum*, que iban tan adelante. *Genuam*, Génova.

XIII. *Pervenit ad Alpes cum bona pace Gallorum incolentium ea loca*, sin molestarle los Franceses que habitaban aquellos luga-

lorum pervenit. Tum, quamquam famâ priùs, quâ quidem incerta in majus vero ferri solent, præcepta res erat; tamen ex propinquo visa montium altitudo, nivesque cœlo prope immixtæ, tecta informia imposita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonsi & inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera visu quàm dictu fœdiora, terrorem renovavere. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani; qui, si valles occultiores insidissent, coorti in pugnam repentè, ingentem fugam stragemque dedissent. Annibal consistere signa jubet: Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit transitum eâ non esse, castra inter confragosa omnia præruptaque, quàm extensissimâ potest valle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sanè multum linguâ moribusque abhorrentes, cùm se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus, interdiu tantùm obsideri saltum, nocte in suâ quemque dilabi tecta; luce primâ subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus. Die deinde, simulando aliud, quàm quod parabatur, consumpto, cùm eodem, quo constiterat, loco castra communisset: ubi primùm digressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus, quàm pro numero manentium, in speciem factis, impedimentisque cum equite relictis, & maximâ

---

res, llegó á los Alpes. *Tum*, entonces, aunque ya tenia noticia de los Alpes por la voz comun, que suele aumentar las cosas inciertas mas de lo que son. *Tecta informia*, cabañas colocadas sobre peñascos, animales y plantas consumidas de frio. *Rigentia*, erizadas de frio. *Fœdiora*, mas terrible á la vista de lo que puede decirse. *Erigentibus*, al subir el exército por las primeras cuestas. *Insedissent*, que estaban apoderados de las alturas; los que si hubieran tomado los hondos valles, y hubieran acometido repentinamente, hubieran hecho huir á los enemigos con gran destrozo. *Consistere signa*, parar el exército. *Inter*, entre fragosidades y asperezas, en el valle mas ancho que encontró. *Haud sane*, no muy diferentes en la lengua y costumbres. *Cum se*, habiendo platicado con los montañeses. *Interdiu*, que solo de dia ocupaban la montaña, y que por la noche cada qual se iba á su cabaña. *Ex aperto*, descubriendo el terreno. *Die*, gastado el dia en aparentar cosa distinta de lo que intentaba. *Ubi*, luego que vió que los montañeses habian dexado las alturas, y eran menos espesas las centinelas; levantando muchas hogueras para que creyesen quedaba mucha mas gente...

parte peditum, ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit; iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit. Primà deinde luce castra mota, & agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant: cùm repente conspiciunt alios, arce occupatâ suâ, super capita imminentes, alios viâ transire hostes. Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit: deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipso tumultu Annibalis misceri agmen videre, equis maximè consternatis; quidquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus juxta invia ac devia adsueti discurrunt. Tum verò simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur: plusque inter ipsos, sibi cuique tendenti, ut periculo priùs evaderet, quàm cum hostibus, certàminis erat. Equi maximè infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant: & icti forte, aut vulnerati, adeo consternati sunt, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent: multosque turba, cùm præcipites diruptæque utrinque angustiæ essent, in immensum altitudinis dejecit; quosdam & armatos. Inde ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda visu erant, stetit parumper tamen Annibal, ac

---

Viro quoque acerrimo, y con los mas valientes de infantería. *Evadit*, sale prontamente de aquella estrechura. *Stationem*, á hacer sus centinelas acostumbradas. *Arce*, las alturas, que eran su alcázar. *Utraque*, vistas á un tiempo ambas cosas quedaron suspensos por un rato. *Perversis*, derrocando peñas, andan por parages intransitables y apartados del camino por la costumbre que tenian. *Rati*, juzgando que el menor terror que ellos añadiesen sería bastante para arruinarlos. *Iniquitate*, eran molestados por la aspereza del sitio. *Plusque*, y mas peleaban entre sí mismos. *Sibi*, pretendiendo cada qual ser el primero en escapar del peligro. *Equi*, la caballería mas que todo embarazaba al exército. *Clamoribus*, con la gritería desentonada, que se aumentaba, retumbando en los bosques y hondonadas. *Sarcinarum*, caballerías de carga. *Multosque*, habiendo por ambas partes peñascos escarpados y estrechos, muchos atropellandose cayeron, &c. *Immensum*, en grandes precipicios. *Inde*, demas de esto se despeñaban las caballerías cargadas, á manera de un grande edificio que viene á tierra. *Fœda*, lo qual, aunque fué para él un espectáculo horroroso. *Stetit*, estuvo sobre sí, y contuvo á los suyos...

suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret: deinde, postquam interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum nequidquam incolumen traduxisset, decurrit ex superiore loco: & cùm impetu ipso fudisset hostem, suis tumultum auxit; sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fugâ montanorum erant, sedatur: nec per otium modò, sed prope silentio mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput ejus regionis erat, vicosque circumjectos capit, & captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit: & quia nec montanis primò perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo viæ confecit. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum: ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad Pœnum veniunt: *alienis malis, utili exemplo, doctos*, memorantes, *amicitiam malle, quàm vim experiri Pœnorum: itaque obedienter imperata facturos: commeatum, itinerisque duces, & ad fidem promissorum obsides acciperet.* Annibal nec temere credendo, nec aspernando, ne repudiati apertè hostes fierent, benignè cùm respondisset, obsidibus, quos dabant, acceptis, & commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus; nequaquam, ut inter pacatos, incomposito agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephanti & equites erant: ipse post cum robore peditum circumspectans sollicitus omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper imminenti ventum est; undique ex insidiis barbari à fronte & à tergo coorti, cominus eminusque petunt, saxa ingentia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis

---

Periculumque, y que corria peligro fuese inútil el haber pasado salvo el exército sin bagage. *Sed is*, pero este alboroto se sosiega en breve, despejados ya los caminos, &c. y al punto todos pasaron, no solo en paz sino casi sin chistar nadie. *Caput*, capital. *Vicosque*, y aldeas circunvecinas. *Ad frequentem*, á otro lugar de bastante poblacion, para lo que se acostumbraba en montañas. *Doctos*, que escarmentados con el mal ageno, exemplo útil. *Ad fidem*, para prueba de sus promesas. *Ne repudiati*, para que desechados no se declarasen enemigos. *Nequaquam... incomposito*, no llevando su exército desordenado como si fuera entre gente pacifica. *Duces*, guias. *Primum agmen*, en la vanguardia. *Circumspectans*, atendiendo solícito á todo, y con la flor de la infantería. *Subjectam*, que estaba debaxo de una eminencia que amenazaba por encima. *Cominus*, le acometen de cerca y de lejos...

hominum urgebat. In eos versa peditum acies, haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agmina fuissent, ingens in saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est; nam, dum cunctaretur Annibal dimittere in angustias agmen; quia non ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quidquam ab tergo auxilii reliquerat; occursantes per obliqua montani, perrupto medio agmine, viam insedere, noxque una Annibali sine equitibus ac impedimentis acta est. Postero die, jam segniùs intercursantibus barbaris, junctæ copiæ, saltusque haud sine clade, majore tamen jumentorum quàm hominum pernicie superatus. Inde montani pauciores jam, & latrocinii magis quàm belli more concursabant; modò in primum, modò in novissimum agmen, ut cuique aut locus opportunitatem daret, aut progressi, morative aliquam occasionem fecissent. Elephanti, sicut præcipites per arctas vias, magnâ morâ agebantur: ita tutum ab hostibus, quàcumque incederent, (quia insuetis adeundi propiùs metus erat) agmen præbebant. Nono die in jugum Alpium perventum est, per invia pleraque & errores, quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non esset, temere initæ valles à conjectantibus iter faciebant. Biduum in jugis stativa habita: fessisque labore ac pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot, quæ prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis, in castra pervenere. Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere vergiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta, cùm signis primâ luce motis, segniter agmen incederet, pigritiaque & de-

---

Urgebat, los apretaba un gran número. *Haud dubium*, dió á conocer. *Extrema*. la avanguardia y retaguardia. *Extremum*, al mayor peligro, y casi al punto de perecer. *Dimittere*, en desfilar su gente por aquellas angosturas. *Per obliqua*, al través. *Perrupto*, habiendo cortado el exército por medio, ocuparon el paso, de modo que Anibal tuvo una noche cortada la comunicacion con la caballería y bagage. *Segniùs*, acometiendo mas floxamente. *Latrocinii*, mas como salteadores que como guerreros. *Progressi* (sup. *Pœni*.) *Sicut*, así como impelidos de su mismo peso, iban muy despacio por los pasos estrechos. *Per invia*, regularmente por caminos intransitables y desconocidos, que llevaban, ó por engaño de las guias, ó porque no fiándose de ellos caminaban á tientas é inconsideradamente por valles. *Vergiliarum*, ocultandose ya las siete cabrillas.

speratio in omnium vultu emineret; prægressus signa Annibal, in promontorio quodam, unde longè ac latè prospectus erat, consistere jussis militibus, Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos: *mœniaque eos tum transcendere non Italiæ modò, sed etiam urbis Romæ: cetera plana, proclivia fore: uno aut ad summum altero prælio arcem & caput Italiæ in manu ac potestate habituros.* Procedere inde agmen cœpit: jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta per occasionem, tentantibus. Ceterùm iter multò, quàm in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt) difficilius fuit: omnis enim ferme via præceps, angusta, lubrica erat, ut neque sustinere se à lapsu possent, nec si qui paullulum titubassent, hærere afflicti vestigio suo, aliique super alios & jumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multò angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut ægrè expeditus milles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset. Naturâ locus jam ante præceps, recenti terræ lapsu impeditus, in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. Ibi cùm velut ad finem viæ equites constitissent, miranti Annibali, quæ res moraretur agmen, nuntiatur, rupem inviam esse: digressus deinde ipse ad locum visendum, haud dubia res visa,

---

Unde, de donde se podia extender la vista ácia todas partes. *Subjectosque*, y los campos inmediatos al Póo, puestos debaxo de los Alpes. *Cetera*, que todo lo demas sería llano y fácil; pues con una, ó a lo mas dos batallas, &c. *Parva furta*, raterías que hacian, hallando ocasion. *Ut pleraque*, como que la mayor parte de los Alpes, que mira á Italia, así como es de subida mas corta, así es mas escarpada. *Præceps*, cuesta abaxo, estrecho y resbaladizo en tanto grado, que ni podian menos de caer, ni afianzarse con los pies si caían. *Atque ita*, y tan escarpada, que apenas podia baxar un soldado desembarazado á tientas y agarrandose de las matas y troncos que sobresalian al rededor entre los peñascos. *Naturâ*, á la situacion escarpada, que el lugar tenia de suyo, se juntaba el estar cortado el paso por haberse hundido recientemente la tierra como á la altura de mil pies. *Rupem*, que por el peñasco no habia paso...

Transcendere, dícelo, porque los Romanos tenian á los Alpes por el mayor baluarte de su Imperio.

quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen. Ea verò via insuperabilis fuit: nam cùm super veterem nivem intactam nova modicæ altitudinis esset, molli nec præaltæ nivi facilè pedes ingredientium insistebant: ut verò tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente vestigium, & in prono citiùs pede se fallente: & seu manibus in adsurgendo, seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterum corruissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. Ita in levi tantùm glacie tabidaque nive volutabantur: jumenta secabant interdum etiam, dum infimam ingredientia nivem, & prolapsa, jactandis graviùs in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque, velut pedicâ capta, hærerent in durata & altè concreta glacie. Tandem, nequidquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita, ægerrimè ad id ipsum loco purgato; tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem minuendam, per quam unam via esse poterat, milites ducti: cùm cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt; eamque, cùm & vis venti apta faciendo igni coorta es-

---

Per invia, por sendas nuevas y no trilladas. *Molli*, en la nieve blanda y de poca altura fácilmente afianzaban los pies. *Incessu dilapsa*, se deshizo con las pisadas de tantos soldados y caballos. *Per nudam*, pisaban el duro hielo, que estaba debaxo de la nieve desecha y derretida. *Tetra*, mucho trabajaron allí, no pudiendo afirmar el pie en el hielo resbaladizo, y mucho mas por estar el terreno cuesta abaxo. *Ipsis*, resbalando en lo mismo de que se ayudaban. *Eniti*, estribar. *Jumenta*, á veces las caballerías cortaban el hielo al entrar en la nieve que estaba debaxo, y le quebrantaban quanto mas esfuerzos hacian con las pezuñas para mantenerse; de modo que la mayor parte de ellas, como si tuvieran trabas en los pies, quedaban atascadas en el mismo hielo duro y de mucho grueso. *Ægerrimè*, con muchísima dificultad. *Tantum*, tanta fue la nieve que tuvieron que quitar y sacar con palas, (Epiphonema.) *Rupem minuendam*, para deshacer el peñasco por donde únicamente podian pasar; pero teniendo que cortarle, echando á tierra grandes árboles que habia al rededor, juntan una grande pira de leña...

set, succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solùm, sed elephanti etiam deduci possent. Quatriduum circa rupem consumptum: jumenta prope fame absumebantur; nuda enim ferè cacumina sunt; & si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiores valles apricos quosdam colles habent rivosque prope silvas, etiam humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum missa, & quies muniendo fessis hominibus data triduo: inde ad planum descensum est, etiam locis mollioribus & accolarum ingeniis.

XIV. Hoc maximè modo perventum est in Italiam, quinto mense à Carthagine nova, ut quidam auctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis. Quantæ copiæ trasgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. Qui plurimùm, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt: qui minimùm, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maximus auctor, moveret me, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis. Cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum adducta in Italiam: (magis affluxisse verisimile est, & ita quidam auctores sunt) ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierit, triginta & sex millia hominum, ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amisisse in Taurinis; quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digresso. Id cum in-

---

Ardentiaque, y calcinando las piedras echando vinagre, las consumen. *Torridam incendio*, ya calcinado el peñasco abren camino con piquetas. *Molliuntque*, y suavizan la pendiente con pequeñas revueltas. *Consumptum*, gastaron *Absumebantur*, casi morian. *Inferiores*, los valles hondos tienen algunos collados abrigados. *Etiam humano*, mas acomodados para habitacion de racionales. *Locis*, lugares mas apacibles por la condicion de sus naturales.

XIV. *Quinto*, á los cinco meses despues que salieron de Cartagena. *Quinto decimo*, habiendo gastado quince dias en pasar los Alpes *Qui plurimùm*, los que ponen mayor número en el exército de Anibal. *L. Cincius Alimentus... maximus moveret me*, me moveria á creer lo que dice L. Cincio Alimento, autor muy respetable. *Magis affluxisse*, es mas verosímil que se le agregaron los dichos. *Taurinis*, en el Turin. *Id cùm*, siendo esta opinion sentada de todos los historiadores, me admiro mas de que se

ter omnes constet, eò magis miror ambigi, quanam Alpes transierit: & vulgò credere, Pennino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, transgressum. Cœlius per Cremonis jugum dicit transisse: qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec verisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera: utique quæ ad Penninum ferant, obsepta gentibus semigermanis fuissent: neque hercule montibus his (si quem forte id movit) ab transitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum: sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant.

XV. Peropportunè ad principia rerum Taurinis proximæ genti, adversus Insubres motum bellum erat; sed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio esset, in reficiendo maximè sentientem contracta ante mala, non poterat: otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie tabeque, squalida & prope efferata corpora variè movebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, cùm Pisas navibus venisset, exercitu à Manlio Atilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum festinandi: ut cum hoste nondum refecto manum

---

dude del lugar por donde Anibal pasó los Alpes, y de que comunmente se crea que pasó el Apenino, y que por esto se le puso este nombre. *Cremonis*. por la cumbre de Cremona. *Qui ambo*, los quales dos pasos no le hubieran conducido al Piamonte, sino por el valle de Aoste al pais de Vercelis. *Patuisse itinera*, que estuviese franco el paso por aquellos caminos, los quales como que van al Apenino hubieran estado ocupados de gentes medio Alemanas. *Neque hercule... Veragri*, ni ciertamente alguno de los del pais de Valais, que habitan esta eminencia, tiene noticia de que el Apenino se haya llamado así del paso de los Cartagineses, si alguno acaso no se mueve por esta razon.

XV. *Peropportune*, al principio de estas cosas los de Turin habian declarado guerra á los Insubrios, de quienes eran comarcanos, pero muy favorable para Anibal. *Alteri*, á uno de los dos pueblos. *In reficiendo* estando recobrandose de los males padecidos antes, y cuyos efectos sentia mucho. *Ex labore*, porque sucediendo el descanso al trabajo, la abundancia a la escasez, y el bueno trato a la miseria é inmundicia anterior, causaban varios efectos en los cuerpos consumidos y casi salvages. *Tirone*, visoño y atemorizado por las ignominiosas derrotas recibidas...

Pisas, Pisa, ciudad de la Etruria.

Penninum, Penino; Dios, que adoraban en estas montañas, de donde tomaron el nombre.

consereret. Sed cùm Placentiam consul venit, jam ex stativis moverat Annibal: Taurinorumque unam urbem, caput gentis ejus, quia volens in amicitiam non veniebat, vi expugnarat: junxissetque sibi, non metu solùm, sed etiam voluntate Gallos accolas Padi, ni eos circumspectantes defectionis tempus, subitò adventus consulis oppressisset. Et Annibal movit ex Taurinis, incertos quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem se secuturos ratus. Jam prope in conspectu erant exercitus, convenerantque duces, sicut uterque inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque quâdam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud Romanos jam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat, & Scipionem Annibal eo ipso, quòd adversus se dux potissimùm lectus esset, præstantem virum credebat. Et auxerant inter se opinionem: Scipio, quòd relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Annibali: Annibal, conatu tam audaci trajiciendarum Alpium, & effectu.

XVI. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere: & ad Ticinum amnem motis castris, priùs quàm educeret in aciem, adhortandorum militum causâ, talem orationem exorsus est: *Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud vos; quid enim adhortari referret aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregiè vicissent, aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus, confessionem cedentis ac detrectantis, cer-*

Stativis, ya habia salido de los quarteles. *Ni eos*, á no haberlos sorprendido, quando meditaban la rebelion contra los Romanos, la repentina llegada del cónsul. *Movit*, salió. *Ratus Gallos incertos quæ pars sequenda esset secuturos se præsentem*, persuadiéndose que los Franceses inciertos del partido que seguirian, se le habian de arrimar, quando estuviese presente. *Ita jam*, aun llenos de admiracion el uno del otro. *Et auxerant*, y este concepto, que tenian de sí, lo aumentaron; Escipion, porque dexado en la Galia, salió al encuentro á Anibal, quando pasaba á Italia; Anibal, por el atrevido empeño de pasar los Alpes, y haberlo logrado.

XVI. *Occupavit*, se adelantó á pasar el Pó. *Ticinum*, Tesin. *Educeret in aciem*, antes de sacarlos al campo de batalla. *Supersedissem*, hubiera omitido este razonamiento que os hago. *Confessionem*, le hice confesar, que retirándose y rehusando la batalla, se daba por vencido...

Urbem Taurinorum, ahora *Augusta Taurinorum*. Turin.

tamen pro victoria habui? Nunc quia ille exercitus Hispaniæ provinciæ scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit, ubi eum gerere senatus populusqüe Romanus voluit: ego, ut consulem ducem adversus Annibalem ac Pœnos haberetis, ipse me huic voluntario certumini obtuli. Novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. Ne genus belli, neve hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terrâ marique priore bello vicistis: à quibus stipendium per viginti annos exegistis: à quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus & victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, qui plures pene perierint, quàm supersint, plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque; quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, imò umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi, ac debilitati inter saxa, rupesque: ad hæc, perusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata, confractaque arma: claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium, non hostes habebitis. Ac nihil magis vereor, quàm ne, antequam vos cum hoste pugnaveritis, Alpes vicisse Annibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope committere ac profligare bellum:

Meis auspiciis, con mi proteccion. *A quibus*, de quienes cobrasteis prest por espacio de veinte años. *Sed quia*, sino porque la necesidad los obliga. Orden. *Nisi creditis... eos qui detrectavere pugnam exercitu incolumi nactos esse plus spei*: á no ser que creais, que los que rehusaron pelear, quando tenian entera su gente, habrán cobrado mayores esperanzas, habiendo perdido, &c. *At enim.* (*Prolepsis*): pero me direis, que aunque pocos en número, son robustos y de valor. *Effigies*, (Respuesta): pues sabed que no son mas que figuras y apariencias de hombres, muertos de hambre, frio, miseria y flaqueza, quebrantados y debilitados. *Ad hæc*, júntase á esto, que sus miembros y nervios estan quemados, recocidos y herizados con la nieve y hielo. *Claudi*, coxos. *Equite... Pedite.* (*Sinecdoche*, en lugar de plural.) *Reliquias*, encontareis no enemigos, si no sus reliquias. *Sed ita*, pero quizá asi convino, que los mismos dioses, sin valerse de los hombres, peleasen y hiciesen guerra á un pueblo y capitan...

nos autem, qui secundùm deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere. Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi causâ magnificè loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Licuit mihi in Hispaniam provinciam meam ire, quò jam profectus eram cum exercitu meo, ubi & fratrem consilii participem, ac periculi socium haberem: & Asdrubalem potiùs quàm Annibalem hostem, et minorem haud dubiè molem belli. Tamen cùm præterveherer navibus Galliæ oram, ad famam hujus hostis in terram egressus, præmisso equitatu, ad Rhodanum movi castra. Equestri prælio, quâ parte copiarum conserendi manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia adsequi terrâ non poteram, regressus ad naves quantâ maximè celeritate potui, tanto maris terrarumque circuitu in radicibus Alpium obvius fui. Huic timendo hosti utrùm cùm declinarem certamen, improvisus videor incidisse, an ocurrere in vestigiis ejus, lacessere ac trahere ad decernendum? Experiri juvat, utrum alios certè repentè Carthaginienses per viginti annos terra ediderit: an iidem sint, qui ad Ægates pugnavere insulas: & quos ab Eryce duodevicenis denariis æstimatos emistis: & utrùm Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis,

---

violadores de la alianza; y que nosotros, que despues de los dioses hemos sido agraviados, acabemos lo que dexaron por concluir. *Ne quis... vestri*, no temo que alguno de vosotros imagine. *Ipsum* (sup. *me.*) y que yo tengo otra cosa en el corazon. *Licuit mihi*, bien pudiera haberme ido á mi gobierno de España. *Et minorem*, y seguramente una guerra menos peligrosa, que esta. *Cùm præterveherer*, costeando con mi armada la Francia. *Fortuna data*, logré la dicha de venir á las manos. *Quod in modum*, que comenzaba á huir desapoderadamente. *Radicibus*, faldas. *Huic timendo*, (Ironía) ¿pensais acaso, que rehusando la batalla, inadvertidamente he dado en manos de este formidable enemigo, ó que siguiéndole los pasos le he salido al encuentro? *Decernendum*, á una batalla decisiva? *Juvat*, quiero probar, si la tierra en los veinte años pasados ciertamente ha producido de repente, &c. ó si son aquellos mismos. *Duodevicenis*, á los que comprasteis en el monte de San Julian, apreciados en diez y ocho denarios. (Es muy comun el numeral distributivo por el cardinal.) *Stipendiariusque*, pechero...

Æmulus, imitador de Hércules. Este, habiendo vencido á Gerion, pasó tambien á Italia por los Alpes, como dice la historia de los siglos fabulosos de España.

tipendiariusque, & servus populi Romani à patre relictus. Quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò, si non patriam victam, domum certè, patremque, & fœdera Amilcaris scripta manu: qui, jussus à consule nostro, præsidium deduxit ab Eryce: qui graves impositas victis Carthaginiensibus leges fremens mœrensque accepit: qui decedere Siciliâ, qui stipendium populo Romano dare pactus est. Itaque vos ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim: sed cum indignatione quadam atque irâ, velut si servos videatis vestros, arma repentè contra vos ferentes. Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame interficere. Licuit classem victricem in Africam trajicere, atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emisimus ex obsidione: pacem cum victis fecimus: tutelæ nostræ deinde duximus, cùm Africo bello urgerentur. Pro his impertitis, furiosum juvenum sequentes, oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore nobis hoc tantùm, & non pro salute esset certamen. Non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia nobis est pugnandum: nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat: nec Alpes aliæ sunt, quas dum superat, comparari nova possint præsidia. Hîc est obstandum, milites, velut si ante Romana mœnia pugnemus. Unusquisque se non corpus suum solùm, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet: nec domesticas solùm agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque Romanum. Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore. Hæc apud Romanos consul.

Quem, quien, si el delito de haber destruido á Sagunto, no lo traxese desatinado, atenderia seguramente. *Fremens*, bramando, muy de mala gana. *Ultimo supplicio*, que es el mas atroz de los castigos humanos. *Tutelæ*, y además de esto juzgamos, que debíamos ampararlos. *Impertitis* (sup. *beneficiis*), por estos favores. *Nec domesticas*, ni le muevan solamente los cuidados de su casa. *Nostras manus*, están mirando nuestro valor. *Metonymia*. *Hæc*, así habló á los suyos el cónsul Romano.

XVII. Annibal rebus priùs quàm verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos montanos vinctos in medio constituit; armisque Gallicis ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem jussit, quis, si vinculis levaretur, ármaque & equum victor acciperet, decertare ferro vellet? Cùm ad unum omnes ferrum, pugnamque poscerent, & dejecta esset in id sors, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret. Ut cujusque sors exciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. Ubi verò dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modò conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgò, ut non vincentium magis, quàm bene morientium, fortuna laudaretur. Dum sic aliquot, spectatis paribus, affectos dimisisset, concione indeadvocatâ, ita apud eos locutus fertur. *Si quem animum in alienæ sortis exemplo paullo ante habuistis, eumdem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites: neque enim spectaculum modò illud, sed quædam veluti imago vestræ conditionis erat: Ac nescio, an majora vincula, majoresque necessitates vobis, quàm captivis vestris, fortuna circumdederit, dextrâ læváque duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus: circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, à tergo Alpes urgent, vix integris vobis, ac vigentibus transitæ. Hic vobis vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primùm hosti occurristis: & eadem for-*

XVII. *Rebus*, con el exemplo de otros. *Et dejecta*, y habiendo echado suertes para este fin. (Es á saber, para ver los que habian de pelear.) *Ut sors cujusque*, segun cayó á cada uno la suerte, alegres entre los que les daban el parabien, y danzando de contento con bayles, que ellos acostumbraban, prontamente tomaban las armas. *Ubi verò*, mas quando peleaban, se veía tal disposicion de ánimos, no solo en los cautivos, sino aun en los que miraban, que no se alababa mas la fortuna de los que vencian, que la de los que honrosamente morian. *Dum sic*, habiendo Anibal dado libertad á algunos cautivos, despues de alentados con estas peleas, visto los que eran iguales. *Sortis*, con el exemplo de la suerte de los otros. *In æstimanda*, en el aprecio, que hagais de vuestra condicion, ya tenemos segura la victoria. *Conditionis*, de vuestro estado. *Ac nescio*, y no sé si la fortuna os tiene aprisionados con necesidades mas duras, que las prisiones de vuestros cautivos. *Claudunt*, nos cercan. *Vix*, que hemos pasado, quedando apenas vosotros enteros y con fuerzas...

tuna, quæ necessitatem pugnandi imposuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne à diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantùm ac Sardiniam parentibus nostris ereptas, nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent. Quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est: in hanc tam opimam mercedem, agite, cum diis bene juvantibus arma capite. Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus pecora consectando, nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis: tempus est jam opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæ pretia mereri, tantum itineris per tot montes, fluminaque, & tot armatas gentes emensos. Hîc vobis terminum laborum fortuna dedit: hîc dignam mercedem emeritis stipendiis dabit; nec quàm magni nominis bellum est, tam difficilem existimaveritis victoriam fore. Sæpe & contemptus hostis cruentum certamen edidit; & incliti populi regesque perlevi momento victi sunt. Nam, dempto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, quòd illi vobis comparandi sint? Ut viginti annorum militiam vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam, ab Herculis columnis, ab Oceano, terminisque ultimis terrarum, per tot ferocissimos Hispaniæ & Galliæ populos, vincentes huc pervenistis: pugnabitis cum exercitu tirone, hâc ipsâ æstate cæso, victo, circumsessoque à Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignoranteque ducem. An me in prætorio patris clarissimi imperatoris prope natum, certè educatum, domitorem Hispaniæ Galliæque, victorem eumdem non Alpinarum modò

Præmia, os propone tales premios, si venceis, que los hombres no se atreverian á pedirlos mayores á los Dioses. &c. *Tam opimam*, disponeos para recibir tan grande recompensa. *Pecora*, persiguiendo fieras. *Tempus est*, ya es tiempo que cobreis grande y crecido sueldo, y que el prest sea grande como vuestro trabajo. *Emensos*, habiendo andado tanto camino. *Emeritis stipendiis*, acabado el tiempo de vuestra milicia. *Perlevi momento*, con poca dificultad. *Fulgore*, porque quitado este solo relumbron que trae consigo el nombre Romano, en que se pueden comparar ellos con vosotros. *Ut... taceam*, (*Preterision*): para pasar en silencio. *Illa*, con aquel valor y fortuna que yo sé. *In prætorio... natum... educatum*, casi nacido y criado en la tienda del general mi padre. (Esto es, nacido y criado entre las armas)...

gentium, sed ipsarum, quod multò majus est, Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitûs sui? Cui si quis, demptis signis, Pœnos, Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus, cujus non idem ego virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora. Collaudastis me, milites, donastis. Alumnus priùs omnium vestrum, quàm imperator, procedam acie adversùs ignotos inter se, ignorantesque. Quòcumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris, veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frænatos & infrænatos, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos Carthaginienses tum ob patriam, tum ob iram justissimam pugnaturos. Inferimus bellum, infestisque signis descendimus in Italiam, tantò audaciùs fortiùsque pugnaturi, quantò major spes, majorque animus inferentis est vim, quàm arcentis. Accendit præterea animos & stimulat dolor, injuria, indignitas. Ad supplicium depoposcere me ducem primùm, deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. Crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique arbitrii facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet: circumscribit, includitque nos ter-

---

Cum semestri, me he de comparar con este general, que solo hace seis meses que lo es. *Demptis signis*, apartando las insignias de ambos exércitos. *Non ego*, y no aprecio poco el que no hay ninguno entre vosotros que no sea testigo de muchas de mis hazañas militares; y el que yo mismo puedo contar las vuestras, distinguiendolas por el lugar y tiempo, como testigo de vista de vuestro valor. *Donastis*, me habeis dado el título de general. *Infrænatos*, y sin freno. (La caballería Numida no ponia freno á los caballos.) *Inferentis*, del que ofende, que del que se defiende. *Ad supplicium*, me pidieron primeramente á mí vuestro general para ser castigado, y despues, &c. *Deditos*, y si hubiese nos sido puestos en sus manos, nos hubieran dado el último suplicio. *Facit*, todo lo hace suyo y sujeto á su arbitrio. *Cum quibus*, con quienes ya tengamos guerra, ya paz, tienen por derecho suyo dar la ley. *Circumscribit*, nos fixa y señala términos de montes y rios que no traspasemos...

Alumnus, discípulo. Llámase discípulo de ellos, para ganarse mejor la voluntad: y realmente de muchos de ellos habia aprendido en el exército de Amilcar su padre.

minis montium fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos statuit, terminos observat. Ne transieris Iberum: ne quid rei tibi sit cum Saguntinis: ad Iberum est Saguntum: nusquam te vestigio moveris. Parum est, quòd veterrimas provincias nostras, Siciliam ac Sardiniam adimis: etiam Hispanias: & inde cessero, in Africam transcendes: transcendes autem dico? duos consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam misere: nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicaverimus. Illis timidis & ignavis licet esse, qui receptum habent, quos suus ager, sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipient: vobis necesse est fortibus viris esse, & omnibus inter victoriam mortemve certâ desperatione obrutis, aut si fortuna dubitabit, in prælio potiùs, quam in fuga mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum incitamentum ad vincendum homini à diis inmortalibus acriùs datum est.

XVIII. His adhortationibus cùm utrinque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causâ castellum superimponunt. Pœnus, opere occupatis hostibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum populi Romani agros mittit: Gallis parci quàm maximè jubet, principumque animos sollicitare ad defectionem. Ponte perfecto, traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium, quinque millia passuum à

Ad Iberum. Sagunto está junto al Ebro. *Nusquam*, no te has de mover un paso hácia ninguna parte. *Et inde*, y si me retiro de allí, pasarás a la Africa. *Transcendes?* (Correccion.) Qué digo pasar? *Vindicaverimus*, tomaremos a fuerza de armas. *Qui receptum*, que tienen adonde acogerse. *Et omnibus... obrutis*, y que sin esperanza no tenemos sino vencer o morir. *Dubitabit*, si la fortuna fuese dudosa, morir antes peleando. &c. *Si hoc*, si todos estais resueltos y determinados a esto, repito, habeis vencido. *Nullum incitamentum acriùs*, ningun incentivo mayor.

XVIII. *Jungunt*, echan un puente sobre el rio Tesin. *Depopulandos*, á talar. *Gallis*, que no dañen a los campos Franceses...

Ne transieris. Mimesis, dicho en boca de los Romanos.

Ne quid, no te metas con los Saguntinos. Acumula una falsedad á los Romanos.

Parum est, no se contentan, &c. Habla Anibal por parte de los Romanos.

Victumviis consedit. Ibi Annibal castra habebat: revocatoque propere Maharbale atque equitibus, cùm instare certamen cerneret, nihil umquam satis dictum præmonitumque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certa præmia pronunciat, in quorum spem pugnarent. Agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania, ubi quisque velit, immunem ipsi, qui accepisset, liberisque. Qui pecuniam quàm agrum maluisset, ei se argento satisfacturum. Qui sociorum Carthaginienses cives fieri vellent, potestatem facturum. Qui domos redire mallent, daturum se operam, ne cujus suorum popularium immutatam secum fortunam esse vellent. Servis quoque dominos prosecutis libertatem promittit, binaque pro his mancipia dominis se redditurum. Eaque ut rata scirent fore, agnum lævâ manu, dextrâ silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset; secundùm precationem caput pecudis saxo elisit. Tum vero omnes, velut diis auctoribus in spem suam quisque acceptis, id moræ, quòd nondum pugnarent, ad potienda sperata rati, prælium uno animo & voce una poscunt. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam territos prodigiis; nam & lupus intraverat castra, laniatisque obviis, ipse intactus evaserat; & examen apum in arbore prætorio imminente consederat. Quibus procuratis, Scipio cum equitatu jaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, exque propinquo copias, quantæ & cujus generis essent, speculandas,

---

Victumviis. Dimoli: (aldea.) *Revocato*, y haciendo venir. *Satis*, que no habia dicho, ni amonestado bastante á los soldados para animarlos. *Immunem*, que dicho campo estaria exênto de pagar contribucion, ni arrendamiento. *Ne cujus*, (*pro alicujus*): que no fuese de ménor condicion, que qualquiera de sus paisanos. *Secundùm*, despues de esta deprecacion. *Velut*, como si los mismos Dioses les prometieran lo mismo que esperaban. *Id moræ*: pensando que lo que tardaban en comenzar á pelear, se les dilataba el logro de lo que aguardaban. *Super*, atemorizados con los prodigios recientes, ademas de otros motivos. *Obviis*, los que encontró al paso. *Examen*, un enxambre de abejas se habia asentado en un árbol que cubria la tienda del general. *Quibus procuratis*, expiados los quales con sacrificios...

Si falleret, si no cumplia lo prometido. Formula y ceremonia, con que se obligaban á cumplir la palabra dada, pacto ó juramento.

obvius fit Annibali, & ipse cum equitibus ad exploranda circà loca progresso. Neutri alteros primò cernebant: densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit: constitit utrinque agmen, & prælio sese expediebant. Scipio jaculatores & Gallos equites in fronte locat; Romanos sociorumque quod roboris fuit, in subsidiis. Annibal frænatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. Vixdum clamore sublato, jaculatores fugere inter subsidia ad secundam aciem; inde equitum certamen erat aliquandiu anceps. Deinde quia turbabant equos pedites intermisti, multis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumventos vidissent, jam magnâ ex parte ad pedes pugna erat: donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paullulum, ab tergo se ostendere. Is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursu tum primùm pubescentis filii propulsatum. Hic erat juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale & de Pœnis appellatus. Fuga tamen effusa jaculatorum maximè fuit, quos primos Numidæ invaserunt. Alius confertus equitatus consulem in medium acceptum, non armis modò, sed etiam corporibus suis protegens, in castra, nusquam trepidè, neque effusè cedendo, reduxit. Servati consulis decus Cœlius ad servum natione Ligurem delegat.

Obvius, sale al encuentro á Anibal, que tambien se habia adelantado, &c. *Et ipsi*, que tambien se habia adelantado, &c. *Loca circa*, los contornos. *Neutri*, no se veían unos á otros: y levantándose despues una espesa polvareda con las pisadas, &c. *Sociorumque*, y la flor de los aliados para tropa de socorro. *Cornua*, los flancos, las alas. *Vixdum*, no bien habia comenzado la gritería. *Secundam*, segunda fila; y despues la pelea de la caballería fué dudosa por algun tiempo. *Ubi*, visto que los suyos cercados se hallaban en aprieto. *Ad pedes*, peleaban á pie. *Circumvecti*, dando una media vuelta. *Perculit*, turbó. *Periculumque*, y el peligro de que se libró el cónsul, por acudir su hijo, que entónces comenzaba á tener bozo. *Fuga*, comenzaron á huir desapoderadamente, en especial los flecheros. *Nusquam*, retirándose sin confusion, ni desórden. *Delegat*, atribuye la honra de haber salvado al cónsul á un esclavo Genovés...

Frænatos, á distincion de la caballería Numida, que no gastaba freno. Nótese que los antiguos no tenian estribos, como lo dice el mismo verbo.

Desilientibus, ó desmontando.

Malim equidem de filio verum esse, quod & plures tradidere auctores, & ita fama obtinuit.

XIX. Hoc primum cum Annibale prælium fuit: quo facilè apparuit, & equitatu meliorem Pœnum esse, & ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. Itaque proximâ nocte jussis militibus vasa silentio colligere, castra ab Ticino mota: festinatumque ad Padum est, ut ratibus, quibus junxerat flumen, nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis, copias trajiceret. Prius Placentiam pervenere, quàm satis sciret Annibal ab Ticino profectos: tamen aliquot moratorum in citeriore ripa segniter ratem solventes cepit; transire non potuit pontem, quòd extrema resoluta erat, totâ rate in secundam aquam labente. Cœlius auctor est, Magonem cum equitatu & Hispanis peditibus flumen extemplo transnatasse: ipsum Annibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse, elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. Ea periti amnis ejus vix fecerint: nam neque equites armis equisque salvis tantam vim fluminis superasse verisimile est, ut jam Hispanos omnes inflati transvexerint utres: & multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant, quà exercitus gravis impedimentis traduci posset. Potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum arte jungendo flumini inventum tradunt; eâ cum Magone equites Hispanorum expeditos præmissos. Dum Annibal, citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen: interim Mago equitesque ab transitu fluminis diei unius itinere Placen-

---

Obtinuit, y asì corrió por entonces la voz.

XIX. *Meliorem*, que era superior. *Patentes*, rasos, descubiertos. *Vasa*, (lo mismo que *sarcinas*) recoger el fardage con todo silencio. *Junxerat*, que habia echado sobre el rio. *Tamen aliquot*, con todo hizo prisioneros á algunos, que se habian detenido algo mas en la ribera de enfrente en desatar las barcas; pero no pudo pasar el puente, porque desatada ya una de la extremidad, todas las demas fueron rio abaxo. *Ea periti*. semejante accion apenas se hubieran atrevido á executar los prácticos en el rio Póo. *Salvis*, sin perecer los caballos. *Ut jam*, aunque concedamos, que los Españoles pasaron sostenidos de pellejos inflados. *Vada petenda*, y tenian que ir á buscar los vados. *Gravis*, cargado con el bagage. *Potiores*, mas me inclino á los que dicen, que apenas pudieron encontrar en dos dias lugar en donde echasen las barcas. *Graviùs*, con dificultad...

tiam ad hostes contendunt. Annibal paucis post diebus sex millia à Placentia castra communivit, & postero die in conspectu hostium acie directâ, potestatem pugnæ fecit. Insequenti nocte cædes in castris Romanis, tumultu tamen quàm re major, ab auxiliaribus Gallis facta est. Ad duo millia peditum & ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugiunt: quos Pœnus benignè adlocutus, spe ingentium donorum accensos, in civitates quemque suas ad sollicitandos popularium animos dimisit. Scipio cædem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus, contactosque eo scelere, velut injectâ rabie, ad arma ituros; quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quartâ vigiliâ noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora collesque impeditiores equiti castra movet. Minùs, quam ad Ticinum, fefellit: missisque Annibal primùm Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate prædæ in vacua Romana castra Numidæ divertissent. Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum, nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est. Et cùm jam transgressos Trebiam Romanos, metantesque castra conspexissent, paucos moratorum occiderunt citra flumen interceptos. Scipio nec vexationem vulneris in via jactantis ultra patiens, & collegam (jam enim revocatum ex Sicilia audierat) ratus exspectandum, locum, qui prope flumen tutis-

---

Acie directâ, poniendo su exército enfrente, y á vista del enemigo, les presentó la batalla. *Tumultu*, siendo mayor el ruido que el daño. *Transfugiunt*, se pasan á Anibal. *Sollicitandos*, para levantar á sus paisanos. *Signum*, era señal de haberse rebelado todos los Franceses, y que teniendo parte en aquella maldad, como rabiosos, &c. *Gravis*, no podia aun andar por la herida; sin embargo, á la quarta vigilia de la noche siguiente. *Minus*, menos se le ocultó á Anibal esta retirada, que la del rio Ticin. *Impeditiores*, embarazosos. *Nullo satis*, en cosa de ninguna utilidad. *Metantesque*, sentando sus reales. *Interceptos*, á quienes cortaron el paso al otro lado del rio. *Scipio*, Escipion no pudiendo sufrir mas los dolores de la herida, que le aquejaba con la agitacion del camino. *Collegam*, Sempronio...

Vigilia, la noche se dividia en tiempo de campaña en quatro vigilias ó mutaciones de centinelas. Primera, desde anochecer hasta las 9; segunda, de 9 á 12; tercera, de 12 á 3; quarta, de 3 hasta amanecer: aunque variaba su duracion segun los tiempos.

simus stativis est visus, delectum communivit. Nec procul inde Annibal cùm consedisset, quantùm victoriâ equestri elatus, tantùm anxius inopià, quæ per hostium agros euntem, nusquam præparatis commeatibus, major in dies excipiebat: ad Clastidium vicum, quò magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. Ibi cùm vim pararent, spes facta proditionis: nec sanè magno pretio, nummis aureis quadrigentis datis P. Brundusino præfecto præsidii corrupto, traditur Annibali Clastidium; id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In captivos ex tradito præsidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil sævitum est.

XX. Cùm ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiæ imminentes, & à Sempronio consule, & ante adventum ejus terrâ marique res gestæ. Viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ à Carthaginiensibus missæ: novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æstus. Ad eas conspectas à Messana duodecim naves ab Hierone rege Syracusanorum missæ, qui tum fortè Messanæ erat, consulem Romanum opperiens,

---

Stativis, para acampar. *Elatus*, engreido, ufano. *Inopiâ*, (sup. *frumenti*), por la falta de víveres, que de dia en dia se aumentaba, quando corria los campos del enemigo, por no haberse provisto de ninguna parte. *Clastidium*, Chiastezo (en el territorio de Pavía.) *Pararent*, disponiéndose á forzar el pueblo, concibieron esperanzas de que se tomaria por traicion. *Præfecto præsidii*, comandante de la guarnicion. *Sedentibus*, mientras permanecieron junto á Trebia. *In captivos*, con la guarnicion prisionera no se usó de rigor, con el fin de ganar reputacion de piadosos en el principio de la guerra.

XX. *Cum*, estando el teatro de la guerra terrestre junto al rio Trebia. *Tres in fretum*, á tres de las naves las arrojó la marea contra el estrecho. *Messanâ*, desde Mecina.

Nummis, *Justo Lipsio* dice (*de re num.*) que el valor de esta moneda era como dos ducados nuestros, ó 22 reales con poca diferencia. Segun esto compró el pueblo en mas de ochocientos ducados. Era moneda recientemente acuñada entre los Romanos, que despues llamaron *solidus*.

Liparas, islas Eolias, de Eolo Rey III de ellas. Homero le llama padre de los vientos, porque estos agitan y combaten mucho estas islas.

Vulcani, isla de Vulcano, llamada así, porque en el monte Etna decian los antiguos, que tenia su herrería, por las llamas que vomita; de donde ha quedado el nombre de Volcan.

nullo repugnante, captas naves Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipsi classis essent, in Italiam missas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad sollicitandos veteres socios. Lilybæi occupandi præcipuam curam esse credere: eâdem tempestate, quâ ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Ægates insulas dejectam. Hæc sicut audita erant Messanæ, rex M. Æmilio prætori, cujus Sicilia erat provincia, perscribit, monetque, Lilybæum firmo teneret præsidio. Extemplo & circa prætorem ad civitates missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent: ante omnia Lilybæum teneri ad apparatum belli: edicto proposito, ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent: ubi signum datum esset, ne quis moram conscendendi faceret: perque omnem oram qui erant, ex speculis conspicerent adventantem hostium classem. Simul itaque, quamquam de industria morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæum, præsensum tamen est, quia & luna pernox erat, & sublatis armamentis veniebant. Extemplo datum è speculis signum, & in oppido ad arma conclamatum est, & in naves conscensum, pars militum in muris portarumque stationibus, pars in navibus erant. Et Carthaginienses, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinue-

---

Orden: *Præter viginti naves cujus classis ipsi essent*, que á excepcion de veinte naves de la armada. á que ellos pertenecian. *Lilybæi*, (puerto, promontorio de Sicilia.) *Quâ ipse*, con que ellos mismos habian sido desbaratados. *Perscribit*, le escribe á la larga. &c. *Qui suos*, que alentasen á los suyos á defender sus ciudades. *Teneri*, (sup. *jussit*) mandó que conservase el Lilybeo para los aprestos de la guerra. *Edicto proposito*, habiendo publicado un edicto para que los aliados navales llevasen la comida hecha para diez dias. *Conscendendi*, de embarcarse. *Oram*, costa. *De industria*, aunque habian de intento detenido el curso. *Præsensum*, con todo se conoció de antemano su venida, ya porque la noche estaba clara. ya porque traian levantado el velamen. *In muris*, custodiando los muros y puertas. *Quia rem*, porque veian que tendrian que pelear con gente prevenida, no entraron en el puerto hasta el amanecer...

Circa prætorem, segun unos, que estaban con el general: segun otros, enviados por el general. Segun esta última opinion: *circa prætorem* es lo mismo que *à prætore*: y es una locucion griega, pues los Griegos dicen: *circa Platonem* en lugar de *Plato*.

runt, demendis armamentis eo tempore aptandaque ad pugnam classe absumpto. Ubi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnæ esset, exitumque liberum è portu naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam, & memoriâ circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, & militum multitudine ac virtute. Ubi in altum evecti sunt, Romanus conserere pugnam, & ex propinquo vires conferre velle; contra eludere Pœnus, & arte non vi rem gerere, naviumque, quàm virorum aut armorum, malle certamen facere: nam ut sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat; & sicubi conserta navis esset, haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animadversum est, & Romanis multitudo sua auxit animum, & paucitas illis minuit. Extemplo septem naves Punicæ circumventæ; ceteræ fugam ceperunt. Mille & septingenti fuere in navibus capti milites nautæque, in iis tres nobiles Carthaginiensium. Classis Romana incolumis, unâ tantum perforatâ navi, sed eâ quoque ipsâ reduce, in portum rediit. Secundum hanc pugnam, nondum gnaris eis, qui Messanæ erant, T. Sempronius consul Messanam venit. Et fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit, transgressusque ex regia in prætoriam navem, gratulatus sospitem cum exercitu & navibus advenisse, precatusque prosperum ac felicem in Siciliam transitum, statum deinde insulæ, & Carthaginiensium conata exposuit: pollicitusque est, quo animo priori bello populum Romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum: frumenta vesti-

---

Demendis, en amainar velas y xarcias, y en disponer la armada, &c. *Illuxit*, luego que amaneció, retiraron la esquadra á alta mar para dexar espacio donde pelear. *Evecti*, luego que llegaron. *Velle* (sup. *ostendit*), manifestó querer pelear y trabar la batalla de cerca; por el contrario el Cartagines queria vencerlos con astucias y estratagemas, no peleando, y que la pelea fuese mas bien de naves con naves, que de hombres con hombres, ó de armas con armas. *Nam ut*, pues así como tenia abundancia de remeros. *Et sicubi*, y si alguna vez se trabase alguna nave con otra. *Circumventæ*, quedaron cercadas. *Una tantum*, habiendo dado barreno los enemigos á una sola; pero esta tambien volvió salva. *Secundum*, despues de. *Gnaris*, no teniendo noticia aquellos que estaban en Mecina. *Ornata*, empavesada. *Ex regia*, de la del Rey á la del General. *Gratulatur*, y dándole el parabien de haber llegado salvo, &c. y deseándole prospero y feliz viage. *Statum*, despues le hizo presente el estado de la isla, y los intentos del Cartagines. *Frumenta*, víveres...

mentaque se legionibus consulis, sociisque navalibus gratis præbiturum: grande periculum Lilybæo maritimisque civitatibus esse, & quibusdam volentibus novas res fore. Ob hæc consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybæum classe peteret: & rex regiaque classis unà profecti, navigantes inde, pugnatum ad Lilybæum, fusasque & captas hostium naves accepere. A Lilybæo consul, Hierone cum classe regia dimisso, relictoque prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipse in insulam Melitam, quæ à Carthaginiensibus tenebatur, trajecit. Advenienti Amilcar Gisgonis filius præfectus præsidii cum paullo minus duobus millibus militum, oppidumque cum insula traditur. Inde post paucos dies reditum Lilybæum: captivique & à consule & à prætore, præter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat consul, ad insulas Vulcani, quia fama erat stare ibi Punicam classem, trajecit: nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram: depopulatoque Vibonensi agro, urbem etiam terrebant.

XXI Repetenti Siciliam consuli, excensio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur: literæque à senatu de transitu in Italiam Annibalis, & ut primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum extemplo in naves impositum Ariminum supero mari misit. Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit: M. Æmilio prætori quinquaginta navium classem explevit: ipse, compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegæ conjungitur. Jam ambo consules & quidquid Romanarum virium erat, An-

---

Et quibusdam, y á algunos deseosos de novedades. *Accepere*, supieron. *Melitam*, Malta. *Præfectus*, comandante de la guarnicion es entregado, &c. y tambien es entregado el pueblo con la isla. *Sub corona*, fueron vendidos coronados. *Stare*, que se mantenia allí. *Vibonensi*, y habiendo talado el territorio de Vibona.

XXI. *Repetenti*, quando volvia. *Excensio*: desembarco. *Primo quoque*, en la primera ocasion. *Ariminum*, lo envio á Rimini mar arriba. *Attribuit*, le encomienda la defensa de la costa marítima. *Explevit*, completo. *Legens*, costeando la Italia con diez naves...

nibali oppositum, aut illis copiis defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter equestri prælio uno, & vulnere suo minutus, trahi rem malebat: recentis animi alter, eòque ferocior, nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem, haud dubiè gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modò moverent, æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat, à Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitans. Ob eam iram, simul ut prædâ militem aleret, duo millia peditum & mille equites, Numidas plerosque, mistos quosdam & Gallos populari omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas jussit. Egentes ope Galli, cùm ad id dubios servassent animos, coacti ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros declinant: legatisque ad consulem missis, auxilium Romanorum terræ ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti orant. Cornelio nec causa nec tempus agendæ rei placebat: suspectaque ei gens erat, tum ob infida multa facinora; tum, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Bojorum perfidiam. Sempronius contra continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui eguissent ope, defensos censebat. Tum collegâ cunctante, equitatum suum, mille peditum, jaculatoribus ferme admistis, ad defendendum Gallicum agrum trans

---

Oppositum, los dos cónsules, y quantas fuerzas tenian los Romanos opuestas contra Anibal, daban á entender, &c. *Minutus*, debilitado. *Trahi*, dilatar la batalla. *Recentis*, el otro que estaba mas feroz por el nuevo ánimo que cobró, no sufria dilacion. *Per ambiguum*, tirándose á ganar la voluntad del que venciese, favoreciendo ya á unos, ya á otros. *Id Romani*, contentábanse con esto los Romanos, á trueque de que no moviesen guerra contra ellos, pero esto mismo le sentaba muy mal á Anibal, que decia haberle llamado los Franceses para rescatarlos. *Cum ad id*, habiéndose mantenido neutrales hasta entonces. *Vindices*, se arriman al partido de los que habian de ser sus libertadores. *Auxilium*, piden á los Romanos, envien socorro á su pais, que se hallaba en peligro, por pasarse de fieles para con ellos. *Ut alia*, aunque no mirase á lo demas como cosa muy antigua. *Censebat*, juzgaba que el defender á los primeros que lo necesitasen era el mayor lazo para mantener á los aliados fieles. *Cunctante*, andando en dilaciones.

Trebiam mittit. Hi sparsos & incompositos, oneratosque prædâ plerosque, cùm inopinantes invasissent, ingentem terrorem, cædemque, ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere: unde multitudine effusâ pulsi, rursus subsidio suorum prælium restituere. Variâ inde pugnâ sequentes, quamquam ad extremum æquassent certamen, major tamen hostium Romanis fama victoriæ fuit. Ceterum nemini omnium major justiorque, quàm ipsi consuli, videri. Gaudio efferri, *quâ parte copiarum alter consul victus foret, eâ se vicisse: restitutos ac refectos militum animos, nec quemquam esse, præter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum animo magis, quàm corpore ægrum memoriâ vulneris aciem ac tela horrere. Sed non esse cum ægro senescendum; quid enim ultra diferri, aut teri tempus? quem tertium consulem, quem alium exercitum exspectari? castra Carthaginiensium in Italia, ac prope in conspectu urbis esse: non Siciliam ac Sardiniam victis ademptas, nec cis Iberum Hispaniam peti: sed solo patrio terrâque, in qua geniti forent, pelli Romanos. Quantùm ingemiscant*, inquit, *si videant nos, progeniem suam, duos consules, consularesque exercitus in media Italia paventes intra castra; Pœnum, quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suæ ditionis fecisse?* Hæc assidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere. Stimulabat & tempus propinquum comitiorum, ne in novos consules bellum differretur, & occasio in se unum vertendæ gloriæ, dum æger collega erat. Itaque, nequidquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites jubet.

Castra stationesque, hasta los reales y centinelas enemigas. *Effusa*, por la multitud que salió. *Prælium*, renovaron la batalla. *Major, justiorque*, mayor y mas completa. *Efferri*, (sup. *cœpit*) se alegraba de haber vencido, &c. *Ægrum*, mas débil en el animo, &c. *Sed non*, pero, decia, que no se habian de envejecer allí con el, hasta que sanase ¿pues a qué fin venia andar en dilaciones y gastar el tiempo? *Quod agri... sit*, habia hecho de su jurisdiccion, o suyo todo el territorio, &c. *Hæc*, esto decia Sempronio sentado junto a su compañero enfermo, y en la tienda hablando en alta voz, como en tono de arenga. *Vertendæ*, y la ocasion de alzarse con toda la gloria.

XXII. Annibal, cùm quid optimum foret hosti cerneret, vix ullam spem habebat, temere atque improvide quidquam consules acturos. Sed cùm alterius ingenium famâ priùs, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse, ferociusque factum ex prospero cum prædatoribus suis certamine crederet, adesse gerendæ rei fortunam haud diffidebat: cujus ne quod prætermitteret tempus, sollicitus & intentus erat, dum tyro hostium esset miles: dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret: dum Gallorum animi vigerent: quorum ingentem multitudinem sciebat segniùs secuturam, quantò longiùs ab domo traheretur. Cùm ob hæc taliaque speraret propinquum certamen; & facere, si cessaretur, cuperet; speculatoresque Galli ad ea exploranda, quæ vellet, tutiores, quia in utrisque castris militabant, paratos pugnæ esse Romanos retulissent; locum insidiis circumspectare Pœnus cœpit. Erat in medio rivus præaltis utrinque clausus ripis, & circa obsitus palustribus herbis, & quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. Quem ubi ad equites quoque tegendos satis latebrosum locum circumvectus, ipse oculis perlustravit: *Hic erit locus*, Magoni fratri ait, *quem teneas: delige centenos viros ex omni pedite atque equite, cum quibus ad me vigiliâ prima venias: nunc corpora curare tempus est.* Ita prætorium missum; mox cum delectis Mago aderat. *Robora virorum cerno*, inquit Annibal: *sed ut & numero etiam, non animis modo valeatis, singulis vobis novenos ex turmis*

XXII. *Acturos*, que hiciesen alguna cosa inconsideradamente y sin consejo. *Percitum*, pero sabiendo primeramente por la voz que corria, y despues por experiencia que el uno de los dos cónsules era de índole precipitada y arrogante. *Dum Gallorum*, mientras los Franceses manifestaban los animos vigorosos, los que sabia le seguirian con menos gusto, &c. *Et facere*, y deseando darla, si su compañero andaba en dilaciones. *Locum*, andaba buscando lugar acomodado para celadas. *Erat*, habia en medio un arroyo, que por uno y otro lado tenia muy altas márgenes y sus contornos cubiertos de espadañas. *Circumvectus*, andandole al rededor. *Teneas*, donde te emboesques. *Quibus inculta*, que comunmente se encuentran en los eriales. *Corpora curare*, de tomar algun refuerzo. *Ita prætorium*, de este modo despachó la oficialidad o junta de capitanes. *Robora*, la flor del exercito *Numero*, pero para que venzais, no solo con el valor sino con la multitud...

manipulisque vestri similes eligite: Mago locum monstrabit, quem insideatis: hostem cæcum ad has belli artes habebitis. Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis, Annibal primâ luce Numidas equites, transgressos Trebiam flumen, obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem: injecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis: ceteris ducibus peditum equitumque præceptum, ut prandere omnes juberent; armatos deinde, instratisque equis signum exspectare. Sempronius ad tumultum Numidarum primùm omnem equitatum, ferox eâ parte virium, deinde sex millia peditum, postremò omnes copias ad destinatum locum jam ante consilio, avidus certaminis eduxit. Erat fortè brumæ tempus, & nivalis dies in locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis. Ad hæc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ullâ ad arcendum frigus adhibitâ, nihil caloris inerat: & quidquid auræ fluminis appropinquabat, afflabat acrior frigoris vis. Ut vero refugientes Numidas insequentes, aquam ingressi sunt; (& erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri) tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent: & simul jejuni, procedente jam die, fame etiam deficere. Annibalis interim miles ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso, & cibo per otium capto, ubi transgressos flumen nunciatum est hostes, alacer animis corporibusque arma capit, at-

---

Insideatis, os oculteis. *Cæcum*, ignorante. *Obequitare*, que hagan una corrida. *Jaculandoque*, y que disparando á las centinelas saquen por fuerza á la pelea al enemigo. *Injecto*, y despues de trabada la batalla, y retirandose poco á poco. *Brumæ*, de invierno, y el dia de nieve, por caer aquellos lugares entre los Alpes y el Apenino. *Prægelidis*, muy frios. *Frigus*, para reparo del frio. *Et quidquid*, y quanto mas se arrimaban al rio, venia el ayrecillo mas frio. *Rigere (caperunt)*, se quedaban tan yertos al salir del rio, que apenas podian mantener las armas. *Simul*, asimismo desmayaban de necesidad, cogiendolos en ayunas, entrado ya mucho el dia. *Oleoque*, y repartiendo aceyte por compañias, para abiandar los miembros. *Per otium*, habiendo comido con descanso...

Manipulisque, véase al fin de este tomo el indice.

que in aciem procedit. Baleares locat ante signa, levem armaturam, octo ferme millia hominum: deinde graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat: in cornibus circumfundit decem millia equitum, & ab cornibus in utramque partem divisos elephantos statuit. Consul effusos sequentes equites, cùm ab resistentibus subitò Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. Duodeviginti millia Romanorum erant, sociûm nominisque Latini viginti: auxilia præterea Cænomanorum. Ea sola in fide manserat Gallica gens: his copiis concursum est. Prælium à Balearibus ortum est; quibus cùm majore robore legiones obsisterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ sunt: quæ res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgeretur. Nam cùm vix jam per se resisterent decem millibus equitum quatuor millia, & plerique fessi, integris Pœnis, obruti sunt insuper velut nube jaculorum à Balearibus conjectâ: ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus, equis maximè non visu modò, sed odore insolito territis, fugam latè faciebant. Pedestris pugna par animis magis, quàm viribus erat, quas recentes Pœnus, paullo ante curatis corporibus, in prælium attulerat: contra, jejuna fessaque corpora Romanis, & rigentia gelu torpebant. Restitissent tamen animis, si cum pedite solùm foret pugnatum: sed & Baleares pulso equite jaculabantur in latera, & elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago, Numidæque, simul latebras eorum improvida præterlata

---

Baleares, Mallorquines armados á la ligera los coloca delante de las banderas. *In cornibus*, distribuye en las alas diez mil caballos, y por ambas partes á los elefantes. *Consul*, el cónsul dió la señal de la retirada, y recoge á los suyos, que dando alcance á la caballería Numida, ésta dió sobre ellos desprevenidos. *Sociûm*, de aliados y latinos. (En lugar de *sociorum*.) *Deductæ*, los armados á la ligera fueron conducidos prontamente á los flancos. *Et fessi*, estando ellos por la mayor parte cansados, y los enemigos con las fuerzas enteras. *Fugam*, hacian huir desapoderadamente á los Romanos. *Pedestris*, la pelea de los de á pie fué mas igual por los ánimos que por las fuerzas, las que llevó enteras á la batalla el exército Cartagines, por haber comido ántes. *Et rigentia*, y perezosos, por estar yertos de frio. *Simul*, luego que el exército enemigo pasó el lugar, donde estaban emboscados.

acies est, exorti à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquandiu immota acies, maximè præter spem omnium adversus elephantos. Eos velites ad id ipsum locati verutis conjectis & avertere, & insecuti aversos sub caudis, quâ maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant. Trepidantes, propeque jam in suos consternatos mediâ acie in extrema, ad sinistrum cornu, adversus Gallos auxiliares agi jussit Annibal. Extemplo haud dubiam fecere fugam; additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque cùm jam in orbem utrinque pugnarent, decem millia ferme hominum, cùm alià evadere nequivissent, mediâ Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hostium perrupere. Et cùm neque in castra reditus esset, flumine interclusis; neque præ imbri satis decernere possent, quâ suis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ: & qui flumen petiere, aut gurgitibus absumti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi; qui passim per agros fugâ sparsi erant, vestigia sequentes cedentis agminis, Placentiam contendere. Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit, transgressique in castra pervenere. Imber nive mistus, & intoleranda vis frigoris & homines multos, & jumenta, & elephantos prope omnes absumsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent. Itaque nocte insequenti cùm præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam trajicerent, aut nihil sensere Pœni, obstrepente pluviâ,

---

Tamen, sin embargo de que se hallaban cercados de tantos males. *Eos velites*, la infantería puesta para este fin, los rechazaron tirándoles chuzos, y siguiéndolos los aguijoneaban debaxo de las colas, por donde tienen la piel mas blanda, y sienten mas. *Trepidantes* (sup. *elephantos*), á los elefantes alborotados y vueltos casi contra los suyos. *Utrinque*, peleando va unos y otros de monton. *Plures deinde*, despues hicieron varias salidas por todas partes: y los que se encaminaron al rio, ó se los sorbieron los remolinos, ó mientras se detenian en entrar, fueron muertos por los enemigos. *Absumsit*, quitó la vida. *Finis*, los Cartagineses no dexaron de perseguir al enemigo hasta el rio. *Torpentes*, tan entumecidos del frio. *Pluviâ*, por el ruido de la lluvia...

aut, quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimulaverunt: quietisque Pœnis tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus. Inde Pado trajectus Cremonam, ne duorum exercituum hibernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut jam ad urbem Romam crederent infestis signis hostem venturum: nec quidquam spei aut auxilii esse, quo portis, mœnibusque vim arcerent. *Uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ arcessantur*? Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad prædandum hostium equites, (audaciâ magis, quam consilio, aut spe fallendi, resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis, in hiberna rediit. Creati consules Cn. Servilius, & C. Flaminius.

XXIII. Ceterùm ne hiberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, & qua his impeditiora erant, Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent. Emporium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum, & valido firmatum præsidio. Ejus castelli oppugnandi spe cum equitibus, ac levi armatura profectus Annibal, cùm plurimum in celando incœpto ad effectum spei habuisset, nocte adortus non fefellit vigiles: tantus repentè clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu

---

Premeretur, para que un solo pueblo no fuese agoviado con los quarteles, &c. *Romam*, apoderóse de Roma tanto espanto de esta derrota, que ya les parecia venia el enemigo sobre ella. *Quos alios*, á que otros caudillos, á que otras legiones habian de apelar. *Per effusos*, entre la caballería enemiga, que andaba esparcida al pillage. *Fallendi*, de no ser vistos de los enemigos. *Desiderabatur*, lo único que era necesario hacer, y mas por entonces. *Et quâ his*, y por donde estos no podian entrar.

XXIII. *Emporium*, el quartel general, ó la provision de todo estaba junto á Plasencia. *In celando*, en ocultar sus intentos para llevarlos á efecto. *Sub lucem*, al amanecer...

Cremonam. Cremona en el ducado de Milan, entre Pavía, Mantua y Brescia.

consul aderat, jussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim commissum, in quo, quia Annibal saucius pugnâ excessit, pavore hostibus injecto, defensum egregiè præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumtâ, & vixdum satis percurato vulnere, ad Victumvias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis Gallico bello fuerat munitum: inde locum frequentaverant accolæ misti undique ex finitimis populis: & tum terror populationum eò plerosque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo famâ impigrè defensi ad Placentiam præsidii accensa, armis arreptis, obviam Annibali procedit. Magis agmina quàm acies in via concurrerunt. Et cùm ex altera parte nihil præter inconditam turbam esset, in altera & dux militi, & duci fidens miles; ad triginta quinque millia hominum à paucis fusa. Postero die, deditione factâ, præsidium intra mœnia accepere: jussique arma tradere, cùm dicto paruissent, signum repente victoribus datur, ut tamquam vi captam urbem diriperent; neque ulla, quæ in tali re memorabilis scribentibus videri solet, prætermissa clades est: adeo omnis libidinis, crudelitatisque, & inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum.

XXIV. Hæ fuere hibernæ expeditiones Annibalis. Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data est: & ad prima dubia signa veris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit, eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut vi aut voluntate adjuncturus. Transeuntem autem Apenninum adeo atrox tempestas adorta est, ut Alpium feritatem prope superaverit. Vento mistus imber cùm ferretur in

---

Injecto, habiendo infundido miedo. *Egregiè*, valerosamente. *Vixdum*, y habiéndose apénas curado bastante de la herida. *Victumvias*. Dimoli. *Accolæ*, los habitantes de la comarca. *Magis*, pelearon en el camino mas con el órden que llevaban, que puestos en formacion. *Neque ulla*, no se omitió en el saqueo ninguna crueldad de las que son dignas de memoria para los historiadores. Tales exemplos de todo género de liviandades, &c. se hicieron con aquellos miserables.

XXIV. *Haud*, descansó despues la tropa miéntras, &c. *Ad prima*, á las primeras, pero dudosas señales de la primavera. *Adjuncturus*, para conquistar. *Feritatem* que casi excedió los rigores de los Alpes. *Cùm*, dándoles en la misma cara...

Agmen, á veces como aquí, significa el exército, ó qualquiera multitud sin órden. *Acies*, quando está ordenado en batalla.

ipsa ora; primùm, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, constitere. Deinde cùm jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret, aversi à vento parumper consedere. Tum verò ingenti sono cœlum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes: capti auribus & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuso imbre, cùm eo magis accensa vis venti esset, ipso illo, quo deprehensi erant, loco castra ponere necessarium, visum est. Id verò laboris velut de integro initium fuit: nam nec explicare quidquam, nec statuere poterant: nec quod statutum esset, manebat, omnia præscindente vento & rapiente: & mox aqua levata vento, cùm super gelida montium cacumina concreta esset, tantum nivosæ grandinis dejecit, ut omnibus omissis procumberent homines, tegminibus suis magis obruti, quàm tecti; tantaque vis frigoris insecuta est, ut ex illa miserabili hominum jumentorumque strage, cùm se quisque attollere, ac levare vellet, diu nequiret; quia torpentibus rigore nervis, vix flectere artus poterant; deinde ut tandem agitando sese, movere ac recepere animos, & raris locis ignis fieri est cœptus; ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco velut obsessi mansere: multi homines, multa jumenta, elephanti quoque ex his, qui prælio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumti. Digressus Apennino, retro ad Placentiam castra movit, & ad decem millia

---

Aut contra, ó forcegeando contra el viento, remolinados caian en tierra. *Constitere* (de *consisto*): tuvieron que pararse. *Spiritum*, impidiéndoles la respiracion, y no pudiendo tomar aliento. *Aversi*, de espaldas al viento. *Tum*, entónces comenzo el cielo á hundirse á truenos, y deshacerse en relampagos; y privados de la vista y oido, quedaron entumecidos. *Tandem*, últimamente, terminando la tempestad en copioso aguacero; y habiendo arreciado el viento. *Id vero*, esto fué como comenzar de nuevo á padecer. *Explicare*, ni podian desenvolver las tiendas ó pavellones, ni asentarlas. *Præscindente*: rasgandolas el viento. *Aqua*, habiendo el viento movido lluvia. *Grandinis*, arrojó la tempestad granizo acompañado de nieve. *Omissis*, abandonándolo todo. *Tegminibus*, mas oprimidos, que amparados con sus armaduras. *Torpentibus*, entumecidos los nervios, apénas podian doblar los miembros. *Agitando sese*, luego que haciendo exercicio cobraron movimiento y ánimo, é hicieron hogueras á trechos. *Ad alienam*, cada uno, aunque necesitado, acudió al socorro de los demas.

progressus, consedit. Postero die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem ducit. Nec Sempronius consul (jam enim redierat ab Roma) detrectavit certamen: atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario eventu pugnatum est. Primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie vincerent solùm, sed pulsos hostes in castra persequerentur: mox castra quoque oppugnarent. Annibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, ceteros confertos in media castra recepit: intentosque signum ad erumpendum spectare jubet. Jam nona ferme diei hora erat, cùm Romanus, necquidquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit: quod ubi Annibal accepit, laxatamque pugnam, & recessum à castris vidit, extemplo equitibus dextrâ lævâque emissis in hostem, ipse cum peditum robore mediis castris erupit. Pugna rarò ulla magis sæva: & cum utriusque partis pernicie clarior fuisset, si extendi ea dies in longum spatium quivisset. Nox accensum ingentibus animis prælium diremit: itaque acrior concursus fuit, quàm cædes; & sicut æquata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. Ab utraque parte sexcentis plus peditibus, & dimidium ejus equitum cecidit: sed major Romanis, quàm pro numero, jactura fuit; quia equestris ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & præfecti sociorum tres sunt interfecti. Secundùm eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit. Venienti in Ligures Annibali per insidias intercepti duo quæstores Romani, C. Fulvius, & L. Lucretius cum duobus tribunis

---

Detrectavit, no rehusó. *Atque eo*, y aquel dia distaron los reales unos de otros. *Adeo res Romana*, iban tan ventajosos los Romanos. *Acie*, en campo de batalla. *Intentosque*, y que atentos aguardasen la señal para salir. *Confertos*, á los demas unidos los puso en medio de los reales. *Jam nona*, eran ya como las nueve del dia. *Signum*, dio la señal para la retirada. *Laxatamque*, y que habia afloxado la pelea. *Si extendi*, si el dia hubiera permitido alargarla mas. *Itaque*, y así mas pudo llamarse arremetida, que batalla sangrienta. *Sed major*, pero la pérdida de los Romanos fué mayor en la calidad de los sujetos, que en el número. *Intercepti*, cogidos por los emboscados. *Annibali venienti... traduntur*, son entregados á Anibal quando iba al Genovesado...

Lucam, ciudad de la Etruria.

militum, & quinque equestris ordinis, senatorum ferme liberis, quò magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur.

XXV. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Scipio in Hispaniam cum classe & exercitu missus, cùm ab ostio Rhodani profectus, Pyrenæosque montes circumvectus, Emporiis appulisset classem; exposito ibi exercitu, orsus à Lacetanis, omnem oram usque ad Iberum flumen, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanæ ditionis fecit. Inde conciliatâ clementiæ famâ, non ad maritimos modò populos, sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores jam gentes valuit: nec pax modò apud eos, sed societas etiam armorum parata est: validæque aliquot auxîliorum cohortes ex his conscriptæ sunt. Anno non inscius in Iberi provincia erat. Eum reliquerat Annibal ad regionis ejus præsidium. Itaque priùs quàm alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret cum Annone & Asdrubale sibi dimicandum esse, malletque adversus singulos separatim, quàm adversus duos simul, rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hostium cæsa, duo capta cùm præsidio castrorum: nam & castra expugnata sunt, atque ipse dux militum cum aliquot præsidiis capitur, & Scissis propinquum castris oppidum expugna-

---

Et quinque. y cinco hijos de senadores, que ya se reputaban por caballeros. *Quò magis*, para darle mayores pruebas de que la paz y alianza asentada con ellos sería firme.

XXV. *Circumvectus*. habiendo costeado los Pirineos, y saltado en tierra con su armada en Ampurias. *Exposito*, desembarcando allí el exército, y comenzando por los Lacetanos. *Omnem oram*, agregó al imperio Romano toda la costa. *Inde*, despues habiéndose ganado fama de piadoso. *Mediterraneis*, en los pueblos de lo interior. *Valuit*, extendió su poder hasta los pueblos mas bárbaros. *Societas armorum*, sino que los hizo aliados por la guerra. *Anno*, Anon, que no ignoraba esto, tenia el mando cerca del Ebro. *Priusquam*, antes de perderlo todo. *Nec*, ni aquella batalla fué de mucha cuenta. *Quippe qui*, como quien sabia. *Castra*, porque no solo le tomó el campamento...

Lacetanis, pueblos en la comarca de Aragon y Cataluña.

Scissis, no se encuentra semejante nombre en la Geografia antigua ni moderna, como tampoco. *Stissum* ó *Scissum*, co-

tur: ceterùm præda oppidi parvi pretii rerum fuit, supellex barbarica, ac vilium mancipiorum. Castra militem ditavere, non ejus modò exercitûs, qui victus erat, sed & ejus, qui cum Annibale in Italia militabat, omnibus ferè caris rebus, ne gravia impedimenta ferentibus essent, citra Pyrenæum relictis. Priùs quàm certa hujus cladis fama accideret, transgressus Iberum Asdrubal cum octo millibus peditum, mille equitibus, tamquam ad primum adventum Romanorum occursurus, postquam perditas res amissaque castra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios, vagos palantesque per agros (quod ferme fit, ut secundæ res negligentiam creent) equite passim dimisso, cum magna cæde, majore fugâ ad naves compellit: nec diutius circa ea loca morari ausus, ne à Scipione opprimeretur, trans Iberum sese recepit. Et Scipio raptim ad famam novorum hostium agmine accito, cùm in paucos præfectos navium animadvertisset, præsidio Tarracone modico relicto, Emporias cùm classe rediit. Vixdum digresso eo, Asdrubal aderat: & Ilergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso, cum eorum ipsorum juventute agros fidelium Romanis sociorum vastat. Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cùm infesto exercitu invasisset, compulsis omnibus, Athanagiam urbem, quæ

Supellex, los muebles eran como de gente bárbara y de viles esclavos. *Castra*, enriqueciéronse los soldados con la presa de los reales, que no solo eran los bienes del exército vencido. *Priusquam*, ántes de tener Asdrubal noticia cierta de esta pérdida. *Vagos, palantesque*, derramados y esparcidos. *Quod ferme*, como comunmente acaece engendrar descuido las prosperidades. *Dimisso*, habiendo destacado por varias partes la caballería. *Raptim*, moviendo prontamente su exército á la fama de los enemigos. *Animadvertisset*, habiendo castigado. *Excito*, habiendo salido Escipion de los quarteles de invierno, se retiro del campo que está de esta parte del Ebro...

---

mo quieren otros, ni *Cissam*, como la llama Polibio. Por ventura estará corrompida la palabra en lugar de *Setelsis*, y de este modo parece ser Guisona.

Ilergetum, pueblos del territorio de Lérida.

Athanagiam, pueblo junto á Lérida.

caput ejus populi erat, circumsedit: intraque dies paucos pluribus quàm ante obsidibus imperatis, Ilergetes pecuniâ etiam multatos in jus ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum, socios & ipsos Pœnorum, procedit: atque urbe eorum obsessâ, Lacetanos auxilium finitimis ferentes, nocte haud procul jam urbe, cùm intrare vellent, excepit insidiis. Cæsa ad duodecim millia; exuti pene omnes armis, domos passim palantes per agros, diffugere: nec obsessos alia ulla res, quàm iniqua oppugnantibus hyems, tutabatur. Triginta dies obsidio fuit: per quos raró umquam nix minùs quatuor pedes alta jacuit, adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit. Postremò cùm Amusitus princeps eorum ad Asdrubalem profugisset, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum est.

XXVI. Romæ autem & circa urbem multa eâ hyeme prodigia facta: aut (quod evenire solet motis semel in religionem animis) multa nunciata & temere credita sunt: in queis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse. Et foro boario bovem in tertiam contignationem suâ sponte scandisse, atque inde tumultu habitatorum territum sese dejecisse: & navium speciem de cœlo affulsisse: & ædem Spei, quæ in foro olitorio est, fulmine ictam: & Lanuvii hastam se commovisse: & corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse: & in agro Amiternino

---

Intraque, y habiéndolos mandado presentar en el término de pocos dias mas rehenes que ántes. *In jus*, los admitió baxo su dominio é imperio. *Exuti*, casi todos despojados de las armas. *Quàm iniqua*, que la estacion del invierno contraria para el bloqueo. *Pluteos*, los cobertizos y manteletes. *Ut ea*, que ella sola los defendió de los fuegos que arrojaron algunas veces los enemigos. *Pacti*, habiendo capitulado pagar.

XXVI. *Quod evenire*, como acaece quando los ánimos llegan á estar movidos de temor religioso. *In queis*, uno de los quales era que un niño noble, que aun no sabia hablar, pidió á voces el triunfo en la plaza de las hortalizas; y que en la de los bueyes uno de ellos de su misma naturaleza subió hasta el piso tercero de una casa; y que espantado con el ruido de los habitantes, se arrojó desde allí...

Ausetanos, hoy Obispado de Vique y Gerona.

Amiternino, Territorio de San Victorino.

Pulvinario, en su mismo estrado. Como si dixéramos aho-

multis locis hominum species procul candidâ veste visas, nec tamen cum ullo congressos: & in Piceno lapidibus pluisse: & in Cære sortes extenuatas: & in Gallia lupum vigili gladium è vagina raptum abstulisse. Ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi: quod autem lapidibus pluisset in Piceno, novemdiale sacrum edictum: & subinde aliis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primùm omnium urbs lustrata est: hostiæque majores, quibus edictum est, diis cæsæ: & donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium Junoni portatum est, & signum æneum matronæ Junoni in Aventino dedicaverunt: & lectisternium Cære, ubi sortes extenuatæ erant, imperatum: & supplicatio Fortunæ in Algido: Romæ quoque & lectisternium Juventæ, & supplicatio ad ædem Herculis, nominatim deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta: & Genio majores hostiæ cæsæ quinque: & C. Atilius Serranus prætor vota suscipere jussus, si in decem annos resp. eodem stetisset statu. Hæc procurata votaque ex libris Sibyllinis magna ex parte levaverant animos religione.

XXVII. Consulum designatorum alter Flaminius, cui eæ legiones, quæ Placentiæ hibernabant, sorte evenerant, edictum & literas ad consulem misit, ut is exer-

---

Piceno, y que en la marca de Ancona llovieron piedras. *Adire*, registrar los libros de las Sibilas. *Novemdiale*, se intimó sacrificio por nueve dias. *Et subinde*, y para expiar los otros, contribuyó casi toda la ciudad. *Jam primùm*, y ante todas cosas se purificó con rogativas la ciudad. *Hostiæque*, y ofreciéronse víctimas de animales grandes á los dioses que nombraron los Decenviros. *Cære*, y en Cervetere se intimaron rogativas. (Véase arriba la nota *Pulvinario.*) *Et supplicatio*, y asimismo se hicieron rogativas en Algido á la diosa Fortuna. *Juventæ*, diosa protectora de la juventud. *Nominatim*, y se intimó á todo el pueblo una rogativa general á todos los dioses. *Genio*, dios Genio, (protector de la naturaleza de cada uno.) *Religione*, del miedo.

---

ra las andas de alguna efigie: alude á la costumbre de poner en los templos varios lechos ó estrados, y á los dioses sobre ellos, quando les hacian rogativas. Esto se llamaba *Lectisternium.*

Cære, y que en Cervetere se disminuyeron las suertes. Quando las cosas aparecian mas corpulentas de lo que es su naturaleza, lo tomaban por buen agüero; y lo contrario por infausto.

citus idibus Martiis Arimini adesset in castris. Huic in provincia consulatum inire consilium erat, memori veterum certaminum cum patribus, quæ tribunus plebis, & quæ postea consul, priùs de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat, invisus etiam senatui ob novam legem, quam iniquè Q. Claudius tribunus pl. adversùs senatum, uno patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat: ne quis senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam navem, quæ plusquam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæstus omnis patribus indecorus visus est. Res per summam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, favorem apud plebem, alterumque inde consulatum peperit. Ob hæc ratus auspiciis ementiendis, Latinarumque feriarum morâ, & consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere, privatus clam in provinciam abiit. Ea res ubi palam facta est novam insuper iram infestis jam ante patribus movit. *Non cum senatu modò, sed cum diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere. Consulem ante inauspicato factum, revocantibus ex ipsa acie diis atque hominibus non paruisse: & nunc, conscien-*

XXVII. *Arimini*, Rimini, (ciudad de la Umbría.) *Huic*, tenia éste resuelto dar principio á su consulado en su gobierno, (esto es en el exército.) *Qui abrogabatur*, que le querian quitar. *Uno patrum*, siendo C. Flaminio el único de los senadores, que le favorecia. *Id satis*, pues esto bastaba para conducir los frutos de los campos. (Estos frutos los conducian en barcos por el Tiber.) *Res per*, habiendo sobre el caso muchísimos debates. *Ob hæc*, sospechando por esto, que fingiendo agüeros que no habia, pretextando las fiestas latinas y otras ceremonias consulares le detendrian en Roma. *Privatus*, en trage de particular fué á mandar el exército. *Inauspicato*, sin los auspicios ó ceremonias correspondientes. *Spretorum*, estimulado de la conciencia, por haber despreciado á los dioses, habia huido del Capitolio, y rehusado hacer los votos solemnes; el ir al templo de Júpiter óptimo en el dia que comenzó su empleo; el ver y consultar al senado, lo que era señal que le aborrecia y era aborrecido de él, &c...

Quæstus, este era el fin de la ley de Claudio, impedir á los senadores el comercio como cosa indecorosa.

Latinarum, los Cónsules en las ferias latinas debian sacrificar en el monte Albano juntamente con los aliados latinos á Júpiter Lacial, ó protector del Lacio.

tiâ spretorum, & Capitolium & solemnem votorum nuncupationem fugisse; ne die initi magistratus Jovis Opt. Max. templum adiret; ne senatum, invisus ipse, & sibi uni invisum videret, consuleretquè; ne Latinas indiceret, Jovique Latiali solemne sacrum in monte Albano faceret; ne auspicatò profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde ad provinciam iret: lixæ modo sine insignibus, sine lictoribus profectum clam, furtim, haud aliter, quam si exilii causâ solum vertisset: magis pro majestate videlicet imperii Arimini, quàm Romæ, magistratum initurum: & in diversorio hospitali, quàm apud penates suos, prætextam sumturum. Revocandum universi, retrahendumque censuerunt: & cogendum omnibus priùs præsentem in deos hominesque fungi officiis, quàm ad exercitum, & in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antistius profecti nihilo magis eum movere, quàm priori consulatu literæ moverant à senatu missæ. Paucos post dies magistratum iniit: inmolantique ei vitulus jam ictus è manibus sacrificantium sese cùm proripuisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam major apud ignaros quid trepidaretur, & concursatio fuit. Id à plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio, prioris anni consule, duabus à C. Atilio prætore acceptis, in Etruriam jam per Apennini tramites exercitus duci est cœptus.

Latinas, intimar las Ferias latinas. *Ne auspicato*, y no ir con vestidura de general, y con Lictores á su gobierno, habiendo cumplido antes con los agüeros y votos solemnes en el Capitolio. *Lixæ modo*, sino que salió de Roma como un vivandero de exército sin insignias, &c. como si fuera desterrado. *Videlicet*, pareciendo conciliar mayor autoridad á su mando, si comenzaba su consulado en Rimini que en Roma, y si se vistiese la pretexta, hospedado en un meson antes que en su patria. *Revocandum*, que se le debia llamar y hacer venir. *Fungi*, á cumplir con lo que debia á los hombres, &c. *Iniit*, dió principio á, &c. *Immolantique*, y habiéndose escapado, quando sacrificaba, un becerro ya herido, de las manos de los que le ofrecian. *Fuga... procul... et concursatio*, mayor fue la huida y atropellamiento de los que estando apartados ignoraban la causa de aquel miedo.

LIBER II.

I. Jam ver appetebat, cùm Annibal ex hibernis movit, & nequidquam ante conatus transcendere Apenninum, intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse, premique utriusque partis exercitum hibernis viderunt, verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petitusque sæpe principum insidiis, ipsorumque inter se fraude, eâdem levitate, quâ consenserant, consensum indicantium, servatus erat: & mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterùm hic quoque ei timor causa fuit maturiùs movendi ex hibernis.

II. Per idem tempus Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi cùm de rep. retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est. Duos se consules creasse; unum habere: quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse? Magistratus id à domo publicis privatisque penatibus, Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi: nec sine auspiciis profectum, in externo ea solo nova atque integra

---

I. *Jam ver*, ya asomaba la primavera, quando Anibal salió de los quarteles de invierno. *Sedem*, que sus tierras eran el teatro de la guerra. *Verterunt*, el odio que á los Romanos tenian, lo mudaron contra Anibal, á quien muchas veces armaron celadas los principales; pero haciéndose traicion los unos á los otros, la misma inconstancia con que se conspiraron, descubrió el secreto y convenio. *Errore*, por el engaño que los Franceses padecieron se libró Anibal.

II. *Duos*, decian que habian nombrado dos cónsules, y no tenian mas que uno; porque ¿qué justo mando tenia Flaminio, ó con qué buenos agüeros le habia tomado? *Magistratus*, pues los Magistrados llevaban consigo todo esto, quando salian de la patria, despues de consultados los Dioses en publico y en particular, &c. *Nec privatum*, que ni los auspicios siguen á uno que marchó como particular; ni, habiendo salido con mal agüero, los podia hacer de nuevo en pais extraño...

concipere posse. Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti, scipionem, quem manu tenuerat, arsisse: & litora crebris ignibus fulsisse: & scuta duo sanguinem sudasse, & milites quosdam ictos fulminibus: & solis orbem minui visum: & Præneste ardentes lapides cœlo cecidisse: & Arpis palmas in cœlo visas, pugnantemque cum luna solem: & Capenæ duas interdiù lunas ortas; & aquas Cæretes sanguine mistas fluxisse, fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis: & in Antii agro metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: & Faleriis cœlum findi visum velut magno hiatu: quàque patuerit, ingens lumen effulsisse: sortes suâ sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: *Mavors telum suum concutit*. Et per idem tempus Romæ signum Martis Appiâ viâ ad simulacra luporum sudasse: & Capuæ speciem cœli ardentis fuisse, lunæque inter imbrem candentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: capras lanatas quibusdam factas, & gallinam in marem, gallum in fœminam sese vertisse. His, sicut erant nunciata, expositis, auctoribusque in curiam introductis, consul de religione patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia partim majoribus hostiis, partim lactentibus procurarentur: & uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cetera, cùm decemviri libros inspexissent, ut ita

---

Circumeunti, que á un soldado de caballería, que andaba en el muro celando las centinelas, le despidió llamas el baston, que &c. *Orbem solis*, el disco solar. *Et in Antii*, y que á los segadores de Ancio les cayeron en los cestos las espigas salpicadas de sangre. *Findi*, abrirse el cielo con una grande boca; y que por la abertura apareció una llamarada. *Inde*, despues creyeron otras señales, que no merecen referirse, quales son, que unas cabras aparecieron con lana en algunos lugares, que una gallina se convirtió en gallo, y un gallo en gallina. *Et uti*, y que se hiciesen rogativas á todos los dioses por tres dias...

Concipere vota, lo mismo que *facere*.

Præneste, Palestrina, ciudad del Lacio.

Cæretes, (lo mismo que *Cære*) Cervetere, hoy aguas de Stigliano.

Mavors (*Epentesis* en vez de *Mars*.) Marte esgrime su espada.

Majoribus, victimas crecidas *en contraposicion de los animales, que aun mamaban*, *lactentibus*.

fierent, quemadmodum cordi esse Divi carminibus præfarentur. Decemvirorum monitu decretum est, Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret: Junoni, Minervæque ex argento daretur: & Junoni reginæ in Aventino, Junonique Sospitæ Lanuvii majoribus hostiis sacrificaretur: matronæque, pecuniâ collatâ, quantum conferre cuique commodum esset, donum Junoni reginæ in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret: quin ut libertinæ & ipsæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hæc ubi facta, decemviri Ardeæ in foro majoribus hostiis sacrificarunt. Postremò Decembri jam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (& eum lectum senatores straverunt) & convivium publicum, ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus.

III. Dum consul placandis Romæ diis, habendoque delectu dat operam, Annibal profectus ex hibernis, quia jam Flaminium consulem Arretium pervenisse fama erat; cùm aliud longius, ceterum commodius, ostenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, quà fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat. Hispanos, & Afros, & omne quod veterani erat robur exercitûs, admistis ipsorum impedimentis, necubi consistere coactis

---

Quemadmodum, conforme los dioses declarasen por los versos *Sybilinos* era de su agrado. *Donum*, que la primera oferta fuese un rayo de oro del peso de cincuenta libras. *Sospitæ*, conservadora. *Majoribus*, con víctimas de animales crecidos. *Pecuniâ collatâ*, contribuyendo segun sus posibles cada matrona. *Lectisternium*, y que se le pusiese en su estrado al público. (Esto es, se le hiciese rogativa.) *Quin ut*, que aun hasta las mugeres de los libertos. *Feroniæ*, Proserpina segun algunos. *Clamatum*, se celebraron. *Et eum lectum*, y este estrado lo pusieron á su costa los senadores; esto es, costearon estas rogativas.

III. *Habendoque*, y en hacer levas. *Cum aliud*, habiendo otro camino mas largo, pero mejor. *Petit*, toma el camino mas corto por una laguna, que habia formado el rio Arno, que creció aquellos dias mas de lo acostumbrado. *Necubi*, para que en ninguna parte les faltase lo necesario, si se veían obligados á hacer alto.

Saturnalia, estas fiestas de Saturno se celebraban por siete ó cinco dias, y comenzaban el 17. de Diciembre con gritería y mil desórdenes, con regocijo, banquetes y comilonas: en ellas se enviaban sus aguinaldos, ó regalos; y aun los amos servian á los esclavos á la mesa.

necessaria ad usus deessent, primos ire jussit, sequi Gallos, ut id agminis medium esset, novissimos ire equites: Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maximè Gallos, si tædio laboris longæque viæ (ut est mollis ad talia gens) dilaberentur aut subsisterent, cohibentem. Primi quà modò præirent duces, per præaltas fluvii ac profundas voragines hausti pene limo, immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant: aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa ægrè trahentes membra: alii, ubi semel victis tædio animis procubuissent, inter jumenta & ipsa jacentia passim morientes: maximèque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres noctes toleratæ. Cùm, omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant: jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi, tantùm, quod exstaret aquà, quærentibus, ad quietem parvi temporis necessarium cubile dabant. Ipse Annibal æger oculis ex verna primùm intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus superfuerat, quod altiùs ab aqua exstaret, vectus; vigiliis tandem & nocturno humore, palustrique cœlo gravante caput, & quia medendi nec locus nec tempus erat,

---

Cogere agmen, que cerrase la retaguardia. *Ut est*, segun lo afeminada que es esta nacion para tales fatigas. *Dilaberentur*, desertasen. *Cohibentem*, conteniendo. *Primi*, por donde iban delante las primeras guias, atollados casi en el cieno por los sumideros hondos y profundos del rio, aunque se sumergian, &c. *Signa*, las banderas. *Sustinere*, ni podian dexar de caer, ni levantarse de los remolinos. *Aut corpora*, el ánimo sostenia los cuerpos, ó la esperanza al ánimo. *Ægre*, llevaban sus cuerpos cansados con dificultad. *Ubi semel*, otros caidos una vez vencidos sus ánimos del cansancio. *Inter jumenta*, entre los caballos, que á cada paso estaban caidos. *Maximeque*, lo que mas les consumia, era el no haber dormido en quatro dias, y tres noches. *Omnia*, estando todo cubierto de agua. *Tantùm*, buscando tan solamente el poder descansar sin tocar al agua. *Parvi temporis*, les servian de cama para dormir un poco de tiempo. *Æger*, enfermo de los ojos por la intemperie de la primavera, que alternaba en calor y en frio. *Quod* (por *ut*) *altius*, para no tocar en el agua. *Vectus*, caballero en un elefante. *Vigiliis tandem*, por último con no dormir, con la humedad de la noche, y el ayre de la laguna, que le cargó la cabeza, y ademas de esto, porque no tenia lugar, ni tiempo de medicinarse, perdió un ojo...

altero oculo capitur. Multis hominibus jumentisque fœdè amissis, cùm tandem de paludibus emersisset, ubi primùm in sicco potuit, castra locat: certumque per præmissos exploratores habuit, exercitum Romanum circa Arretii mœnia esse: consulis deinde consilia atque animum, & situm regionum, itineraque & copias atque commeatus expediendos, & cetera, quæ cognosse in rem erant, summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris & omnium copiâ rerum opulenti.

IV. Consul ferox ab consulatu priore, & non modò legum, aut patrum majestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat. Hanc insitam ingenio ejus temeritatem fortuna prospero civilibus bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præpropere acturum: quòque pronior esset in vitia sua, agitare eum atque irritare Pœnus parat, & lævâ relicto hoste, Fæsulas petens, Etruriæ agros prædatum profectus, quantam maximam vastitatem potest, cædibus incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat; tum verò, postcaquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique vidit, suum id dedecus ratus, per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa Romana mœnia ire oppugnanda, ceteris omnibus in concilio salutaria magis quàm speciosa suadentibus, collegam exspectandum, ut conjunctis exercitibus communi animo consilioque rem gere-

Commeatus, la provision de víveres. *Quæ cognosse*, que importaba el saberlas. *Syncopa*. *Summa*, procuraba inquirirlo todo con sumó cuidado.

IV. *Ferox*. arrogante desde. *Metuens*, que ni tenia respeto. *Insitam ingenio ejus*, que le era natural, la aumentó la fortuna con la prosperidad, &c. *Apparebat*, se conocia bastante, que quien no consultaba, ni á Dioses, ni á hombres, en todo procederia con arrogancia y precipitacion. *Quòque*, y para que mas se precipitase en su temeridad. *Prædatum*, al pillage. *Quantam*, hizo á la vista del cónsul, que estaba lexos, las mayores asolaciones, que pudo, con muertes é incendios. *Qui ne*, que no habia de estar quieto aun estándolo el enemigo. *Ferri*, eran conducidas y llevadas, &c. *Ratus*, teniendo por deshonor suyo (*id* no se traduce) el que Anibal anduviese libremente, &c. *Ceteris*, aconsejándole los demas en la junta, mas lo que le convenia, que lo que le fuese gustoso al paladar.

rent; interim equitatu auxiliisque levium armorum ab effusa prædandi licentia hostem cohibendum; iratus se ex concilio proripuit, signumque simul itineris pugnæque proposuit. *Quinimmo Arretii ante mœnia sedeamus*, inquit: *hîc enim patria & penates sunt: Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, vastandoque & urendo omnia, ad Romana mœnia perveniat: nec ante nos hinc moverimus, quàm sicut olim Camillum ab Vejis, C. Flaminium ab Arretio patres acciverint.* Hæc simul increpans, cùm ociùs signa convelli juberet, & ipse in equum insiluisset, equus repentè corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nunciatur, signum omni vi moliente signifero convelli nequire. Conversus ad nuncium, *num literas quoque*, inquit, *ab senatu affers, quæ me rem gerere vetent? abi, nuncia, signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.* Incedere inde agmen cœpit: primoribus, super quàm quòd discesserant à concilio, territis etiam duplici prodigio: milite in vulgus læto ferociâ ducis, cùm spem magis ipsam, quàm causam spei, intueretur. Annibal, quod agri est inter Cortonam urbem, Trasymenumque lacum omni clade belli pervastat, quò magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerant ad loca insidiis nata, ubi maximè montes Cortonenses Trasymenus subit. Via tantum interest perangusta, velut ad ipsum de industria relicto

---

Ab effusa, que debia contener á Anibal en su excesiva licencia de robar. *Iratus*, salió hecho una ascua de la junta. *Quinimmo*, antes bien estémonos quietos. *Perpopuletur*, asuele la Italia escapado de nuestras manos. *Acciverint*, hasta que llamen. *Ocius*, arrancar prontamente las banderas. *Effudit*, le despidió dexandole caer por encima, &c. *Velut*, como que era mal pronóstico para comenzar. *Signum*, que el alférez no podia con toda su fuerza arrancar del suelo la bandera. *Gerere*, dar la batalla. *Obtorpuerint*, se hubieren entorpecido. *Primoribus*, asustada la oficialidad con el doble prodigio mas de lo que habian salido ya. *Milite*, alegrándose el comun de los soldados por la arrogancia del general. *Acuat*, para aumentar mas la ira del enemigo, y moverle. *Nata*, acomodados para celadas, donde principalmente el lago cae debaxo de los montes de Cortona. *Interest*, en medio hay solamente un camino muy angosto...

Trasymenus, lago de Perusa.

spatio: deinde paullo latior patescit campus; inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modò, Hispanisque consideret. Baleares, ceteramque levem armaturam post montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltûs, tumulis aptè tegentibus, ut ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius cùm pridie solis occasu ad lacum pervenisset inexplorato, postero die vixdum satis certâ luce angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit: id tantùm hostium, quod ex adverso erat, aspexit: â tergo, ac super caput decepere insidiæ. Pœnus ubi, id quod petierat, clausum lacu montibusque, & circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat invadendi. Qui ubi quà cuique proximum fuit, decurrere; eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quòd orta ex lacu nebula campo quàm montibus densior sederat: agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter se satis conspecta, eòque magis pariter decurrerunt. Romanus, clamore priùs undique orto, quàm satìs cerneret, se circumventum esse sensit: & ante in frontem lateraque pugnari cœptum est, quàm satis instrueretur acies, aut expediri arma, stringique gladii possent. Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in trepida re, impavidus, turbatos ordines, vertentesque se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur: & quàcumque potest, adhortatur, ac stare & pugnare jubet. *Nec enim inde votis, aut*

Deinde, despues se descubre un campo algo mas ancho; y luego se levantan unos collados. *Equites*, coloca la caballería en la entrada de aquel monte, oculta con las alturas. *Inexplorato*, sin registrar el lugar. *Superatis*, habiendo pasado el estrecho, siendo apenas dia claro. *Pandi*, á desplegarse. *Id tantùm*, no vió mas enemigos que los de enfrente, pero no advirtió los emboscados, que estaban al lado, y sobre sí. *Qua cuique*, por donde cada qual halló salida mas pronta. *Eò magis*, cogió esto á los Romanos mas de repente é improviso, porque la niebla levantada de la laguna era mas espesa en lo llano que, &c. *Prius... quam...*, antes que lo advirtiese bastante, se vió cercado. *Stringique*, desembaynar. *Perculsis*, llenos todos de temor, y conservando el cónsul bastante serenidad, para lo que el caso pedia. *Vertentesque*, y que se volvian á oir la gritería desentonada. *Et quacumque*, y donde quiera que él podia acudir, y entenderse sus ordenes. *Votis*, con ofertas y súplicas á los Dioses...

imploratione deûm, sed vi ac virtute evadendum esse: per medias acies ferro viam fieri: et quò timoris minus sit, eò minus ferme periculi esse. Ceterùm præ strepitu ac tumultu, nec consilium nec imperium accipi poterat: tantumque aberat, ut sua signa, atque ordinem, & locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus: opprimerenturque quidam onerati magis his, quàm tecti: & erat in tanta caligine major usus aurium quàm oculorum. Ad gemitus vulnerum, ictusque corporum aut armorum, & mistos strepentium paventiumque clamores, circumferebant ora oculosque. Alii fugientes, pugnantium globo illati hærebant: alios redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen. Deinde ubi in omnes partes nequidquam impetus facti, & ab lateribus montes ac lacus; à fronte & à tergo hostium acies claudebat; apparuitque nullam, nisi in dextera ferroque, salutis spem esse; tum sibi unusquisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam, & nova de integro pugna exorta est: non illa ordinata per principes hastatosque, ac triarios, nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies, nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset: sors conglobabat, & animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dabat: tantusque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum terræ motum, qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, avertit-

---

Nec consilium, ni él podia resolver, ni los soldados oir sus órdenes. *Competeret*, les bastaba el ánimo. *Onerati*, agoviados mas que defendidos con las armas; y era tan espesa la niebla, que mas se gobernaban por el oido, que por la vista. *Circumferebant*, volvian el rostro y la vista al rededor para oir los gemidos. &c. *Pugnantium*, quedaban atascados en el monton de los que peleaban. *Dextera*, en el valor, y en la espada. (*Metonymia.*) *Tum sibi*, entonces sirviéndose cada uno á sí mismo de capitan, y guia para pelear. *Non illa ordinata*, no ordenada de manera que guardasen su lugar los granaderos, los de lanza, y los triarios. *Antesignanus*, ni de suerte que el alférez guardase su puesto delante de las banderas. *Sors*, la suerte los amontonaba, y el ánimo daba á cada uno la formacion para pelear, ya antes, ya despues. *Intentus*, estuvieron tan embebidos en pelear que, &c. *Avertitque*, sacó de su precipitada corriente á los rios, y con estos mezcló las aguas del mar.

Triarios, estos ocupaban la retaguardia del exército, y servian para los mayores apuros. De aquí viene la elegante frase alusiva: *Res ad triarios venit*, apurado anda el negocio.

que cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit; montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit. Tres ferme horas pugnatum est, & ubique atrociter: circa consulem tamen acrior infestiorque pugna erat. Eum & robora virorum sequebantur, & ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem: insignisque armis & hostem summâ vi petebat, & tuebatur suos cives: donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie noscitans, *Consul*, inquit, *hic est*, popularibus suis, *qui legiones nostras cæcidit, agrosque & urbem est depopulatus: jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœdè civium dabo.* Subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit: obtruncatoque priùs armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lanceâ transfixit. Spoliare cupientem triarii objectis clypeis arcuere. Magnæ partis fuga inde primùm cœpit: & jam nec lacus nec montes obstabant pavori. Per omnia arcta præruptaque, veluti cæci, evadunt: armaque & viri super alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possent, sese immergunt. Fuere, quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit, quæ ubi immensa, ac sine spe erat, aut deficientibus animis, hauriebantur gurgitibus, aut, ubi nequidquam festinaverant, retro ægerrimè terram repetebant; atque ibi ab ingressis aquam

---

Proruit, y derribó los montes con gran estallido. (Aquí el verbo no es neutro.) *Laborare*, que los suyos se hallaban en riesgo, los socorria con denuedo. *Insignisque*, visible; distinguido entre todos por sus armas. *Noscitans*, que le conocia de vista. *Jam ego*, ya ofreceré yo esta víctima á las almas de tantos ciudadanos tan cruelmente, &c. *Subditis*, y dando espuelas. *Per confertissimam*, por donde estaban mas apiñados. *Armigero*, escudero. *Objectis*, poniendo delante. *Obstabant*, su miedo no les ponia ya embarazo para huir por la laguna, &c. *Arcta, præruptaque*, por lugares estrechos y quebrados. *Quoad*, dexando sobre el agua cabeza y hombros, se sumergen. *Fuere*, y hubo algunos á quienes el inconsiderado temor les obligó á huir nadando. *Quæ*, pero huyendo sin fin, y sin esperanza alguna. *Hauriebantur*, se ahogaban. *Aut ubi nequidquam*, ó si se habian adelantado, nadando, aunque en vano, volvian atrás con muchísima dificultad á buscar la tierra; y allí, &c...

Ducario, se llamaba Ducario. de Sintaxis en semejantes modos
Nótense aquí los tres géneros de hablar.

hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione impigrè factâ, ignari omnium, quæ post se agerentur, ex saltu evasere: & cùm in tumulo quodam constitissent, clamorem modò, ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnæ esset, neque scire nec prospicere præ caligine poterant. Inclinatâ denique re, cùm calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem: tum liquidâ jam luce montes campique perditas res, stratamque ostendere fœdè Romanam aciem. Itaque ne in conspectos procul immitteretur eques, sublatis raptim signis, quàm citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt. Postero die, cùm super cetera extrema fames etiam instaret; fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt; quæ Punicâ religione servata fides ab Annibale est, atque in vincula omnes conjecti. Hæc est nobilis ad Trasymenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt: decem millia sparsa fugâ per omnem Etruriam, diversis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hostium in acie, multi postea utrinque ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrinque facta traditur ab aliis. Ego, præterquam quòd nihil haustum ex vano velim, quò nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui. Annibal, captivorum, qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cùm sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus, funeris causâ magna cum cura inquisitum, non invenit.

Denique, finalmente, vendo de capa caida la batalla. *Calescente*, como la niebla disipada con el calor del sol hubiese descubierto el dia; entonces viendose ya claro, &c. *Quam citatissimo*, echaron á huir a rienda suelta. *Dante*, dándoles palabra. *Quæ punica*, la qual palabra guardo Anibal con lealtad Africana, (esto es, la quebrantó.) *Hæc*, esta es la famosa batalla dada junto al lago de Perusa. *Multiplex*, otros cuentan de muchos modos la pérdida de ambas partes. *Ego*, yo ademas de que no gusto decir nada sin fundamento, he seguido sobre todo la autoridad de Fabio, que vivió en tiempo de esta guerra, adoptada comunmente por los escritores. *Sine pretio*, sin rescate, de valde. *Funeris causa*, para enterrarle.

V. Romæ ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur: & cùm frequentis concionis modo turba in comitium & curiam versa magistratus vocaret; tandem haud multò ante solis occasum M. Pomponius prætor, *Pugnâ*, inquit *magnâ victi sumus*: & quamquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, *consulem cum magna parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fugâ passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste.* Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispartiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quæ cujusque suorum fortuna esset: nec quisquam satis certum habet, quid aut speret aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus ad portas major prope mulierum quàm virorum multitudo stetit, aut suorum aliquem aut nuncios de his opperiens: circumfundebanturque obviis sciscitantes: neque avelli utique à notis, priùsquàm ordine omnia inquisiissent, poterant. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut læta aut tristia nunciabantur: gratulantesque aut consolantes redeuntibus domo circumfusos. Feminarum præcipuè & gaudia insignia erant, & luctus. Unam in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu ejus exspirasse ferunt. Alteram, cui mors filii falsò nunciata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto usque ad occi-

---

V. *Vagæ*, discurriendo por las calles, preguntan á los que encontraban, qué desastre repentino era aquel, cuya noticia habia venido, &c. *Frequentis*, á manera de una junta numerosa. *Alius ab*, recibiendo unos de otros las noticias, las cuentan en sus casas. *Quot*, quántos habian sido los desastres del exército vencido, tantos eran los cuidados que ocupaban los ánimos de los que tenian parientes en el exército de Flaminio. *Opperiens*, aguardando ó á algunos de los suyos, ó noticias de ellos. *Circumfundebanturque*, rodeaban á los que encontraban, para preguntarlos. *Insignia*, se señalaban, ya en el gozo, ya en el llanto. *Unam*, de una cuentan, que encontrando en la misma puerta á su hijo salvo, cayó muerta á su vista. *Exanimatam*, murió del excesivo gozo...

dentem solem in curia retinent, consultantes, quonam duce aut quibus copiis resisti victoribus Pœnis posset.

VI. Priusquàm satis certa consilia essent, repens alia nunciatur clades: quatuor millia equitum cum C. Centenio proprætore missa ad collegam à Servilio consule in Umbria, quò post pugnam ad Trasymenum auditam averterant iter, ab Annibale circumventa. Ejus rei fama variè homines affecit: pars, occupatis majore ægritudine animis, levem ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam: pars non id, quod acciderat, per se æstimare; sed ut in affecto corpore quamvis levis causa, magis quàm valido, gravior sentitur: ita tum ægræ & affectæ civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quæ nihil, quod aggravaret, pati possent, æstimandum esse. Itaque ad remedium jamdiu neque desideratum, neque adhibitum, dictatorem dicendum, civitas confugit. Et quia & consul aberat, à quo uno dici posse videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facilè erat, aut nuncium aut literas mitti; nec dictatorem populus creare poterat; quod numquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & magistrum equitum M. Minutium Rufum: hisque negotium ab senatu datum, ut muros turresque urbis firmarent, & præsidia disponerent, quibus locis videretur, pontesque rescinderent fluminum: cum Pœnis pro Urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequivissent. Annibal interim recto itinere per Umbriam usque ad Spoletum venit. Inde cùm perpopulato agro urbem op-

---

VI. *Priusquàm*, aun no se resolvieron en lo que convendria hacer, quando de repente vino la nueva de otra calamidad. *Ejus rei*, esta noticia causó diversos afectos en los ciudadanos. *Occupatis*, por hallarse poseidos sus ánimos de mayor cuidado. *Pars*, otros no sentian este suceso mirado en sí mismo, sino que á la manera que en el cuerpo enfermo una dolencia, aunque leve, hace mas mella, que otra mas grave en un cuerpo robusto; así qualquiera desgracia, que sobreviniese á la ciudad enferma y débil, no tanto le era sensible por ser grande aquella desgracia, quanto porque ya no tenia fuerzas para sufrir mas. *Itaque*, por donde la ciudad recurrio al remedio que por mucho tiempo, ni habia necesitado, ni usado, qual era nombrar dictador. *Prodictatorem*, vicedictador. *Magistrum equitum*, comandante de caballeria. *Rescinderent*, que cortasen. *Pro urbe*, por la defensa de Roma...

pugnare adortus esset, cum magna cæde suorum repulsus, conjectans ex unius coloniæ haud nimis prosperè tentatæ viribus, quanta moles Romanæ urbis esset, in agrum Picenum avertit iter, non copiâ solùm omnis generis frugum abundantem, sed refertum prædâ, quam effusè avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot stativa habita: refectusque miles hibernis itineribus ac palustri viâ, prælioque magis ad eventum secundo, quàm levi aut facili affectus. Ubi satis quieti datum, prædâ ac populationibus magis, quàm otio aut requie gaudentibus, profectus Prætutianum Adrianumque agrum, Marsos inde Marrucinosque, & Pelignos devastat, circaque Arpos & Luceriam, proximam Apuliæ regionem.

VII. Cn. Servilius consul, levibus præliis cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitûsque cæde audivit: jam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum, quo die magistratum iniit, vocato senatu, ab Diis orsus, cùm edocuisset patres, plus negligentiâ cæremoniarum auspiciorumque, quàm temeritate atque inscitiâ peccatum à C. Flaminio consule esse: quæque piacula iræ Deûm essent, ipsos deos consulendos esse: pervicit, ut, quod non ferme decernitut, nisi cùm te-

---

Conjectans, conjeturando por las fuerzas de una sola colonia, que intentó combatir con suceso poco felíz, quánto sería el poder de Roma, torció el camino á la marca de Ancona. *Quam effuse*, sobre la que se echaron con mucha codicia, por estar necesitados. *Prælioque*, y cansado de la batalla, que aunque tuvo felíz suceso, fué reñida y sangrienta. *Prætutianum*, territorio de Terano y Atri. *Circaque*, y los contornos de Arpos.

VII. *Levibus*, habiendo tenido algunas escaramuzas con los Franceses. *Ignobili*, un pueblo pequeño. *Ab Diis*, habiendo dado principio por los sacrificios á los Dioses. *Peccatum*, que mas habia faltado por el desprecio de las ceremonias, y de los agüeros, que por inconsideracion é impericia. *Quæque*, y que se debia consultar á los Dioses, con qué sacrificios se les debia aplacar. *Pervicit*, logró el que se mandase á los *Decemviros* registrar los libros de las Sibylas. *Quod non*, lo que casi no se manda, sino quando se anunciau prodigios horribles...

Marsos, pueblos del Abruzo.
Marrucinos, los de Theate.
Piaculum, la culpa, y lo que sirve para aplacar á Dios, como aquí.

tra prodigia nunciata sunt, decemviri libros Sybillinos adire juberentur: qui, inspectis fatalibus libris, retulerunt patribus: *quod ejus belli causâ votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque ampliùs faciendum esse: & Jovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas esse, & supplicationem lectisterniumque habendum, & ver sacrum vovendum, si bellatum prosperè esset, resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset.* Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut maturè fiant, curare jubet. His senatûs consultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, consulente collegio pontificum, omnium primùm populum consulendum de vere sacro censet: injussu populi vovere non posse. Rogatus in hæc verba populus: *Velitis jubeatisne hoc sic fieri? si respublica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis, datum donum duit populus Romanus Quiritium, (quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quæque duella cùm Gallis sunt, qui cis Alpes sunt) quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino grege, quæque profana erunt, Jovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit: qui faciet quando volet, quâque lege volet, facito: quo modo faxit, probe factum esto. Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque scelus esto: si quis rumpet, occidetve insciens, ne fraus esto: si quis clepsit, ne popu-*

Inspectis, registrados estos fatales libros, dieron por respuesta á los Senadores. *Rite*, segun ceremonia. *Menti*, á la Diosa del acierto. *Ex suillo*, quanto produzca la primavera de cerdos, ovejas, cabras y animales profanos, se ofrezca á Júpiter. *Profana*, con tal que no esten ofrecidos á otro Dios. *Quo modo faxit*, de qualquier modo que lo haga, dése por bien hecho. *Fraus esto*, no se le impute á culpa. *Si quis clepsit* (*pro clepserit*) si alguno lo hurtare...

Ver sacrum, voto de la primavera. Este se reducia á que los Romanos en algun grande apuro prometian ofrecer todos los animales, que naciesen en sus casas. Pero siendo una crueldad atroz matar á sus hijos inocentes, quando eran crecidos, los cubrian con un velo, y los sacaban fuera de sus términos.

Velitis, quereis y mandais que se haga esto? Nótese en toda la fórmula el estilo particular por su antigüedad, el que se conservaba en semejantes ocasiones, como nuestras fórmulas forenses.

Duellis, esto es, *Bellis*.

Duit, Det. *Archaismo*.

lo scelus esto, neve cui cleptum erit: si atro die faxit inciens, probè factum esto: si nocte, sive luce, si servus sive liber faxit, probè factum esto: si ante id ea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, eo populus solutus, liber esto. Et ejusdem rei causâ ludi magni voti, æris trecentis triginta tribus millibus, triente: præterea bubus Jovi trecentis: multis aliis divis bubus albis, atque ceteris hostiis. Votis rite nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat cura. Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuere, Jovi & Junoni unum: alterum Neptuno & Minervæ: tertium Marti ac Veneri: quartum Apollini ac Dianæ: quintum Vulcano ac Vestæ: sextum Mercurio & Cereri. Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. dictator vovit: quia ita ex fatalibus libris edictum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset. Menti ædem Octacilius prætor vovit.

VIII. Ita rebus divinis peractis, tum de bello deque rep. dictator retulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse patres censerent. Decretum, ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet præterea ex civibus sociisque quantum equitum ac peditum videretur: cetera omnia ageret, faceretque, ut è republica duceret. Fabius duas legiones se adjecturum ad Servilianum exercitum dixit: his per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad con-

---

Æris, por el mismo motivo se hizo voto de celebrar juegos grandes cuyo coste ascendiese á trescientos treinta y tres mil ases y un triente. *Votis*, hechos estos votos segun el ceremonial, se intimaron rogativas, y acudieron á ellas. &c. *Quos in*, en cuyas haciendas redundaba tambien la pública calamidad. *Curatum*, se cuidó de poner á los Dioses al público en sus lechos, y los tuvieron por tres dias. *Sex pulvinaria*, seis estrados ó lechos. *Ædes*, se hizo voto de edificar templos. *Ericynæ*, venerada en el monte de San Julian de Sicilia.

VIII. *Ita*, cumplido así lo que miraba á la Religion. *Retulit*, dió cuenta del estado de la rèpública. *Scriberet*, alistase. *E republica*, segun juzgase conducente á la república. *Tibur*, señaló el dia, para que se juntasen en Tiboli...

Æris, era ceremonia expresar estos votos con números ternarios, el qual número tenian por sagrado *Numero Deus impare gaudet.* Virg.

veniendum edixit: edictoque proposito, ut quibus oppida castellaque immunita essent, in loca tuta commigrarent; ex agris quoque uti demigrarent omnes regionis ejus, quâ iturus Annibal esset, tectis priùs incensis, ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset: ipse viâ Flaminiâ profectus obviam consuli exercituique, cùm ad Tiberim circa Otriculum prospexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. Qui cùm dicto paruisset, congressusque eorum ingentem speciem dictaturæ apud cives sociosque vetustate jam prope oblitos ejus imperii, fecisset, litteræ ab urbe allatæ sunt, naves onerarias commeatum ab Ostia in Hispaniam ad exercitum portantes à classe Punicâ circa portum Cossanum captas esse. Itaque extemplo consul Ostiam proficisci jussus, navibus, quæ ad urbem Romanam, aut Ostiæ essent, completis milite ac navalibus sociis, persequi hostium classem, ac litora Italiæ tutari. Magna vis hominum conscripta Romæ erat. Libertini etiam, quibus liberi essent, & ætas militaris, in verba juraverant: ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque & triginta annis erant, in naves impositi: alii, ut urbi præsiderent, relicti.

IX. Dictator, exercitu consulis accepto à Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quo diem ad conveniendum edixerat novis militibus, venit, inde Præneste transversis tramitibus in viam Latinam est regressus: unde itineribus summa cum cura exploratis, ad hostem ducit; nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus. Quo primùm die haud procul Ar-

---

Tectis, edificios. *Corruptis*, inutilizados los frutos, para que no se aprovechase el enemigo de ellos. *Otriculum*, Otricoli. *Viatorem*, envió un ministro. *Congressusque*, y dando á conocer tanto á los ciudadanos, como aliados aquella junta de los dos la magestad del Dictador, casi olvidada con el tiempo. *Ostia*, puerto de Ostia. *Cossanum*, Cosano. *Completis*, tripuladas. *Vis*, número grande de soldados. *In verba*, juraron seguir la milicia; ser fieles á la república. *Præsiderent*, guarneciesen.

IX. *Quo diem*, adonde habia intimado el dia, que habian de acudir. *Transversis*, atravesando sendas. *Nullo loco*, sin ánimo de exponerse al trance de la batalla, sino á mas no poder.

Libertini, los hijos de libertos. Libertos eran los que habian conseguido de sus amos la libertad.

pis in conspectu hostium posuit castra, nullâ morâ factâ, quin Pœnus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret. Sed ubi quieta omnia apud hostes, nec castra ullo tumultu mota videt, increpans quidem victos tandem Martios animos Romanorum, debellatumque, & concessum eis propalam de virtute ac gloriâ esse, in castra rediit: ceterùm tacitâ curâ animum incensus, quòd cum duce, haudquaquam Flaminio Semproniogue simili, futura sibi res esset; ac tum demum edocti malis Romani parem Annibali ducem quæsiissent; & prudentiam quidem, non vim dictatoris, extemplo timuit, constantiamque ejus haud dum expertus, agitare ac tentare animum, movendo crebrò castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum, cœpit, & modò citato agmine è conspectu abibat, modò repentè in aliquo flexu viæ, si excipere digressum in æquum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Castris, nisi quantum usus necessariò cogeret, tenebatur miles: pabulum & ligna nec pauci petebant, nec passim: equitum levisque armaturæ statio composita instructaque in subitos tumultus, & suo militi tuta omnia, & infesta effusis hostium populatoribus præbebat, neque universo periculo summa rerum committebatur: & parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo receptu, assuefacie-

---

Copiamque, sin detener por su parte á Anibal para que sacase su gente á campo, y le presentase la batalla. *Increpans*, diciendo para provocarlos, que los animos guerreros de los Romanos se daban por vencidos, habiendo perdido el valor militar, y degenerado manifiestamente de su valor y gloria. *Ceterùm*, pero requemado de un cuidádo interior, porque tenia que pelear con un general nada semejante á Flaminio. *Ac tum*, (sup. *quòd*) y porque entonces finalmente escarmentados los Romanos, &c. *Prudentiam*, pericia é ingenio militar. *Flexu*, recodo. *Si excipere*, por ver si podia cazarle saliendo á campo raso. *Ut neque*, de modo que ni le perdiese de vista, ni viniese á las manos. *Pabulum*, á buscar forrage y leña, ni salian pocos, ni se apartaban mucho unos de otros. *Equitum*, *levisque*, la caballería é infantería la tenia en sus estancias arreglada y dispuesta para qualquiera alarma repentina, con lo que tenia defendida su tropa, y no dexaba ningun lugar seguro al enemigo que salia á forragear. *Neque universo*, ni arriesgaba en una sola batalla todo el exército. *Et parva*, y el pequeño peligro de algunas escaramuzas hechas desde seguro, y que teniendo cercana la retirada, iban acostum-

bant territum pristinis cladibus militem, minùs jam tandem aut virtutis aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Annibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quàm magistrum equitum, qui nihil aliud, quàm quòd non imperabat, moræ ad rem publicam præcipitandam habebat. Ferox rapidusque in consiliis, ac linguâ immodicus, primò inter paucos, dein propalam in vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat, premendorumque superiorum arte (quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit) sese extollebat.

X. Annibal ex Arpinis in Samnium transit; Beneventanum depopulatur agrum, Telesiam urbem capit: irritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibusque sociorum trahere ad æquum certamen possit. Inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasymenum capti ab Annibale, dimissique fuerant, tres Campani equites erant, multis jam tum illecti donis promissisque Annibalis ad conciliandos popularium animos. Hi nunciantes, si in Campaniam exercitum admovisset, Capuæ potiendæ copiam fore: cùm res major, quàm auctores, esset, dubium Annibalem alternisque fidentem ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt. Monitos, ut etiam atque etiam promissa rebus confirmarent, jussosque cum popularibus & aliquibus principum redire ad se, dimisit. Ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatem ducat, e-

---

brando á los soldados acobardados con los descalabros pasados á confiar mas en su valor y en su suerte. *Qui nihil*, el qual, si no arruinaba quanto ántes la republica, era por estar sujeto á Fabio su mando. *Primo*, primeramente delante de algunos, despues delante de todos públicamente tachaba en Fabio su detencion de pereza, y su sagacidad y cautela de cobardía, atribuyéndole vicios que tenian alguna semejanza con sus virtudes, y abatiendo el mérito de quien era superior á él (arte infame, que ha ido en aumento, por haber salido bien á muchos) se ensalzaba á sí mismo.

X. *Telesiam*. Telese. *ad æquum*. a una batalla decisiva. *Campani*. Capuanos. *Capuæ*. que podria apoderarse de Capua. *Cum res*, sobrepujando la empresa las fuerzas de los que se la aconsejaban. *Dubium*. hallandose Anibal dudoso entre esperanzas y desconfianzas, al cabo se resolvió. *Rebus*, con la obra.

doctus à peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed Punicum os abhorrens ab Latino, Casilinum pro Casino ducem accipere fecit: aversusque ab itinere, per Alifanum, Calatinumque & Calenum agrum, in campum Stellatem descendit, ubi cùm montibus fluminibusque clausam regionem circumpexisset, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset? Cùm is Casilini eo die mansurum eum dixisset, tum demum cognitus est error, & Casinum longè inde aliâ regione esse: virgisque cæso duce, & ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimisit. Usque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. Ingentem cladem, fugam, terroremque latiùs Numidæ fecerunt: nec tamen is terror, cùm omnia bello flagrarent, fide socios dimovit, videlicet quia justo & moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere. Ut verò ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque amœnissimus Italiæ ager, villæque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente, prope de integro est orta seditio, ac duces seditionis accensi quidam. Fuerat enim silentium per paucos dies: quia cùm celeriùs solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant: ut verò in extrema juga Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant, Falerni agri, colonorumque Sinuessæ tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnæ: *Spectatumne huc*, inquit Minutius, *ad rem*

Interclusurum... exitum, estorbaria la salida. *Sed punicum os*, pero la lengua Cartaginesa, que no se acomoda bien á la pronunciacion del latin, fue la causa, que en lugar de Casino el guia entendiese Casilino. *Per Alifanum*, por los territorios de Alifa, Gayazzo, y Cirinola. *Stellatem*, campo Mazzone. *Mansurum*, que aquel dia estaría en Casilino. *Longè*, lejos de allí en diverso pais. *Cæso*, azotado. *Sublato*, puesto en cruz para escarmiento de los demas. *Populatio*: llegó esta desolacion. *Fugam*, y causaron grande huida y terror. *Dimovit*, aparto de la fidelidad, &c. *Videlicet*, la causa era, porque eran gobernados con un mando justo y suave. *Festinari*, y que caminaban con prisa para impedir que fuese asolado el territorio de Capua. *Nec ulla mentio*, y no se trataba de pelear. *Spectatumne*, hemos venido acaso para mirar como si fuera un espectáculo agra-

fruendam oculis, sociorum cædes & incendia, venimus? Nec si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnite hoste tuta hæc ora esset, quam nunc non vicinus Samnis urit, sed Pœnus advena ab extremis orbis terrarum terminis nostrâ cunctatione & socordiâ jam huc progressus? Tantùm (proh dolor!) degeneramus à parentibus nostris, ut præter quam oram illi Punicas vagari classes, dedecus esse imperii sui duxerint, eam nos nunc plenam Numidarum hostium ac Maurorum jam factam videamus? Qui modò Saguntum oppugnari indignando, non homines tantum, sed fœdera & deos ciebamus, tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Annibalem lenti spectamus? Fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora venit, strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos, quàm deorum invocantium opem. Nos hîc pecorum more per æstivos saltus, deviosque calles exercitum ducimus, conditi nubibus silvisque? Si hoc modo peragrando cacumina saltusque Furius recipere à Gallis urbem voluisset, quo hic novus Camillus, nobis dictator unicus in rebus affectis quæsitus, Italiam ab Annibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quàm vereor, ne sic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis toties servaverint majores nostri. Sed vir, ac verè Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum jussuque populi dictum, Vejos allatus est nuncius, cùm esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem, de-

---

dable las muertes? *Nec si nullius*, y ya que no nos mueva otro respeto, no nos causa vergüenza el mirar el estado de estos ciudadanos? *Tantùm (proh!)* tanto degeneramos, ó dolor! de nuestros padres, que vemos ahora lleno de enemigos Numidas, y poseido de Moros aquel mismo pais, á cuyas costas tuvieron por cosa indigna de su imperio, que se arrimasen las armadas Cartaginesas. *Non homines*, los que sintiendo poco há el bloqueo de Sagunto, no solamente invocabamos á los hombres, sino tambien á los Dioses por haber los enemigos quebrantado la alianza. *Strepunt aures*, resuenan en nuestros oidos los clamores de nuestros aliados. *Æstivos* por montes calorosos y sendas intransitables. *Conditi* metidos entre selvas. *Novus Camillus*, (Sarcasmo) este nuevo Camilo, este único dictador que hemos nombrado para reparar el mal estado de nuestras cosas. *Cunctantibus*, estando nosotros en esta inaccion...

scendit in æquum: atque illo ipso die media in urbe, quæ nunc busta Gallica sunt, & postero die citra Gabios, cæcidit Gallorum legiones. Quid post multos annos cùm ad furcas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus; utrùm tandem L. Papirius Cursor juga Samnii perlustrando, an Luceriam premendo, obsidendoque, & lacessendo victorem hostem, depulsum ab Romanis cervicibus jugum superbo Samniti imposuit? Modò consuli Luctatio quæ alia res, quàm celeritas, victoriam dedit? quòd postero die, quàm hostem vidit, classem gravem commeatibus impeditam suo ipsam instrumento atque apparatu, oppressit. Stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse: armari copias oportet, deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris: audendo agendoque res Romana crevit, non his segnibus consiliis, quæ timidi cauta vocant. Hæc velut concionanti Minutio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, & ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur: ac si militaris suffragii res esset, haud dubiè ferebant, Minutium Fabio duci prælaturos.

XI. Fabius pariter in suos haud minùs quàm in hostes intentus, priùs ab illis invictum animum præstans,

---

Furcas Caudinas, y que diré de lo que muchos años despues sucedio en Santa Agueda, ó en las horcas caudinas, &c. *Juga*, cumbres de los montes. *Premendo*, bloqueando á Luceria. *Modo*, y ahora hace quatro dias. *Gravem*, atestada de víveres, y (digamos así) embarazada de sus mismas provisiones y aparatos de guerra. *Sedendo*, que estandose quieto y con votos se puede concluir la guerra ó vencer. *Deducendas*, sacarlas á campo raso para pelear hombre con hombre. *Quæ timidi*, y con estas determinaciones lentas, que los cobardes llaman cautela. *Hæc velut*, quando esto decia Minucio, como en tono de arenga, le rodeaban. *Dicta*, y sus arrogantes expresiones. *Ac si*, y si por los votos de los soldados hubiera de ir la cosa, daban claramente á entender.

XI. *Fabius*, atento Fabio no menos á las intenciones de los suyos, que á las del enemigo, y manifestando un ánimo invencible de parte de aquellos.

Busta Gallica, sepulcros de los Franceses. (Metonimia.) *Bustum*, í, la hoguera y lugar donde quemaban los cadáveres: aquí se toma por sepulturas.

Furculæ caudinæ, quedó en proverbio, porque allí los Samnites pasaron al exército Romano por debaxo de la horca, que mas abaxo dice *sub jugum*. Tit. Liv. lib. 9. cap. 2.

quamquam probè scit, non in castris modò suis, sed jam etiam Romæ suam cunctationem infamem esse, obstinatus tamen eodem consiliorum tenore, æstatis reliquum extraxit: ut Annibal destitutus ab spe summâ apetiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret, quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ; arbusta vineæque & consita omnia magis amœnis quàm necessariis fructibus. Hâc per exploratores relatâ famâ Fabio, cùm satis sciret per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem & Casilinum occupat modicis præsidiis, quæ urbs Vulturno flumine diremta Falernum à Campano agro dividit: ipse jugis iisdem exercitum reducit, misso exploratum cum quatuorcentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba juvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum, progressus primò exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicos Numidas vidit, per occasionem etiam paucos occidit, extemplo occupatus certamine est animus, exciderüntque præcepta dictatoris; qui, quàm tutò posset, progressum priùs recipere sese jusserat, quàm in conspectum hostium veniret. Numidæ alii atque alii occursantes, refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. Inde Cartalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, cùm priùs quàm ad conjectum teli veniret, avertisset hostem, quinque millia ferme continenti cursu secutus est fugientes. Man-

---

Infamem, se desaprobaba; se culpaba; se censuraba. *Obstinatus*, con todo eso firme en su resolucion, pasó lo restante del estío del mismo modo. *Jam hibernis*, ya trataba de buscar lugar donde invernar, porque aquella region le proveía para entonces, no para siempre. *Consita*, y todo aquel teritorio lleno mas de plantíos amenos, &c. *Hâc*, habiendo los espías llevado esta noticia á Fabio, y sabiendo de cierto que por las mismas embocaduras, &c. *Diremta*, dividida en dos partes. *Per occasionem*, que encontró por casualidad. *Extemplo*, al punto entró en deseos de pelear y se olvidó del mandato del dictador. *Qui, quàm*, el que le habia mandado, que adelantandose, con la seguridad posible, se retirase antes de, &c. *Numidæ*, saliendo al encuentro los Numidas unos despues de otros. *Pertraxere*, le traxeron. *Penes*, el qual era comandante de caballeria Cartaginesa, habiendo acudido apretando la caballeria, y hecho huir á los Romanos ántes de llegar a un tiro de flecha. *Cursu continenti*, á carrera...

cinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos, in prælium rediit omni parte virium impar. Itaque ipse & delecti equitum circumvecti occiduntur: ceteri effuso rursus cursu Cales primùm, inde prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt.

XII. Eo forte die Minutius se conjunxerat Fabio, missus ad firmandum præsidio saltum, qui super Tarracinam in arctas coactus fauces imminet mari, ne immunito Appiæ limite, Pœnus pervenire in agrum Romanum posset. Conjunctis exercitibus, dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, quâ Annibal ducturus erat. Duo inde millia hostes aberant. Postero die Pœni, quod viæ inter bina castra erat, agmine complevere. Cùm Romani sub ipso constitissent vallo, haud dubiè æquiore loco, successit tamen Pœnus cùm expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem carptim & procursando, recipiendoque sese, pugnavere. Restitit suo loco Romana acies: lenta pugna, & ex dictatoris magis quàm Annibalis fuit voluntate. Ducenti ab Romanis, octigenti hostium cecidere. Inclusus inde videri Annibal, & ad Casilinum obsessus: cùm Capua & Samnium & tantum à tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret: Pœnus contra intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ, hibernaturus esset. Nec Annibalem fefellit suis se artibus peti. Itaque cùm per Casilinum evadere non posset, petendique montes, & jugum Calliculæ superandum esset: nec ubi Romanus inclusum vallibus agmen aggrederetur

---

Effuso cursu rursus, prosiguiendo en huir desapoderadamente, se refugiaron primeramente á Cales, y despues casi por sendas intransitables, &c.

XII. *In arctas*, formando unas gargantas estrechas domina al mar. *Sub ipso... vallo*, amparados con la misma empalizada, y sin duda en lugar mas ventajoso. *Procursando*, escaramuceando con algunas compañías para provocar al enemigo, y retirandose. *Tantum*, tantos aliados ricos como tenian á la espalda. *Commeatus*, llevándoles víveres. *Pœnus*, y al contrario teniendo que invernar Anibal entre los peñascos de Campo-Formio, arenales de Linterno, y lagos de horrible situacion. *Nec Annibalem*, ya conoció Anibal, que le acometian con sus mismos ardides. *Montes*, teniendo que caminar por los montes y superar la cumbre...

ludibrium oculorum specie terribili ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit. Fallacis consilii talis apparatus fuit. Faces undique ex agris collectæ, fascesque virgarum, atque arida sarmenta præligantur cornibus boum, quos domitos, indomitosque multos inter ceteram agrestem prædam agebat. Ad duo millia ferme boum effecta: Asdrubalique negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes ageret, maximè, si posset, super saltus ab hoste insessos. Primis tenebris silentio mota castra: boves aliquanto ante signa acti. Ubi ad radices montium, viasque angustas ventum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes: & metus ipse relucentis flammæ ex capite, calorque jam ad vivum, ad imaque cornuum adveniens, velut stimulatos furore agebat boves: quo repente discursu haud secus quàm silvis montibusque accensis, omnia circùm virgulta ardere, capitumque inquietatio excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitum saltûs insidendum locati erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumventos se esse rati, præsidio excessere: quà ingens emicabat flamma, velut tutissimum iter, petentes summa montium juga, tum in quosdam boves palantes à suis gregibus inciderunt: & primo, cùm procul cernerent veluti flammas spirantium,

---

Ludibrium, habiendo discurrido un estratagema espantoso á la vista para burlar al enemigo. *Furtim*, entrar en los montes sin ser sentidos. *Fallacis*, asi dispuso su engañoso estratagema. *Faces*, recogió leña seca, manojos de ramage, &c. *Domitos*, mansos y bravos en gran número. *Effecta*, juntáronse. *Cornibus*, (Metonimia) las haces. *Insessos*, ocupados. *Primis tenebris*, á primera noche. *Acti*, iban algo delante de. *Ad radices*, á las faldas. *Concitentur*, que los echen á los montes que estaban enfrente. *Calorque*, y el mismo miedo de la llama que relucia sobre la cabeza, y el calor que ya llegaba á la carne viva y á la raiz de las hastas los hacia correr como furiosos; los que corriendo de repente de una parte para otra, &c. *Haud secus*, como si se hubiera prendido fuego en todas las selvas y montes. *Capitumque*, y sacudiendo en vano las cabezas, aumentaban de tal suerte la llama, que á la vista parecian hombres que andaban de aqui para allí. *Insidendum*, que estaban colocados para ocupar el paso del monte. *Præsidio excessere*, abandonaron el puesto que defendian. *Velut*, atonitos de ver les bueyes que les parecia vo-

miraculo attoniti constiterunt. Deinde ut humana apparuit fraus, tum vero insidias rati esse, cum multo maximoque strepitu concitant se in fugam, levique armaturæ hostium incurrere: ceterùm nox, æquato timore, neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal traducto per saltum, & quibusdam in ipso saltu hostium oppressis, in agro Alifano posuit castra. Hunc tumultum sensit Fabius: ceterùm & insidias esse ratus, & ab nocturno utique abhorrens certamine, suos munimentis tenuit. Luce primâ sub jugo montis prælium fuit, quo interclusam ab suis levem armaturam facilè (etenim numero aliquantum præstabant) Romani superassent, nisi Hispanorum cohors, ad id ipsum remissa ab Annibale, pervenisset. Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior, cùm velocitate corporum, tum armorum habitu, campestrem hostem gravem armis, statariumque, pugnæ genere facilè elusit. Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani ferè omnes incolumes, Romani, aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quoque movit castra: transgressusque saltum super Alifas loco alto ac munito consedit. Tum per Samnium Romam petere simulans Annibal, usque in Pelignos populabundus rediit. Fabius mediis inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat, nec absistens nec congrediens. Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Geronium pervenit, urbem metu,

---

mitaban llamas, se quedaron parados; mas visto que era estratagema del enemigo. *Concitant*, echan á huir. *Incurrere*, fueron á caer en los armados á la ligera. *Ceterùm*, pero temiendo igualmente unos y otros, la noche los detuvo hasta el amanecer, sin comenzar la pelea ningun partido. *Alifano*, territorio de Alifa. *Abhorrens*, y no gustando de pelear por la noche mantuvo á los suyos en los reales. *Præstabant*, porque excedian algo en el numero de gente. *Assuetior*, mas acostumbrada a andar por montes, y mas apta y ligera para correr entre peñascos y rocas. *Campestrem*, por su modo de pelear facilmente se burló del enemigo acostumbrado á pelear en campo raso, y á pie firme, y cargado de armas. *Ita*, de este modo habiéndose salido de la batalla con desiguales ventajas. *Populabundus*, arrasándolo todo. *Nec absistens*, ni rehusando ni presentando la batalla. *Repetens*, y volviendo pies atrás para ir...

Geronium, hoy San Martin.

quia collapsa ruinis pars mœnium erat, ab suis desertam. Dictator in Larinate agro castra communiit: inde sacrorum causâ Romam revocatus, non imperio modò, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum, *ut priùs consilio, quàm fortunæ confidat, & se potiùs ducem, quàm Sempronium Flaminiumque imitetur: ne nihil actum censeret, exâcta prope æstate per ludificationem hostis: medicos quoque plùs interdum quiete quàm movendo atque agendo proficere: haud parvam rem esse, ab toties victore hoste vinci desiisse, & ab continuis cladibus respirasse.* Hæc nequidquam præmonito magistro equitum, Romam est profectus.

XIII. Principio æstatis, quâ hæc gerebantur, in Hispania quoque terrâ marique pugnari cœptum est. Asdrubal ad eum navium numerum, quem à fratre instructum paratumque acceperat, decem adjecit: quadraginta navium classem Himilconi tradidit; atque ita Carthagine profectus navibus prope terram, exercitum in litore ducebat, paratus confligere quacumque parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipioni, postquam movisse ex hibernis hostem audivit, primò idem consilii fuit: deinde minus terrâ, propter ingentem famam novorum auxiliorum, occurrere ausus, delecto milite in naves imposito, quinque & triginta navium classe ire obviam hosti pergit. Altero ab Tarracone die ad stationem viginti millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis pervenit: inde duæ Massiliensium speculatoriæ præmissæ retulerunt classem Punicam stare in ostio

---

Sacrorum, para asistir á los sacrificios. *Agens*, no solo mandando, sino tambien aconsejando, y pidiendo casi de rodillas al comandante de caballeria. *Ne nihil*, no pensase se habia perdido el tiempo en gastar casi todo el estio, burlando al enemigo: que á veces los médicos mas aprovechan con suspender las medicinas, que con apresurarlas y mover al enfermo. *Desiisse*, no haber sido vencidos. *Hæc*, habiendo hecho estos encargos, aunque en vano, al coronel de la caballeria.

XIII. *Instructum*, tripuladas y pertrechadas. *Carthagine*, y habiendose embarcado en Cartagena, y yendo arrimado á tierra llevaba el exercito por la ribera, dispuesto á pelear, &c. *Movisse*, que habia salido de los quarteles de invierno, siguió la misma resolucion. *Duæ* (sup. *naves*.) dos naves de los Marselleses que salieron á observar, dieron noticia..

fluminis, castraque in ripa posita. Itaque ut improvidos incautosque universos simul effuso terrore opprimeret, sublatis anchoris ad hostem vadit. Multas & locis altis positas turres Hispania habet: quibus & speculis & propugnaculis adversùs latrones utuntur. Inde primò conspectis hostium navibus, datum signum Asdrubali est, tumultusque priùs in terra & castris, quàm ad mare & ad naves, est ortus, nondum aut pulsu remorum, strepituque alio nautico exaudito, aut aperientibus classem promontoriis: cùm repentè eques alius super alium ab Asdrubale missus, vagos in litore, quietosque in tentoriis suis, nihil minùs quàm hostem aut prælium eo die expectantes, conscendere naves propere, atque arma capere jubet, classem Romanam jam haud procul à portu esse. Hæc equites dimissi passim imperabant: mox Asdrubal ipse cùm omni exercitu aderat: varioque omnia tumultu strepunt, ruentibus in naves simul remigibus militibusque, fugientium magis è terra, quàm in pugnam euntium modo. Vixdum omnes conscenderant, cùm alii resolutis loris anchoram vellunt; alii, ne quid teneat, anchoralia incidunt: raptimque omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica ministeria impediuntur, trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur. Et jam Romanus non propinquabat modò, sed direxerat etiam in pugnam naves. Itaque non ab hoste & prælio magis Pœni, quàm suomet ipsi tumultu, turbabantur: & tentatâ veriùs pugnâ quàm initâ, in fugam averterunt classem: & cùm aversi ac diverso latè agmine à tam multis simul venientibus haud

---

Effuso, infundiéndoles miedo. *Quibus et*, de las que se valen como de atalayas y fuertes contra ladrones. *Nondum*, no habiéndose oido aun el batir de los remos, ni algun estrépito naval, y estando aun ocultas las naves con los promontorios. *Tumultu*, confusion. *Militum apparatu*, los soldados, disponiendo sus cosas, impedian á los marineros hacer su oficio, y el atropellamiento de estos estorbaba á los soldados tomar y aderezar sus armas. *Tentatâ*, y habiendo intentado, mas bien que dado la batalla. *Et cùm aversi & diverso late agmine à tam multis simul venientibus haud sane impenetrabiles essent.* (Entre todas es-

---

Cum alii, hay varias opiniones en el modo de leer este lugar. Parece mas natural la de los que léen: *vellunt anchoras.* Quando unos ocupados en levantar áncoras, desatando las cuerdas ó amarras, y otros cortándolas para no detenerse.

sane impenetrabiles essent, in litus passim naves egerunt: atque alii vadis, alii sicco litore excepti, partim armati, partim inermes ad instructam per litus aciem suorum perfugere. *Duæ* tamen primo occursu captæ erant Punicæ naves, quatuor suppressæ. Romani, quamquam terra hostium erat, armatamque aciem toto prætentam in litore cernebant, haud cunctanter tamen insecuti trepidam hostium classem, naves omnes, quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere, ad quinque & viginti naves ex quinquaginta cepere. Neque id pulcherrimum ejus victoriæ fuit, sed quòd unâ levi pugnâ toto ejus oræ mari potiti erant. Itaque ad Honoscam classe provecti, exscensione è navibus in terram factâ, cùm urbem vi cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt: atque omnem agrum circa depopulati, postremò tecta quoque juncta muro portisque incenderunt. Inde jam prædâ gravis ad Longunticam pervenit classis: ubi vis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale; quod satis in usum fuit, sublato, ceterum omne incensum est. Nec continentis modò projectas oras prætervecta, sed in Ebusum insulam transmissum: ubi urbe, quæ caput insulæ est, biduum nequidquam summo labore oppugnatâ, ubi in spem irritam frustra teri tempus animadversum est, ad populationem agri versi, direptis aliquot incensisque vicis ma-

---

ta parece la leccion mas natural de este lugar obscuro.) Y viendo que no eran impenetrables à los enemigos que venian en tanto número, estando ellos de espaldas, y tan separados unos de otros, por diversas partes arrimaron las naves à la ribera... *Suppressæ*, echadas à fondo. *Terra... erat*, estaban apoderados de la tierra, y veían el exército armado y tendido en toda la ribera. *Aut carinas*, ó no quedaron encalladas. *Religatas*, llevaron à remolque à alta mar. *Neque id*, ni consistio en esto la principal ventaja de esta victoria, sino en que con una pequeña pelea quedaron señores de toda la costa. *Exscensione*, habiendo saltado en tierra. *Ubi vis*, donde Asdrubal habia hecho una gran provision de esparto para los cables de los navios; y habiendo tomado lo que necesitaba, quemó lo demas. *Nec continentis*, y no solamente la armada Romana corrió toda la costa del continente, sino que pasó à la Isla de Ibiza. *In spem*, sin esperanza alguna, y en vano...

Longunticam, en el reyno de Valencia.

jore, quàm ex continenti, prædâ partâ, cùm in naves sese recepissent, ex Balearibus insulis legati pacem petentes ad Scipionem venerúnt. Inde flexa retro classis, reditumque in citeriora provinciæ: quò omnium populorum, qui Iberum incolunt, multorum & ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed qui verè ditionis imperiique Romani facti sunt, obsidibus datis, populi amplius fuerunt centumviginti. Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus, usque ad saltum Castulonensem est progressus. Asdrubal in Lusitaniam ac propiùs Oceanum concessit. Quietum inde fore videbatur reliquum æstatis tempus, fuissetque prope per Pœnum hostem: sed præterquam quòd ipsorum Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia, Mandonius vir nobilis, qui antea Ilergetum regulus fuerat, postquam Romani ab saltu recessere ad maritimam oram, concitis popularibus, in agrum pacatum Romanorum sociorum ad populandum venit. Adversùs eos tribus millibus cum expeditis auxiliis à Scipione missis, levi certamine ut tumultuariam manum fudere, multis occisis, quibusdam captis, magnâque parte armis exutâ. Hic tamen tumultus cedentem ad Oceanum Asdrubalem cis Iberum ad socios tutandos retraxit. Castra Punica in agro Ilercaonensium, castra Romana ad novam classem erant, cùm fama repens aliò vertit bellum. Celtiberi principes, qui regionis suæ legatos obsidesque dederant Romanis, nun-

---

Inde, de allí torció el camino la armada, y se fué à la parte citerior de la provincia. *Qui vere*, los que con verdad se hicieron de la jurisdiccion. *Quietum*, que habria paz por lo restante del estío, y casi la hubiera habido por parte de Anibal. *Avidaque*, y deseosos de mudanza de gobierno. *Ingenia*, índole, naturaleza. *Concitis*, habiendo levantado á sus paysanos. *Levi certamine*, los derrotaron à todos con una escaramuza, como que era gente levantada de pronto. *Exutâ*, habiendo quitado las armas à los mas. *Cedentem*, que se retiraba ácia el Océano. *Retraxit*, le hizo volver. *Ad novam*, cerca de la nueva armada. *Cùm fama*, quando una nueva repentina llevó la guerra à otra parte.

Balearibus, islas Baleares, Mallorca y Menorca.

In citeriora, á la parte de la provincia que cae de este lado del Ebro.

Castulonensem, Cazorla entre Castilla y Andalucía.

Agro Ilercaonensium, en los campos de Tortosa.

Celtiberi, Aragoneses.

tio misso à Scipione, exciti arma capiunt, provinciamque Carthaginiensium valido exercitu invadunt: tria oppida vi expugnant. Inde cum ipso Asdrubale duobus præliis egregiè pugnantes, quindecim millia hostium occiderunt, quatuor millia cum multis militaribus signis capiunt.

XIV. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in provinciam venit, prorogato post consulatum imperio, ab senatu missus cum triginta longis navibus, & octo millibus militum, magnoque commeatu advecto. Ea classis ingens agmine onerariarum procul visa cum magna lætitia civium sociorumque portum Tarraconis ex alto tenuit: ibi milite exposito, profectus Scipio fratri conjungitur, ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginiensibus Celtiberico bello, haud cunctanter Iberum transgrediuntur: nec ullo viso hoste, Saguntum pergunt ire, quòd ibi obsides totius Hispaniæ custodiæ traditos ab Annibale fama erat modico in arce custodiri præsidio. Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniæ populorum animos morabatur, ne sanguine liberorum suorum culpa defectionis lueretur. Eo vinculo Hispaniam vir unus solerti magis quàm fideli consilio exsolvit. Acedux erat Sagunti nobilis Hispanus, fidus ante Pœnis: tum (qualia pleraque sunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutaverat fidem: cæterùm transfugam sine magnæ rei proditione venientem ad hostes, nihil aliud quàm unum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat ut quàm maximum emolumentum novis sociis esset. Circumspectis igitur o-

---

Exciti, movidos con un correo despachado.

XIV. *Navibus longis*, galeras. *Advecto*, y hecha gran provision de víveres. *Agmine*, que iban comboyando á las de carga. *Tenuit*, desde alta mar se dirigió al puerto de Tarragona. *Id unum*, esta sola prenda detenia los ánimos, &c. inclinados á la alianza Romana. *Eo vinculo*, de esta sujecion los sacó un solo hombre con una traza, que mas tenia de astuta que de fiel. *Ceterùm*, pero pensando que un desertor que se pasa al enemigo sin proporcionarlos alguna grande ventaja, no lleva otra cosa que su cuerpo, cosa vil y de poco aprecio, pensaba en hacerles á los nuevos aliados algun grande servicio. *Circumspectis*, considerando pues todas las cosas que la fortuna le podia poner en las manos, pensó sobre todo en entregar los rehenes.

mnibus, quæ fortuna potestatis ejus poterat facere, obsidibus potissimùm tradendis animum adjecit: eam unam rem maximè ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniæ amicitiam. Sed cùm injussu Bostaris præfecti satis sciret nihil obsidum custodes facturos esse, Bostarem ipsum adgreditur. Castra extra urbem in ipso litore habebat Bostar, ut aditum ex portu intercluderet Romanis: ibi eum in secretum abductum, veluti ignorantem monet, in quo statu sit res. *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc cis Iberum castra Romana esse, arcem tutam, perfugiumque novas volentibus res. Itaque quos metus non teneat, beneficio & gratià devinciendos esse.* Miranti Bostari, percunctantique quodnam id subitum tantæ rei donum posset esse? *Obsides*, inquit, *in civitates remitte: id privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus est suis, & publicè populis gratum erit. Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet deposco ipse, ut operà quoque impensà consilium adjuvem meum, & rei suàpte naturà gratæ, quantam insuper gratiam possim, adjiciam.* Hominem non ad cetera Punica ingenia callido ut persuasit, nocte clam progressus ad hostium stationes, conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, & ab iis ad Scipionem perductus, quid afferret expromit. Fide acceptâ datâque, ac loco & tempore constituto ad obsides tradendos, Saguntum redit: diem insequentem absumsit cum Bostare mandatis ad rem agendam accipiendis. Dimissus, cùm se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum iis horam excitatis custodibus puerorum profectus, veluti

---

Agreditur, acomete, esto es, habla. *Intercluderet*, para impedir desde el puerto la entrada. *Ministerium*, yo me encargo de ponerlos en sus casas para llevar adelante este mi consejo, haciendo lo que pueda, y hacer quanto me sea posible mas agradable una cosa que lo es de suyo. *Homini*, luego que persuadió esto á Bostar, hombre que no tenia la malicia de los demas Cartagineses. *Fide accepta*, dada y admitida la palabra. *Ad compositam*, habiendo dispertado á los guardias de los jovenes rehenes, y salido con ellos al tiempo concertado, aparentando ignorancia, los condujo á las celadas dispuestas por traicion suya...

ignarus, in præparatas suâ fraude insidias ducit. In castra Romana perducti, cetera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat, acta per eumdem ordinem, quasi Carthaginiensium nomine sic agerentur. Major aliquanto Romanorum gratia fuit in re pari, quàm quanta futura Carthaginiensium fuerat. Illos enim graves superbosque in rebus secundis expertos, fortuna & timor mitigasse videri poterat. Romanus primo adventu incognitus ante, ab re clementi liberalique initium fecerat: & Acedux vir prudens haud frustra videbatur socios mutasse. Itaque ingenti consensu ad defectionem omnes spectare: armaque extemplo mota forent, ni hyems, quæ Romanos quoque & Carthaginienses concedere in tecta coegit, intervenisset.

XV. Hæc in Hispania quoque secundâ æstate Punici belli gesta, cùm in Italia paullulum intervalli cladibus Romanis solers cunctatio Fabii fecisset: quæ ut Annibalem non mediocri sollicitum curâ habebat, tandem eum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione non fortunâ gereret, ita contempta erat inter cives armatos pariter togatosque, utique postquam absente eo, temeritate magistri equitum, læto, ut veriùs dixerim, quàm prospero eventu pugnatum fuerat. Accesserant duæ res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Annibalis; quòd cùm à perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo æquatis, ab uno eo ferrum ignem-

---

Reddendis, sobre restituirlos à sus padres. *Quasi*, como si la restitucion se hiciera en nombre de los Cartagineses, pero era en nombre de los Romanos. *Major*, en un asunto igual algo mayor fué el agradecimiento de los Romanos, que el que hubieran tenido los Cartagineses. Porque podia parecer que la fortuna y temor los hizo ablandar à estos, à quienes los experimentaron crueles y soberbios en la prosperidad. *Fecerat*, habia dado principio por un hecho de clemencia y liberalidad. *Itaque*, y así con grande consentimiento todos ponian sus miras en rebelarse.

XV. *Cùm in*, quando en Italia la prudente detencion de Fabio ocasionó algun intervalo à las derrotas de los Romanos. *Contempta*, así era despreciada del exército igualmente que de los que estaban en Roma. *Ager*, una posesion que era del dictador. *Omnibus*, mandó que asolando todos los lugares que habia al rededor, á sola ella no tocasen ni incendiasen, para hacer creer que esto era una recompensa de alguna inteligencia secreta...

que & vim omnem hostium abstineri jussit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, primò forsitan dubio, quia non exspectata in eo senatûs auctoritas est, ad extremum haud ambiguè in maximam laudem verso, in permutandis captivis: quòd sicut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanos Pœnumque, ut quæ pars plus reciperet quàm daret, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. Ducentos quadraginta septem cùm plures Romanus quàm Pœnus recepisset, argentumque pro eis debitum, sæpe jactatâ in senatu re, quoniam non consuluisset patres, tardiùs erogaretur; inviolatum ab hoste agrum, misso Romam filio, vendidit, fidemque publicam impendio privato exsolvit.

XVI. Annibal pro Geronii mœnibus, cujus urbis captæ atque incensæ ab se in usum horreorum pauca reliquerat tecta, stativa habebat: inde frumentatum duas exercitûs partes mittebat: cum tertia ipse expedita in statione erat, simul castris præsidio, & circumspectans necunde impetus in frumentatores fieret. Romanus tunc exercitus in agro Larinate erat: præerat Minutius magister equitum, profecto (sicut ante dictum est) ad urbem dictatore. Ceterùm castra, quæ in monte alto ac tuto loco posita fuerant, jam in planum deferuntur: agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora, ut im-

---

Altera, la otra cosa era lo que hizo el mismo dictador al principio cosa sospechosa. porque no habia esperado para ello. &c. *Haud*, pero que sin duda se volvió al fin en grande alabanza suya. *In permutandis*, y fué el trueque de los prisioneros. *Convenerat*, se habian convenido los generales Romanos y Anibal en que el que recibiese mas prisioneros que los que daba, pagase por cabeza por cada prisionero de mas dos libras y media de plata. *Sæpe*, tratado muchas veces este punto en el senado. *Tardiùs erogaretur*, tardándose en pagar este dinero. *Inviolatum*. que no habia tocado. *Fidemque*, y á su costa pagó esta deuda pública.

XVI. *In usum*, para que sirviesen de graneros. *Frumentatum*. á buscar trigo. *In statione*, como de centinela. ya para detener los reales. va atendiendo á que por ninguna parte se acometiese. &c. *Calidiora*, tomabanse determinaciones precipitadas segun la condicion del general Minucio...

Pro Geronii, delante de las murallas de San Martin.

Calidiora distinguese entre *calidus* ardiente, y *callidus* astuto, sagaz. Lo primero le convenia á Minucio que era precipitado y temerario, y así hoy Metáfora en castellano; pero no tenia nada de lo segundo.

petus aut in frumentatores palantes, aut in castra relicta cum levi manu præsidioque fieret. Nec Annibalem fefellit, cum duce mutatam esse belli rationem, & ferociùs quàm consultiùs rem hostes gesturos. Ipse autem (quod minimè quis crederet) cùm hostis propiùs esset, tertiam partem militum frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit, deinde castra ipsa propius hostem movit, duo ferme à Geronio millia, in tumulum hosti conspectum: ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua vis fieret, tutandos. Propior inde ei, atque ipsis iminens Romanorum castris, tumulus apparuit: ad quem capiendum, quia si luce palam iretur, haud dubiè hostis breviore viâ præventurus erat, nocte clam missi Numidæ ceperunt, quos tenentes locum, contemptâ paucitate, Romani postero die cùm ejecissent, ipsi eò transferunt castra. Tum itaque ut exiguum spatii vallum à vallo aberat, & id ipsum totum prope compleverat Romana acies, simul & per aversa castra à castris Annibalis equitatus cum levi armatura emissus in frumentatores latè cædem fugamque hostium palatorum fecit. Nec acie certare Annibal ausus: quia tantâ paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. Jamque artibus Fabii pars exercitus aberat; jam ferme sedendo & cunctando bellum gerebat, receperatque suos in priora castra, quæ pro Geronii mœnibus erant. Justâ quoque

---

Fefellit, no se le ocultó que con la mudanza de general se habia mudado de plan. *Rem... gesturos*, que obrarian, que pelearian. *Movit... propius*, acercó mas el campamento. *Intentum*, que atendia. *Ad quem capiendum Numidæ missi clam nocte ceperunt*, *quia si iretur palam luce*, *hostis*, &c., para ocupar el qual habiendo enviado á los Numidas ocultamente de noche lo tomaron, porque si hubieran ido claramente de dia, el enemigo sin duda se hubiera adelantado por camino mas corto. *Ejecissent*, habiéndolos desalojado, trasladan allí su campo. *Ut exiguum*, como una fortificacion distaba poco de la otra, y casi todo este espacio le habia ocupado, &c. *Simul et*, habiendo salido al mismo tiempo de los reales de Anibal por la espalda la caballería con algunos de infantería contra los enemigos, que andaban buscando trigo, causó gran mortandad en ellos, y los hizo huir por estar esparcidos. *Acie*, en batalla formal. *Jamque*, y ya le faltaba parte de su exército por las artes de Fabio, y ya Anibal hacia la guerra estándose quieto y rehusando la batalla. *Justa*, algunos dicen que tambien se peleó en batalla formal, y midiendo las armas, o encontrandose los dos exércitos...

acie & collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt: primo concursu Pœnum usque ad castra fusum, inde eruptione factâ, repentè versum terrorem in Romanos: Numerii Decimi Samnitis deinde interventu prælium restitutum: hunc principem genere ac divitiis non Boviani modò, unde erat, sed toto Samnio, jussu dictatoris octo millia peditum, & equites ducentos adducentem in castra, ab tergo cùm apparuisset Annibali, spem parti utrique præbuisse novi subsidii, tumque Fabio ab Roma veniente, Annibalem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum, adjuvante Samnite duo castella eo die expugnasse: sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum: tamen in tam pari prope clade famam egregiæ victoriæ cum vanioribus literis magistri equitum Romam perlatam. De his rebus persæpe & in senatu & in concione actum est. Cùm lætâ civitate dictator unus nihil nec famæ nec literis crederet, & ut vera omnia essent, secunda se magis quam adversa timere diceret: tum M. Metilius tribunus plebis, *id enimvero ferendum esse*, negat, *non præsentem solùm dictatorem obstitisse rei bene gerendæ, sed absentem etiam gestæ obstare: & in ducendo bello sedulò tempus terere, quò diutius in magistratu sit, solusque & Romæ & in exercitu imperium habeat: quippe consulum alterum in acie cecidisse, alterum specie classis Punicæ persequendæ procul ab Italia ablegatum: duos prætores Siciliâ atque Sardiniâ occupatos, quorum neutra hoc tempore provincia prætore egeat: M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicæ gereret, prope in custodia*

Boviani, de Boyano su patria. *Spem præbuisse* dio esperanza á unos y á otros de que venia, &c. *Recepisse*, retiró. *Duo castella*, dos pueblos considerables. *Tamen in*, y aunque fué casi igual la pérdida de unos y otros, y hay quien dice, que llegó á Roma la noticia de que consiguieron una gran victoria por las cartas arrogantes del comandante de caballeria. *Ut vera*, dado caso que todo fuese cierto, que temia mas la prosperidad que la adversidad. *Negat*, dixo que no se podia sufrir ciertamente. *Præsentem*, hallandose en el exército, le habia tenido como aprisionado para no pelear. *Et in ducendo*, y que de intento gastaba el tiempo en alargar la guerra. *Specie*, con el pretexto..

Prope in custodia, [illegible] explica Metilio para aumentar el [illegible] contra Fabio, que contuvo dentro de los rea-

habitum. Itaque hercule non Samnium modò, quo jam tamquam trans Iberum agro Pœnis concessum sit, sed Campanum Calenumque & Falernum agrum pervastatos esse, sedente Casilini dictatore & legionibus populi Romani agrum suum tutante. Exercitum cupientem pugnare, & magistrum equitum, clausos prope intra vallum retentos, tamquam hostibus captivis arma adempta. Tandem ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos, extra vallum egressos fudisse ac fugasse hostes. Quas ob res, si antiquus animus plebi Romanæ esset, audacter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio. Nunc modicam rogationem promulgaturum de æquando magistri equitum & dictatoris jure: nec tamen, ne ita quidem, priùs dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quàm consulem in locum C. Flaminii suffecisset. Dictator concionibus se abstinuit, in concione minimè popularis. Ne in senatu quidem satis æquis auribus audiebatur tunc, cùm hostem verbis extolleret, bienniique clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas referret: *magistroque equitum, quòd contra edictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam esse. Si penes se summa imperii consiliique sit, propediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem rationemque dominari: se sævo*

Quo agro, al qual territorio se habian retirado los Cartagineses como si estuviese á la otra parte, &c. *Ut abscesserit*, que al punto que el dictador se aparto del exército, los soldados como si hubiesen salido de un cerco, derrotaron y auyentaron á los enemigos. *Laturum* (sup. *legem*) que ya con toda resolucion hubiera promulgado una ley, para quitar el mando á Q. Fabio: pero que por entonces daria otra mas moderada, igualando el mando del comandante de caballeria con el del dictador. *Dictator*, el dictador, que en su determinaciones no buscaba el favor del pueblo, se excuso de asistir á las juntas. *Satis æquis*, con mucho gusto. *Inscitiam*, impericia militar. *Rationemque*, y diciendo, que Minucio debia dar cuenta de haber peleado contra su orden. *Bono*, que el buen general no debe hacer mucha cuenta de la fortuna, sino que la razon y prudencia lo ha de dirigir todo.

---

les á Minucio, sin dexarle pelear.

Agrum suum, el campo del dictador. Da á entender falsamente que este tiro únicamente á defender sus heredades, no los campos del pueblo Romano.

tempore & sine ignominia servasse exercitum, quàm multa millia hostium occidisse, ducere majorem gloriam esse. Hujus generis orationibus frustra habitis, & consule creato M. Atilio Regulo, ne præsens de jure imperii dimicaret, pridie quàm rogationis ferendæ dies adesset, nocte ad exercitum abiit. Luce ortâ, cùm plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris, favorque magistri equitum animos versabat, quàm satis audebant homines ad suadendum, quod vulgo placebat prodire: & favore superante, auctoritas tamen rogationi deerat. Unus inventus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, loco non humili solùm, sed etiam sordido ortus: patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum. Is juvenis, ubi ex eo genere quæstûs pecuniâ à patre relictâ, animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit, togaque & forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus causisque adversus rem & famam bonorum, primùm in notitiam populi, deinde ad honores pervenit: quæsturâ quoque & duabus ædilitatibus, plebejâ & curuli, postremò & præturâ perfunctus jam ad consulatûs spem cùm attolle-

---

Ne præsens, para que estando presente no impidiese que á Minucio le igualasen con el en el mando; el dia ántes que se publicase la ley, marchó al exército por la noche. *Magis*, siendo mayor el aborrecimiento secreto contra el dictador, y el favor ácia el comandante de caballería, que estaba apoderado de todos que el ánimo para aconsejar públicamente lo que al pueblo le agradaba; y aunque prevalecia el favor, con todo eso faltaba autoridad para intimar la ley. *Loco*, no solamente de nacimiento humilde, sino de oficio infame; pues dicen que él fué mancebo de tienda, y su padre carnicero, en el qual oficio vil se valio del hijo. *Is juvenis*, luego que este joven con el dinero, que su padre le dexó adquirido en este comercio, concibio esperanza de mejor estado; inclinándose á la carrera y exercicio de la abogacía, llegó á ser conocido del pueblo, y á los honores, defendiendo primeramente á hombres viles, y despues sosteniendo algunos pleytos contra la hacienda y honor de los buenos. *Postremo*, y por último llegó á ser pretor, concibiendo esperanzas de ser consul...

Ædilitatibus, y dos veces edil, ediles [illegible] y [illegible], á la una de la plebe, la otra de solo estos se les [illegible] los [illegible]. *Curuli*, [illegible] de curul, [illegible] á los de los nobles; porque habiendo mas magistrados mayores.

ret animos, haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit, scitique plebis unus gratiam tulit.

XVII. Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in exercitu erant, æqui atque iniqui, præter ipsum dictatorem, in contumeliam ejus latam acceperunt. Ipse quâ gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eâdem populi in se sævientis injuriam tulit: acceptisque in ipso itinere literis senatûsconsulti de æquato imperio, satis fidens haudquaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam, cum invicto à civibus hostibusque animo ad exercitum rediit. Minutius verò, cùm jam ante vix tolerabilis fuisset, secundis rebus ac favore vulgi; tum utique immodicè immodesteque non Annibale magis victo ab se quàm Fabio gloriari, *illum in rebus asperis unicum ac parem ducem quæsitum Annibali, majorem minori, dictatorem magistro equitum (quod nulla memoria habeat annalium) jussu populi æquatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere soliti sunt: in tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam, si dictatoris cunctatio in segnitie deorum hominumque judicio damnatà perstaret.* Itaque quo die primùm congressus est cum Fabio, *statuendum omnium primum* ait *esse, quemadmodum imperio adæquato utantur: se optimum ducere, aut diebus alternis, aut si majora intervalla placerent, partitis temporibus, alternis summum jus imperiumque esse, ut par hosti non*

Auram (Metáfora) no tuvo poca maña y astucia en grangearse el favor del pueblo con el aborrecimiento del dictador. *Scitique plebis*, (*Plebiscit.*) y él solo se alzó con la gloria de que el pueblo diese este decreto.

XVII. *Æqui*, amigos y enemigos. *Sævientis*, enfurecido contra él. *Imperandi*, que no eran iguales en el modo de mandar, aunque lo fuesen en el mando. *Tum utique*, comenzó entonces á vanagloriarse con mayor destemplanza y libertad de haber vencido no menos á Fabio que á Anibal. *Quod nulla*, de lo que no habia memoria en las historias. *Tremere*, temblar y llenarse de horror al ver los haces y segures que precedian al dictador. *In tantum*, tanto habia sido ensalzada, decia él, su fortuna y valor. *Se optimum*, que él tenia por el mas acertado, que cada uno tuviese todo el mando por dias, alternando, ó por mas tiempo, si así le agradaba.

solùm consilió, sed viribus etiam esset, si quam occasionem rei gerendæ habuisset. Q. Fabio haudquaquam id placere: *omnia enim fortunam habituram, quæcumque temeritas collegæ habuisset: sibi communicatum cum illo, non ademtum imperium esse. Itaque se numquam volentem parte, quá posset, rerum consilio gerendarum cessurum: nec se tempora aut dies imperii cum eo, sed exercitus divisurum: suisque consiliis, quoniam omnia non liceret, quæ posset servaturum.* Ita obtinuit, ut legiones, sicut consulibus mos esset, inter se dividerent. Prima & quartá Minutio; secunda & tertia Fabio evenerunt. Item equites pari numero, sociúmque & Latini nominis auxilia diviserunt: castris se quoque separari magister equitum voluit.

XVIII. Duplex inde Annibali gaudium fuit: (neque enim quidquam eorum, quæ apud hostes agerentur, eum fallebat, & perfugis multa indicantibus, & per suos explorantem) nam & liberam Minutii temeritatem se suo modo capturum, & solertiæ Fabii dimidium virium decessisse. Tumulus erat inter castra Minutii & Pœnorum, quem qui occupasset, haud dubiè iniquiorem erat hosti locum facturus. Eum non tam capere sine certamine volebat Annibal, quamquam id operæ pretium erat, quàm causam certaminis cum Minutio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius erat primâ specie inutilis insidiatori, quia non modò silvestre quidquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat, re ipsâ natus tegendis insidiis, eò magis,

---

Omnia enim, pues qualquiera que fuese la inconsideracion de su compañero, el suceso se atribuiría á la fortuna. *Se volentem*, que él nunca voluntariamente cederia en lo que pudiese el mando de la guerra. *Divisurum*, y que no dividiria con él el mando, ó por dias, ó por mas tiempo, sino, &c. *Ita obtinuit*, así se convinieron, &c. *Castris*, el comandante de caballería quiso tener campo á parte.

XVIII. *Nam et*, porque se alegraba de que podria acometer con sus ardides á la temeridad de Minucio, que ya estaba independiente; y de que la astucia de Fabio ya tenia la mitad de fuerzas menos. *Iniquiorem*, menos ventajoso. *Quamquam*, aunque esto era conducente. *Quam... contrahere causam*, como buscar ocasion de venir á las manos con Minucio. *Ager*, todo el campo que mediaba era á primera vista inutil para emboscadas, pues ni tenia árboles, ni aun una zarza, pero acomodado por lo mismo para asechanzas encubiertas...

quod in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat: & erant in anfractibus cavæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, quot quemque locum aptè insidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque: necubi tamen aut motus alicujus temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, missis paucis primâ luce ad capiendum, quem ante diximus, tumulum, avertit oculos hostium. Primo statim conspectu contempta paucitas, ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes: ad locum capiendum dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat, & vanis animis & minis increpat hostem. Principiò levem armaturam dimittit: deinde conserto agmine, mittit equites: postremò cùm hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. Et Annibal laborantibus suis alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam justam expleverat aciem, ac totis utrinque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum, pulsa detrusaque terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionum refugit: peditum acies inter perculsos impavida sola erat, videbaturque, si justa aut si recta pugna esset, haudquaquam impar futura: tantum animorum fecerat prosperè ante paucos dies res gesta. Sed exorti repentè insidiatores eum tumultum terroremque in latera utrinque ab tergoque incursantes, fecerunt, ut neque animus ad pugnam, neque ad fugam spes cuiquam superesset. Tunc Fabius primo clamore paventium audito, dein conspectâ procul turbatâ acie: *ita est*,

---

Et erant, y habia en los recodos del valle unos peñascos horadados. *Capere*, recibir dentro de sí. *Quot quemque*, quantos buenamente podian emboscarse en cada uno. *Necubi*, para que por ninguna parte, ó el movimiento de alguno al salir inconsideradamente, ó el resplandor de las armas descubriese el engaño. *Avertit*, se llevó esto la atencion del enemigo. *Ac sibi*, cada uno pedia la comision de echar de allí. *Deinde*, despues de trabada la batalla envió la caballería. *Alia auxilia*, nuevos refuerzos. *Jam justam*, ya habia hecho una batalla formal, y se peleaba. &c. *Præoccupatum*, subiendo por la parte inferior á la altura tomada ántes por los de Aníbal. *Videbaturque*, y parecia que, si hubiera peleado en buena guerra, esto es sin celadas. *Superesset*, ninguno tenia ánimo. *Ita est*, así es, dixo, no mas pronto de lo que me temia, la fortuna cazó la temeridad de Minucio...

inquit, *non celeriùs quàm timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Annibalem & virtute & fortunâ superiorem videt: sed aliud jurgandi succensendique tempus erit; nunc signa extra vallum proferte: victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus.* Jam magna ex parte cæsis aliis, aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repentè, velut cœlo demissa, ad auxilium ostendit. Itaque priùs quàm ad conjectum teli veniret, aut manum consereret, & suos à fuga effusa, & à feroci pugna hostes continuit. Qui solutis ordinibus vagè dissipati erant, undique confugerunt ad integram aciem, qui plures simul terga dederant, conversi in hostem volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. Ac jam prope una acies facta erat victi atque integri exercitûs; inferebantque signa in hostem, cùm Pœnus receptui cecinit, palam ferente Annibale, ab se Minutium, se à Fabio victum. Ita per variam fortunam diei majore parte exactâ, cùm in castra reditum esset, Minutius convocatis militibus. *Sæpe ego*, inquit, *audivi milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus: & dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus: castra cum Fabio jungamus. Ad prætorium ejus signa cùm tulerimus, ubi ego eum parentem appellavero, quod beneficio*

Sed aliud, pero ya habrá tiempo de hacerle mis cargos, y manifestarle mi sentimiento. *Extorqueamus*, arranquémosle la victoria, &c. y hagamos confesar á los ciudadanos su error. *Circumspectantibus*, echando las miras para huir. *Ad conjectum*, á tiro de flecha. *Qui solutis*, los que deshecha la formacion, andaban esparcidos, de todas partes acudieron á donde se renovó la batalla. *Volventesque*, y dando una media vuelta, ya retrocedian poco á poco, ya amontonados se detenian. *Ac jam*, y ya casi estaban incorporados los dos exércitos, el vencido, y el de Fabio, que estaba entero, y arremetian contra el enemigo. *Ita per*, pasada así la mayor parte del dia peleando con varios sucesos, y habiéndose vuelto á los reales unos y otros. *Qui ipse*, que aconseja lo que conviene, es el primero entre todos. *Eum*, este tal es de una índole reputada: el peor de todos. *Parere*, inclinemos nuestro ánimo á obedecer al que sabe mas que nosotros. *Prætorium*, á su tienda...

ejus erga nos, ac majestate ejus dignum est, vos milites eos, quorum vos modò arma dexteræque texerunt, patronos salutabitis: & si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vasa: profecti agmine incedentes ad dictatoris castra, in admirationem & ipsum & omnes, qui circa erant, converterunt. Ut constituta sunt ante tribunal signa, progressus ante alios magister equitum, cùm patrem Fabium appellasset, circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset: *Parentibus*, inquit, *meis, dictator, quibus te modo nomine, quo fando possum, æquavi, vitam tantùm debeo: tibi cùm meam salutem, tum omnium horum. Itaque plebiscitum, quo oneratus magis quàm honoratus sum, primus antiquo abrogoque: & quod tibi mihique, quod meo exercitui, tuoque conservato, ac conservatori sit felix, sub imperium auspiciumque tuum redeo, & signa hæc legionesque restituo: tu, quæso, placatus, me magistrum equitum, hos ordinibus suis, quemque teneri jubeas.* Tum dextræ interjunctæ, militesque, concione dimissâ, à notis ignotisque benignè atque hospitaliter invitati: lætusque dies ex admodum tristi paulo ante ac prope exsecrabili factus. Romæ, ut est perlata fama rei gestæ, dein literis non magis ipsorum imperatorum quàm vulgi militum ex utroque exercitu affirmata, pro se quisque Maximum laudibus ad cœlum ferre. Par gloria apud Annibalem hostesque Pœnos erat, ac tum demum sentire, cum Romanis, atque in Italia bellum esse: nam biennio ante adeo & duces Ro-

---

Patronos, los llamareis defensores vuestros: y ya que este dia no nos dé otra cosa, nos dará á lo ménos la gloria de agradecidos. *Ut colligantur*, tocan la trompeta para que recojan las tiendas; y yendo en formacion. *Tribunal*, la tienda de Minucio. *Quibus*, con quienes te he igualado en el nombre y del modo posible. *Itaque*, y así yo soy el primero en anular y renunciar el decreto del pueblo, que mas ha servido para deshonra mia, que para honor. *Oneratus*, *honoratus*, (Paranomasia.) *Auspiciumque*, conducta. *Tu, quæso*, te pido tengas á bien el que yo conserve mi grado de comandante de caballería, y cada uno de estos el suyo. *Tum dextræ*, entonces se dieron las manos unos á otros. *Dimissâ*, acabada la junta. *Hospitaliter*, y como á sus huéspedes. *Vulgi*, del comun de los soldados. *Pro se*, cada uno por su parte ensalzaba hasta el cielo. *Gloria* (sup. *Fabii*.) *Ac tum*, y entonces comenzaron a conocer que hacian guerra, &c.

manos & milites spreverant, ut vix cum eadem gente bellum esse crederent, cujus terribilem eam famam à patribus accepissent. Annibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, *tandem eam nubem, quæ sederet in jugis montium, sollicitatam procellâ imbrem dedisse.*

XIX. Dum hæc geruntur in Italia, Cn. Servilius Geminus consul cum classe navium circumvectus Sardiniæ & Corsicæ oram, & obsidibus utrinque acceptis, in Africam transmisit: & priùs quàm in continentem excensiones faceret, Meninge insulâ vastatâ, & ab incolentibus Cercinam, ne & ipsorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad litora Africæ accessit, copiasque exposuit. Inde ad populandum agrum ducti milites, navalesque socii juxta effusi, ac si insulas cultorum egentes prædarentur. Itaque in insidias temere illati, cùm à sequentibus palantes & locorum ignari circumvenirentur, cum multa cæde ac fœdâ fugâ retro ad naves compulsi sunt. Ad mille hominum, cum his Sempronio Blæso quæstore amisso, classis à litoribus hostium plenis trepidè soluta in Siciliam cursum tenuit: traditaque Lilybæi T. Otacilio prætori, ut à legato ejus P. Sura Romam reduceretur. Ipse per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit: literis Q. Fabii accitus & ipse & collega ejus M. Atilius, ut exercitum ab se, exacto jam prope semestri imperio, acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adversùs Annibalem rem gessise tradunt. Cœlius etiam eum primum à populo creatum dictatorem scribit. Sed & Cœlium & ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio,

---

Terribilem, fama de temibles. *Eam nubem*, que ya por último descargó la tempestad que amenazaba aquella nube, que andaba ántes por las cumbres de los montes.

XIX. *Circumvectus*, costeando la Cerdeña y Córcega. *Excensiones*, desembarcos. *Meninge*, Gerbe, (no lejos de Tripoli.) *Copiasque*, y desembarcó sus tropas. *Navales*, que los aliados de la tripulacion. *Effusi*, se aplicaron al saqueo con tal ahinco, como si saqueasen *cultorum egentes* despobladas. *Temere*, cayendo inconsideradamente. *Tenuit*, siguió su curso. *Pedibus*, caminando por tierra. *Exacto*, cumplido ya casi su mando por seis meses. *Sed et*, pero tanto Celio como los demas historiadores no advirtieron. &c...

Nubem, así llamaba á Fabio, que á manera de nube, andaba por las alturas.

qui tunc procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia exspectare territa jam clade civitas non poterat, eò decursum esse, ut à populo crearetur, qui pro dictatore esset; res inde gestas, gloriamque insignem ducis, & augentes titulum imaginis posteros, ut dictator prodictatore diceretur, facilè obtinuisse. Consules, M. Atilius Regulus, Cn. Servilius Geminus, exercitu accepto, hibernaculis maturè communitis (tunc enim autumni erat tempus) Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Frumentatum exeunti Annibali diversis locis opportunè aderant, carpentes agmen, palantesque excipientes: in casum universæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. Adeoque inopiâ est coactus Annibal, ut, nisi tum fugæ speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit; nullâ relictâ spe alendi exercitûs in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent.

XX. Cum ad Geronium, jam hieme impendente, constitisset bellum, Neapolitani legati Romam venere: ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita verba facta, ut dicerent, *scire se, Romani populi ærarium bello exhauriri: & cùm juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite, atque arce Italiæ, urbe Romana, atque imperio geratur; æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi cum ad ipsorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à majoribus relictum foret, eo juvare populum Romanum: si quam opem in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturos; gratum sibi patres*

Eò decursum, que se recurrió á que el pueblo nombrase un prodictador. *Et augentes*, y sus descendientes, que añadieron este nuevo título á sus timbres, lograron. &c. *Carpentes*, picándoles la retaguardia. *In casum*, pero nunca se expusieron á una batalla decisiva, que era lo que el enemigo con vivas ansias pretendia. *Adeoque*, y se vio tan necesitado de víveres, que á no haber temido dar á entender que huía con su marcha, se hubiera vuelto.

XX. *Constitisset*, estando el teatro de la guerra junto á San Martin, y el invierno casi encima, &c. *Atque ita*, y hablaron en tales términos. *Exhauriri*, que se iba agotando. *Pro urbibus*, en defensa de las ciudades. *Capite*, capital. *Ad subsidium*, para el socorro de sus necesidades casuales. *Si quam*, que si en otra cosa creían poderlos ayudar, estaban prontos á hacerlo igualmente. *Studio*, con la misma aficion...

Romanos, populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent, dignosque judicaverint, à quibus donum animo ac voluntate eorum, qui libentes darent, quàm re, majus ampliusque acciperent. Legatis gratiæ actæ pro munificentia curaque; paterâ, quæ ponderis minimi fuit, acceptâ.

XXI. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus: & servi quinque & viginti in crucem acti, quòd in campo Martio conjurassent: indici data libertas & æris gravis viginti millia. Legati & ad Philippum Macedonum regem missi ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset: & alii in Ligures ad expostulandum, quòd Pœnum opibus auxiliisque suis juvissent: simul ad visendum ex propinquo, quæ in Bojis atque Insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in Illyrios legati missi ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum; aut, si diem proferre vellet, obsides accipiendos. Adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. In religionem etiam venit, ædem Concordiæ, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius prætor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse. Itaque duumviri ad eam rem

---

Dignosque, y los tuviesen por dignos de admitir de ellos un dón mayor y mas cumplido por la voluntad, &c.

XXI. *Fefellerat*, habia estado oculto. *Præcisisque*, y cortadas las manos le dexaron ir libre. *Conjurassent*, por haber formado una conjuracion. *Indici*, al que la descubrió. *Expostulandum*, á quejarse. *Æris*, veinte mil ases del peso de una libra cada uno. *Stipendium*, á pedir el tributo, ó pago de la tropa, pues ya habia espirado el término ó tiempo. *Cervicibus*, (Metáfora muy enfática y expresiva.) De modo, que aunque los Romanos estaban agoviados con la presente guerra, la diligencia de la república no dexaba de atender á todas partes. *In religionem*, entraron tambien en escrúpulo, por no haber edificado el templo á la diosa Concordia, que, &c...

Paterâ, no es fácil de conocer, a qué hávamos de atribuir esta accion extraordinaria de los Romanos, si a grandeza de ánimo y desinteré, á arrogancia, o á una política en disimular su infelicidad.

Æris, dice *gravis*, porque no era moneda acuñada.

Bojis, en el Borbones.

Illyrios, Eslavonia, al presente.

creatì ab Æmilio prætore urbano Cn. Pupius, & Cæso Quintius Flaminius ædem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem prætore ex senatûs consulto literæ ad consules missæ, ut, si iis videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret: se in eam diem, quâ jussissent, comitia edicturum. Ad hæc à consulibus rescriptum, *sine detrimento reip. abscedi non posse ab hoste: itaque per interregem comitia habenda esse potius, quàm consulum alter à bello avocaretur.* Patribus rectius visum est, dictatorem à consule dici comitiorum habendorum causâ. Dictus L. Veturius Philo, M. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. His vitio creatis, jussisque die quartodecimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit. Consulibus prorogatum in annum imperium: interreges proditi à patribus Cn. Claudius Appii filius Centho, inde P. Cornelius Asina. In ejus interregno comitia habita magno certamine patrum ac plebis. C. Terentium Varronem, sui generis hominem, plebi, insectatione principum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabii opibus & dictatorio imperio concussis, alienâ invidiâ splendentem, vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur. Patres summâ ope obstabant, ne se insectando, sibi æquari assuescerent homines. Bæbius Herennius tribunus plebis cognatus C. Terentii, criminando non senatum modò, sed etiam augures, quòd dictatorem prohibuisent comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato suo conciliabat. *Ab homini-*

Locaverunt, dieron por asiento la construccion del templo. *Rescriptum*, respondieron á esto los Cónsules. *Interregem*, por uno que hiciese sus veces, como si dixéramos Virey, y Vice-Consul. *Dici*, que se eligiese. *Dictus*, elegido Dictador. *His vitio*, habiendo habido defecto en la eleccion de estos, y mandándoles dexar el empleo á los catorce dias, paró la cosa en nombrar Vireyes. *Interreges*, nombrados Vireyes, &c. *C. Terentium Varronem sui*, el populacho pretendia levantar á la dignidad consular á C. Terencio Varron, hombre plebeyo, y agradable á la plebe, ya por ser contrario de la nobleza, ya por su habilidad en grangearse la voluntad del pueblo, desde que abatió el poder, y cortó el mando del dictador Fabio, haciéndose visible con el odio de otros. *Patres*, los senadores ponian todo empeño en que los plebeyos no se acostumbrasen á igualarse con ellos, atendiendo su dignidad...

Candidato, su pretendiente. Llamabanse asi metafóricamente los pretendientes, porque á la toga, de que usaban, la blan-

bus nobilibus per multos annos bellum quærentibus, Annibalem in Italiam adductum: ab iisdem, cùm debellari possit, fraude id bellum trahi: cum quatuor militum legionibus universis pugnari posse apparuisse, eò quòd M. Minutius absente Fabio prosperè pugnasset: duas legiones hosti ad cædem objectas; deinde ex ipsa cæde ereptas, ut pater patronusque appellaretur, qui priùs vincere prohibuisset Romanos, quam vinci. Consules deinde Fabianis artibus, cùm debellari posset, bellum traxisse. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quàm consulem verè plebejum, id est hominem novum, fecissent. Nam plebejos nobiles jam eisdem initiatos esse sacris, & contemnere plebem, ex quo contemni desierint à patribus, cœpisse. Cui non id apparere, id actum, & quæsitum esse, ut interregnum iniretur, ut in patrum potestate comitia essent? Id consules ambos ad exercitum morando quæsiisse: id postea, quia invitis iis dictator esset dictus comitiorum causâ, expugnatum esse, ut vitiosus dictator per augures fieret. Habere igitur interregnum eos: consulatum unum certè plebis Romanæ esse: populum liberum habiturum ac daturum ei, qui magis vincere, quàm diu imperare, malit. Cùm his orationibus accen-

---

Trahi, la alargaban. *Apparuisse*, que se habia visto poderse pelear. *Id fœdus*, que esto era una manera de convenio hecho entre los nobles. *Plebejos nobiles*, tradúzcase: pues decian que los que siendo de orígen plebeyo, se adquirieron la nobleza, obtenian los mismos empleos de la religion, que los nobles, y que comenzaban ya á despreciar la plebe, desde que el senado los daba honroso tratamiento. *Id postea... expugnatum*, despues lograron el que los agoreros diesen por defectuosa la eleccion del dictador, porque contra su voluntad, &c. *Habere*, decia, que ya tenian ellos el privilegio de que se nombrase Virey uno de su clase, así como era fuero del pueblo el tener un cónsul de la suya: por tanto que el pueblo sería libre en nombrar y elegir á quien atendiese mas á vencer, que á mandar por mucho tiempo...

---

queaban con una greda muy brillante, como ahora nuestro almidon, con lo qual denotaban que pretendian el empleo con sana intencion, y sin sobornos, solo fundados en sus brillantes méritos, ó en los de sus abuelos. Tambien el que desea aprender una facultad, como *philosophiæ*, *eloquentiæ candidatus.*

Plebejos, plebeyos que consiguieron la nobleza obteniendo empleos curules.

Sacris, significa el augurado, pontificado y otros sacerdocios.

sa plebs esset, tribus patritiis petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Vulsone, M. Æmilio Lepido, duobus nobilibus jam familiarum plebis, C. Atilio Serrano, & Q. Ælio Pæto, quorum alter pontifex, alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegæ. Tum experta nobilitas parum fuisse virium in competitoribus ejus, L. Æmilium Paulum, qui cum M. Livio consul fuerat, & damnatione collegæ & suâ prope ambustus evaserat, infestum plebi, diu ac multùm recusantem ad petitionem compellit. Ita is proximo comitiali die, concedentibus omnibus, qui cùm Varrone certaverant, par magis in adversando, quàm collega, datur consuli. Inde prætoria comitia habita: creati Manius Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Romæ juris dicendi urbana sors Pomponio inter cives Romanos, & inter peregrinos P. Furio Philo evenit. Additi duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt; nec cuiquam eorum, præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset, præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quantæ autem peditum equitumque additæ sint copiæ, adeo & numero & genere copiarum variant auctores, ut vix quidquam satis certum affirmare ausim. Decem millia novorum militum alii scripta in supplementum, alii novas

---

Duobus, y otros dos nobles por los empleos que tuvo su familia, pero de origen plebeyo. *Rogando collegæ*, para nombrar otro consul: *Competitoribus*, pretendientes. *Ambustus*, (propiamente chamuscado. El sentido es, que casi salió herido con el golpe de la condenacion de su compañero. Metáfora.) *Ita is*, este pues en el primer dia en que pudieron celebrarse las juntas, con la anuencia de los competidores de Varron, fue nombrado por cónsul no tanto para compañero suyo, quanto porque contrarestase al poderío de Varron. *Pomponio*, á Pomponio le tocó administrar justicia á los ciudadanos. *Præteritis*, no haciéndose cuenta. *Quia in tali*, porque en tales circunstancias parecia no deberse dar empleo ninguno á primerizos, ó á los que no le hubiesen obtenido antes. *In supplementum*, para completar las legiones.

Consulatum. Ya por entonces era privilegio de la plebe, que uno de los consules se nombrase de su clase, quando antes los dos eran del orden patricio. *Duo prætores*, véase el índice.

quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus rem gererent. Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, trecenti equites essent: socii duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent. Septem & octoginta millia armatorum & ducentos in castris Romanis, cùm pugnatum ad Cannas est, quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam, quàm prioribus annis, quia spem, posse vinci hostem, dictator præbuerat. Ceterùm priùs quàm signa ab urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi, propter territos vulgò homines novis prodigiis. Nam & Romæ in Aventino & Ariciæ nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse, & multo cruore signa in Sabinis sudasse, aquas è fonte calidas manasse. Id quidem & quòd sæpius acciderat, magis terrebat: & in via Fornicata, quæ ad campum erat, aliquot homines de cœlo tacti exanimatique fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati à Pæsto pateras aureas Romam attulerunt. Iis, sicut Neapolitanis, gratiæ actæ, aurum non acceptum.

XXII. Per eosdem dies ab Hierone classis Ostiam cum magno apparatu accessit: legati Syracusani in senatum introducti nunciarunt, *cædem C. Flaminii consulis, exercitûsque allatam adeo ægrè tulisse regem Hieronem, ut nullà sua propià regnique sui clade moveri magis potuerit: itaque, quamquam probè sciat, magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus quàm secundis esse; missa tamen à se omnia, quibus à bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant: quæ ne accipere abnuant, magnopere se P. C. orare. Jam omnium primum*

Illud haudquaquam, en lo que todos convienen es, que se peleó con mas calor y empeño que, &c. *Territos*, por estar atemorizado el comun del pueblo. *Multo cruore*, que las estátuas en los Sabinos sudaron mucha sangre, y manó agua caliente de las fuentes. *Via fornicata*, en el paradizo en forma de boveda, que iba al campo Marcio, algunos hombres heridos de un rayo quedaron muertos. *Procurata*, expiaronse estos malos pronosticos segun lo que hallaron en los libros de las Sybilas. *Pæsto*, Pesti pueblo en la [illegible]

XXII. *Afecisse*, habia causado tanto sentimiento al Rey Hieron que no pudo sentir mas ninguno desastre suyo, &c. *Abnuant*, no rehusen admitir.

ominis causâ, Victoriam auream pondo trecentorum viginti afferre sese: acciperent eam, tenerentque, & haberent propriam & perpetuam: advexisse etiam trecenta millia modiûm tritici, ducenta hordei, ne commeatus deessent; & quantum præterea opus esset, & quò jussissent, subvecturos. Milite atque equite scire, nisi Romano, Latinique nominis, non uti populum Romanum: levium armatorum auxilia etiam externa vidisse in castris Romanis; itaque misisse mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum adversùs Baleares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes. Ad ea dona consilium quoque addebant, *ut prætor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam trajiceret: ut & hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daret iis ad auxilia Annibali summittenda.* Ab senatu ita responsum regi est. *Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse; ac rem Romanam omni tempore ac loco munificè adjuvisse: id perinde ac deberet, pergratum populo Romano esse. Aurum & à civitatibus quibusdam datum, gratiâ rei acceptâ, non accepisse populum Romanum: Victoriam, omenque accipere, sedemque ei se divæ dare; dicare Capitolium, templum Jovis Optimi Maximi: in ea arce urbis Romæ sacrata, volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore populo Romano.* Funditores sagittariique & frumentum traditum consulibus. Quinqueremes ad navium classem, quæ cum T. Otacilio proprætore in Sicilia erat, quinque & viginti additæ: permissumque est, ut, si è rep. censeret esse, in Africam trajiceret.

XXIII. Delectu perfecto, consules paucos morati

Ominis, en señal de buen aguero. *Modiûm*, en lugar de *modiorum*, celemines. *Pugnacesque*, y contra otras naciones, que peleaban con dardos. *Minusque*, y no estuviesen tan desahogados para enviar socorro à Anibal. *Perinde ac*, como era obligacion. *Gratiâ*, aunque habian agradecido el favor. *Victoriam*, que admitian el don de la Diosa Victoria, y su buen pronostico; y que la señalaban y consagraban para su colocacion en el capitolio el templo, &c. *E rep.* conducente á la república...

Victoriam, una estatua de la victoria del peso de 320 libras de oro. Segun nuestra moneda su valor un millon, seiscientos treinta y ocho mil y quatrocientos reales.

dies, dum socii ab nomine Latino venirent. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando à tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat: & ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent, suâ voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi aut petendi, aut *hostis* feriendi, aut civis servandi causâ. Id ex voluntario inter ipsos fœdere à tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum. Conciones, priùs quàm ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denunciantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet; se quo die hostem vidisset, profligaturum. Collegæ ejus Pauli una, pridie quàm ex urbe proficisceretur, concio fuit, verior quàm gratior populo, quâ nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo: *Mirari se, quomodo quis dux, prius quam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, jam nunc locatus in urbe sciret, quæ sibi agenda armato forent: & diem quoque prædicere posset, quâ cum hoste*

XXIII. *Jurejurando*, los obligaron á hacer juramento los tribunos militares. *Abituros*, de que no abandonarian la milicia sin licencia. *Nam... nihil præter*, pues hasta entónces no se observaba otro juramento sino el que era ya de costumbre: y quando acudian á formarse los de á caballo en decurias, y la infantería en centurias, juraban de su propia voluntad unos y otros, &c. *Ergo*, que ni para huir, ni por miedo desampararian las banderas. *Neque ex ordine*, ni que desampararian su formacion. *Nisi teli*, si no para tomar ó buscar armas. *Id ex voluntario*, y de este voluntario juramento dimanó, que despues los tribunos los obligaron á jurar, quedando ya en costumbre. *Profligaturum*, acabaria con él. *Inclementer*, nada de duro contra Varron, sino solo lo siguiente. *Locatus*, estando en Roma. *Et diem quoque*, y que pudiese tener conocimiento del dia en que habia de pelear y venir á las manos con el enemigo...

Sacramentum, entre los Romanos ninguno podia pelear contra el enemigo sin hacer primero juramento de fidelidad: esto era sacramentum. Despues los mismos soldados voluntariamente solian tambien jurar entre sí, como dice aquí T. Livio: esto era conjuratio; pero en esta ocasion obligaron los tribunos tambien á este último.

signis collatis esset dimicaturus. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum: optare, ut, quæ cautè atque consultè gesta essent, satis prosperè evenirent: temeritatem, præterquam quòd stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse. Eum suâ sponte apparebat tuta celeribus consiliis præpositurum: & quò id constantiùs perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem allocutus fertur: *Si aut collegam (id quod mallem) tui similem, L. Æmili, haberes, aut tu collegæ tui similis esses, supervacanea esset oratio mea: nam & duo boni consules, etiam me tacente, omnia è rep. fide vestrâ faceretis; & mali nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis reciperetis: nunc & collegam tuum & te talem virum intuenti mihi, tecum omnis oratio est: quem video nequidquam & virum bonum & civem fore, si alterà parte claudicet respublica: malis consiliis idem ac bonis juris & potestatis erit. Erras enim, L. Paule, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quàm cum Annibale, futurum censes; nescio an infestior hic adversarius, quàm ille hostis, maneat: & cum illo in acie tantùm; cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: & adversùm Annibalem legionesque ejus tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi est; Varro dux tuis militibus te est oppugnaturus. Ominis etiam tibi causâ absit C. Flaminii memoria: tamen ille consul demum & in provincia & ad exercitum cœpit furere: hic priùs quàm peteret*

Se quæ, que él ántes de la ocasion no podia adivinar las determinaciones, que los sucesos obligan á tomar al hombre, antes que las que el hombre aplica á las cosas. *Ad id*, hasta entónces. *Et quò*, y para que permaneciese mas en su propósito. *Etiam me*, aunque yo no os lo dixera, obraríais conforme á vuestra fidelidad, y al interés de la república. *Et mali*, y siendo malos, ni daríais oidos á mis palabras, ni admitiríais. *Nunc et*, mas ahora considerando yo la condicion de tu compañero, y quien tú eres. *Tecum*, á tí se encamina mi razonamiento, á quien veo que de poco ha de servir el ser varon esforzado y buen ciudadano, si la república coxea de un pie. *Malis consiliis*, él con sus consejos desacertados tendrá igual poder y mando, que tú con los buenos. *Cum hoc*, con éste has de pelear en todos los lugares y tiempos. *Ominis*, olvídate de la conducta de Flaminio, porque no te sirva de mal pronostico...

Claudicet, alude á las determinaciones de Varron que no eran tan acertadas.

consulatum; deinde in petendo consulatu; nunc quoque consul, priùs quàm castra videat, aut hostem, insanit. Et qui tantas jam nunc procellas, prælia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum, & ubi extemplo verba res sequitur? Atqui si hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit: aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus adversus unum est: & ego contemnendo potiùs, quàm appetendo gloriam, modum excesserim: sed ita res habet. Una ratio belli gerendi adversus Annibalem est, quá ego gessi: nec eventus modò hoc docet; stultorum iste magister est: sed eadem ratio, quæ fuit futuraque, donec res eædem manebunt, immutabilis est. In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro: omnia circa plena civium ac sociorum sunt, armis, viris, equis, commeatibus juvant, juvabuntque: id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt: meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque fecit. Annibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestaque, procul à domo, procul à patria. Neque illi terrá neque mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sui videt, in diem rapto vivit: partem vix tertiam exercitûs ejus habet, quem Iberum amnem trajecit: plures fames quàm ferrum absumpsit: nec his paucis jam victum suppeditat. Dubitas ergo, quin eum sedendo superaturi simus,

---

Et qui, y uno que estando aun en la ciudad mueve tan grandes tempestades, jactándose de las batallas, que ha de dar. *Et ubi*, y donde decir y hacer es lo mismo? *Aut ego*, o yo no entiendo nada de milicia, ni conozco qué calidad de guerra es ésta, ni tampoco al enemigo; ó el lugar donde acampa nuestro exército, ha de ser mas famoso por nuestra derrota, que el lago de Perusa. *Modum*, me he excedido. *Sed eadem*, si no la razon, lo que permaneciendo las cosas en su ser, siempre es la misma que fué, y no se muda. *Viris, equis*, infantería y caballería. *Nihil usquam*, por parte ninguna ve un palmo de tierra, que pueda llamarse suyo; y vive para pasar el dia con lo que roba. *Ac [illegible]*, mas murieron de hambre, &c. *Suppeditat*, no tiene ya que darles de comer. *Quin eum*, que estándonos quietos hemos de vencer al que se va consumiendo mas cada dia?...

Togatos, opuesto á *armatos*, que son los que están en el campo de batalla.

Stultorum, alude á aquella sentencia de [illegible], la calamidad al necio le hace cuerdo.

qui senescat in dies? non commeatus, non supplementum, non pecuniam habeat? Quamdiu pro Gerunii, castelli Apuliæ inopis, tamquam pro Carthaginis mœnibus, pugnatum est? Sed ne adversùs te quidem ego gloriabor. Cn. Servilius, atque M. Atilius, proximi consules, vide quemadmodum eum ludificati sint. Hæc una salutis est via, L. Paule, quam difficilem infestamque cives sibi magis, quam hostes facient: idem enim tui, quod hostium milites, volent: idem Varro consul Romanus, quod Annibal Pœnus imperator, cupiet: duobus ducibus unus resistas oportet; resistes autem, adversùs famam rumoresque hominum si satis firmus steteris: si te neque collegæ vana gloria, neque tua falsa infamia moverit. Veritatem laborare nimis sæpe ajunt, extingui numquam. Gloriam qui spreverit, veram habebit. Sine, timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli vocent: malo, te sapiens hostis metuat, quàm stulti cives laudent. Omnia audentem contemnet Annibal: nil temere agentem metuet. Nec ego, ut nihil agatur, moneo, sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna: tuæ potestatis semper, tuaque omnia sint: armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des: omnia non properanti clara certaque erunt; festinatio improvida est & cæca. Adversùs ea oratio consulis haud sanè læta fuit, magis fatentis ea, quæ diceret, vera, quàm facilia factu esse. *Dictatori magistrum equitum intolerabilem fuisse; quid consilii adversùs collegam seditiosum ac temerarium virum atque auctoritatis fore? Se populare incendium priore consulatu semiustum effu-*

S[illegible], gente para emplear. *Adversùs*, en tu presencia. [illegible], que haria dificil y nocivo. *Idem*, porque lo [illegible] pretenden los enemigos, pretenderán los tuyos por la [illegible] Varron. *Veritatem*, pues es un adagio bastante [illegible] verdad adelgaza, pero no quiebra. *Vocent*, (sup. *ut*) [illegible] el nombre de cobardía á tu prudencia, de pereza [illegible], y de poco valor á tu pericia militar. *Nec ego*: ni [illegible] te estés mano sobre mano, sino que en obrar te [illegible], al que no se precipita le sale todo bien; el [illegible], y sin cordura. *Adversùs ea*, lo que el [illegible] no fué ciertamente cosa alegre, confesando [illegible] era mas cierto que practicable. *Se populare*, [illegible] habia evitado la [illegible] del pueblo en su primer consulado, del que salió medio herido...

Semiustum, alude á lo que se dixo en el cap. 21. *prope ambustus.*

gisse: optare, ut omnia prosperè evenirent; ac si quid adversi caderet, hostium se telis potiùs, quàm suffragiis iratorùm civium, caput objecturum.

XXIV. Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt, prosequentibus primoribus patrum. Plebejum consulem sua plebs prosecuta, turbâ quàm dignitate conspectior. Ut in castra venerunt, permisto novo exercitu ac vetere, castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Annibalem, in veteribus major pars & omne robur virium esset, tum anni prioris consulem M. Atilium ætatem excusantem Romam miserunt. Cn. Servilium in minoribus castris legioni Romanæ & sociorum peditum equitumque duobus millibus præficiunt. Annibal, quamquam parte dimidiâ auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mirè gaudere: non solùm enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem, quidquam reliqui erat, omni undique frumento, posteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto: ut vix decem dierum, quod compertum postea est, frumentum superesset: Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporis exspectata foret. Ceterùm temeritati consulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quòd in prohibendis prædatoribus tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quàm ex præparato, aut jussu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Ad mille & septingentos cæsi: non plus centum Romanorum sociorumque occisis. Ceterùm victoribus effusè sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus consul, cujus eo die (nam alter-

---

Objecturum, expondria su cabeza, su vida.

XXIV. *Ab hoc*, despues de dicho esto. *Prosequentibus*, acompañandole los principales senadores. *Sua plebs*, los plebeyos, que apoyaban el dictámen de Varron, mas visibles por el número, que por su calidad. *Ætatem*, excusándose de que por la edad no podia servir. *Superabat*, pues no solo no le quedaba de los víveres que habia robado, para pasar el dia. *Transitio*, pasarse á los Romanos. *Si maturitas*, si hubiera aguardado Anibal á que los frutos madurasen. *Præpropero*, arrebatada índole. *Quod*, porque en una escaramuza, que tuvieron para impedir el pillage de los Cartagineses, mas por el arrebato y atrevimiento de los soldados, que con consejo y siguiendo las órdenes de los generales, los de Anibal no sacaron tanto provecho de la pelea. *Effuse sequentibus*, siguiendo el alcance desapoderadamente. *Nam alternis*, porque mandaban por dias...

nis imperitabant) imperium erat; Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem è manibus: debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Annibal id damnum haud ægerrimè pati: quin potiùs credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac novorum maximè militum esse: & omnia ei hostium haud secus quàm sua nota erant: dissimiles discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque locum & tempus insidiis aptum se habere ratus, nocte proximâ, nihil præter arma ferentes secum milites, ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit: transque proximos montes lævâ pedites instructos condit, dextrâ equites, impedimenta per cornua in medium agmen traducit, ut diripiendis velut desertis fugâ dominorum castris occupatum impeditumque hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes, ut fides fieret, dum ipse longius spatium fugâ præriperet, falsâ imagine castrorum, sicut Fabium priore anno frustratus esset, tenere in locis consules voluisse. Ubi illuxit, subductæ primò stationes, deinde propiùs adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis compertâ solitudine in castris, concursus fit ad prætoria consulum nunciantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus castra reliquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinùs castra diripienda: & consul alter velut unus turbæ militaris erat.

Debellarique, y que se pudo haber acabado con el enemigo, si no hubieran desistido del alcance. *Annibal*, no le fué muy sensible á Annibal este golpe, ántes se persuadio, que solo habia servido de cebo para empeñar la temeridad del consul mas feroz, y de los soldados con especialidad por ser visoños. *Castra*, dexo los reales llenos de ajuar del comun, y de los particulares. *Crebri*, dexó varias hogueras en el real, como para dar á conocer, que con esta apariencia falsa queria mantener en sus puestos á los cónsules, miéntras tenia mas tiempo para huir. *Falsa*, con aquella apariencia de reales. *Ubi*, luego que amanecio, el ver primero los reales sin abanzadas, y despues el silencio que notaron, acercándose mas, les puso en admiracion. *Stantibus*, quedando puestas las tiendas de campaña. *Obscurior*, para ocultar mas. *Crebros*, hogueras á trechos. *Et consul*, y uno de los consules (Varron) pensaba como el comun de los soldados; pero Paulo decia y repetia que debian mirarlo mas despacio, y precaver alguna zalagarda...

Paulus etiam atque etiam dicere, providendum præcavendumque esse. Postremò cùm aliter neque seditionem, neque ducem seditionis sustinere possent, M. Statilium præfectum cum turma Lucanorum exploratum misit: qui ubi adequitavit portis, subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit: speculatusque omnia cum cura, renunciat insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quæ vergat in hostem, relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in promptu relicta: argentum quibusdam locis temere per vias velut objectum ad prædam vidisse. Quæ ad detinendos à cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt: & clamore sublato à militibus, nisi signum detur, sine ducibus ituros, haudquaquam dux defuit: nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus, cùm ei suâ sponte cunctanti, pulli quoque auspicio non addixissent, obnunciari jam efferenti portâ signa collegæ jussit; quod quamquam Varro ægrè est passus, Flaminii tamen recens casus, Claudiique consulis primo Punico bello memorata navalis clades religionem animo incussit. Dii prope ipsi eo die magis distulere quàm prohibuere imminentem pestem Romanis. Nam fortè ita evenit, ut, cùm referri signa in castra jubenti consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Servilio atque Atilio consulibus inter pabulatores excepti à Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules denunciant, omnem exercitum Annibalis trans proximos

---

Adequitavit. Llegó á caballo hasta las puertas de los reales. *Vallum* la fortificacion; vallado. *Quæ vergat*, que mira. *Cara*, todo lo mas precioso dexado allí á la mano. *Temerè*, como por olvido. *Quæ ad*, lo que dixo, para contener la codicia de los soldados, les aumentó mas los deseos. *Cùm ei*, como á su natural detencion se juntase el que los pollos no le daban buen pronóstico, mandó dar parte de ello á su compañero, que ya con su gente salia de los reales. *Ægrè*, le sentó mal. *Casus*, el desastre reciente. *Religionem*, le metió en escrúpulo; le intimidó. *Pestem*, la ruina. *Referri signa*, volver los esquadrones á los reales. *Excepti*, hechos prisioneros entre los forrageros...

Pulli, la supersticion Romana llegaba á tanto, que del modo de picar el grano, que echaban á los pollos, tomaban los pronósticos para sus empresas; y el peor de todos era, quando dexaban el grano como si siempre hubieran de estar comiendo.

montes sedere in insidiis. Horum opportunus adventus consules imperii potentes fecit: cùm ambitio alterius suam primùm apud eos pravâ indulgentiâ majestatem solvisset.

XXV. Annibal, postquam motos magis inconsultò Romanos, quàm ad ultimum temere evectos, vidit; nequidquam detectâ fraude, in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat: novaque consilia in dies non apud milites solùm mistos ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem, oriebantur. Nam cùm initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primò, postremò famem; & mercenarios milites, maximè Hispani generis, de transitione cepisse consilium fama esset, ipse etiam interdum Annibal de fuga in Galliam dicitur agitasse: ita ut, relicto peditatu omni, cum equitatu se proriperet. Cùm hæc consilia, atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit in calidiora atque eò maturiora messibus Apuliæ loca: simul ut, quò longiùs ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent. Profectus est nocte, ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed per eumdem Lucanum Statilium, omnibus ultra castra transque montes exploratis, cùm relatum esset visum procul hostium agmen: tum die sequenti ejus insequendi consilia agitari cœpta. Cùm utriusque consulis eadem esset, quæ semper ante fuisset, sententia; ceterùm Varroni ferè omnes, Paulo nemo, præter Servilium

---

Horum, la oportuna venida de estos hizo que los cónsules tuviesen á raya á la tropa: pues la ambicion, con la mala condescendencia del uno le habia disminuido la autoridad para con los soldados.

XXV. *Annibal*, viendo Anibal que habiéndose movido inconsideradamente los Romanos, no pasaron adelante con su temeridad, descubiertas por el enemigo sus asechanzas, que le salieron en vano. *Nam cum*, porque como al principio comenzasen á gruñir, y despues abiertamente á pedir á voces su paga los soldados, quejosos primeramente de las provisiones, y ultimamente del hambre. *Proriperet*, se marchase de allí. *Cum hæc*, tomando estas determinaciones, y estando los ánimos en esta disposicion. *Movere*, determinó levantar el campo, é irse á la Pulla, lugar mas cálido, y donde mas pronto las mieses llegaban á sazon. *Transfugia*, y fuese mas dificultoso á sus soldados inconstantes el pasarse al enemigo...

prioris anni consulem, assentiretur; majoris partis sententia ad nobilitandas clade Romanâ Cannas, urgente fato, profecti sunt. Prope eum vicum Annibal castra posuerat aversa à Vulturno vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. Id cùm ipsis castris percommodum fuit, tum salutare præcipuè futurum erat, cùm aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum afflante vento, in obcæcatum pulvere effuso hostem pugnaturi.

XXVI. Consules satis exploratis itineribus sequentes Pœnum, ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Pœnum habebant, bina castra communiunt, eodem ferme intervallo, quo ad Geronium, sicut ante, copiis divisis. Aufidus amnis utrisque castris affluens, aditum aquatoribus ex sua cujusque opportunitate haud sine certamine dabat. Ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum erant, liberiùs aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium præsidium. Annibal spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturus copiam pugnandi consulibus, dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordiâ consulum Romana castra; cùm Paulus Sempronii & Flaminii temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabii objiceret: testareturque deos & homines: hic, nullam penes se culpam esse, quod An-

---

Majoris partis, siguiendo el dictamen de la mayor parte, se fueron á Canas, á donde los conducia su hado, para hacer famoso este lugar con la derrota del exército Romano. *Prope*. Anibal acampó cerca de aquella aldea vuelto de espalda al abrego, que en aquellos campos abrasados por la sequedad levanta nubes de polvo. *Cum aciem*, teniendo ellos que pelear, dándoles el viento en las espaldas, y á los enemigos de frente, cegándolos el polvo.

XXVI. *Aufidus*, el rio Ofanto que corria cerca de los dos campos. *Aditum... dabat*, les daba entrada para tomar agua por estar cerca unos de otros, mas no sin escaramucear. *Liberius*, tomaban agua sin tanto riesgo. *Annibal*, contando Anibal en el lugar ventajoso para pelear con la caballería, en la que era invencible, dirige su gente, y provoca al enemigo escaramuceando con los Numidas. *Cum Paulus*, dando el consul Paulo en cara á Varron con su temeridad semejante á la de Sempronio y Flaminio; y Varron respondiendo que el exemplo de Fabio solo favorecia á generales cobardes y tímidos...

Cannas, hoy territorio de Bari.

nibal jam velut suam cepisset Italiam, se constrictum à collega teneri: ferrum atque arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibus: ille, si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exsortem, omnis tamen eventûs participem fore diceret: videret, ut quibus lingua prompta ac temeraria esset, æquè in pugnam vigerent manus. Dum altercationibus magis quàm consiliis tempus teritur, Annibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, cùm in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit: quam inconditam turbam cùm vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam, atque ipsas prope portas evecti sunt. Id verò indignum visum, ab tumultuario auxilio jam etiam castra Romana terreri, ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen, dirigerentque aciem, tenuerit Romanos, quòd summa imperii eo die penes Paulum fuerit. Itaque Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, nihil consulto collegâ signum pugnæ proposuit: instructisque copiis flumen transivit, sequente Paulo: quia magis non probare quàm non adjuvare consilium poterat. Transgressi flumen, eas quoque, quas in castris minoribus habuerant copias, suis adjungunt: atque ita instructâ acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites: lævum cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium juncti legionibus Romanis tenuerunt jaculatores. Ex cete-

---

Jam velut, de que Anibal hubiese hecho suya en cierta manera la Italia. *Ille*, Varron decia, que si sucedia alguna calamidad al exército aventurado, y expuesto á una batalla inconsiderada y temeraria, el ni tendria la culpa, ni dexaria de tocarle parte del mal que viniese: y que cuidase de que manifestasen peleando el mismo valor aquellos, que eran mas descompuestos y temerarios en hablar. *Ad multum*, hasta muy entrado el dia. *In stationem*, llegaron hasta la abanzada, que estaba en los atrincheramientos, y casi hasta las puertas de los reales. *Id verò*, pareció á los Romanos un hecho ignominioso, que un trozo de gente de socorro, que iba desmandado, hubiese aterrado á los de su campo. *Quia magis*, porque mas podia desaprobar, que no dar alguna ayuda á las determinaciones de Varron. *Dextro*, en el flanco de la derecha. *Ad medium*, en medio estaban los flecheros incorporados con las legiones Romanas; y de los demas armados á la ligera, que eran tropa de socorro, se formó la avanguardia..

ris levium armorum auxiliis prima acies facta: consules cornua tenent, Terentius lævum, Æmilius dextrum: Cn. Servilio media pugna tuenda data. Annibal luce primâ, Balearibus levique aliâ armaturâ præmissâ, transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hispanosque equites prope ripam lævo in cornu adversus Romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus datum; media acies peditibus firmata: ita ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis & ad Trebiam, ceterùm magna ex parte ad Trasymenum captis. Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ ferè erant, dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi ac sine mucronibus: Hispano punctim magis quàm cæsim adsueto petere hostem, brevitate habiles & cum mucronibus: ante ceteros armati (is gentium harum habitus tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat) Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis prætextis purpurâ tunicis candore miro fulgentibus constiterant. Numerus omnium, qui tum peditum equitumque in acie stetere, L. millia fuerunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum. Duces cornibus præerant: sinistrum Asdrubal, dextrum tegebat Maharbal, mediam aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit. Sol, seu de industria ita locatis, seu fortè ita stando peropportunè utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in septentrionem versis. Ventus, quem Vulturnum incolæ regionis vocant, adversùs Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volven-

Cn. Servilio, Cn. Servilio se encargó de sostener la pelea en el centro. *Ut quosque*, segun los iba pasando, los iba formando en batalla. *Ita ut*, de manera que los Africanos estaban a los lados de los que ocupaban el centro, y en medio de estos estaban los Franceses y Españoles. *Afros*, el que viera á los Africanos, creeria ser soldados Romanos, pues tenian las armas, que les tomaron, &c. *Hispano*, las de los Españoles eran mas cortas y manejables, y con puntas, como que estaban acostumbrados á herir al enemigo mas de punta, que de tajo. *Hispani*, los Españoles se hacian visibles por sus túnicas de lino resplandecientes y entretexidas de púrpura. *Utrique*, á ambos exércitos les daba de lado. *Vulturnus*, Abrego, meridional. *Multo pulvere*, dándoles de cara, con el mucho polvo les quitaba la vista...

Sine mucronibus, sin puntas. Semejantes á los que ahora llamamos sables.

do prospectum ademit. Clamore sublato procursum ab auxiliis, & pugna levibus primùm armis commissa: deinde equitum Gallorum Hispanorumque lævum cornu cum dextro Romano concurrit, minimè equestris more pugnæ; frontibus enim adversis concurrendum erat: quia, nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant. In directum utrinque nitentes, stantibus ac confertis, postremò turbatis equis, vir virum amplexus detrahebat equo. Pedestre magnâ jam ex parte certamen factum erat: acriùs tamen, quàm diutiùs pugnatum est; pulsique Romani equites terga vertunt. Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna. Primò & viribus & animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque: tandem Romani diu ac sæpe connisi æquâ fronte acieque densâ impulere hostium cuneum nimis tenuem, eòque parum validum, à cetera prominentem acie: impulsis deinde, ac trepidè referentibus pedem insistere, ac tenore uno per præceps pavore fugientium agmen in mediam primùm aciem illati, postremò, nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrinque reductis alis constiterant: mediique Galli Hispanique steterunt, aliquantum prominente acie; qui cuneus ut pulsus æquavit frontem primùm, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa jam cornua vim fecerant, irruentibusque incautè in medium Romanis circumdedere alas: mox cornua extendendo, clausere & ab tergo hostes.

Procursum, acometió la tropa auxíliar, y primeramente trabaron la batalla los armados á la ligera. *In directum*, unos y otros se esforzaban en pelear de frente, manteniéndose firmes y unidos; pero desordenándose últimamente la caballería, abrazándose unos con otros, se derribaban de los caballos. *Acriùs*, mas fué el calor con que se peleó, que lo que duro la batalla. *Ordines*, las filas de Franceses y Españoles eran iguales en, &c. *Tandem*, por último los Romanos, manteniéndose firmes por mucho tiempo, yendo de frente y muchos en número, arrollaron al esquadron enemigo débil y de poca fuerza, por estar desunido de todo el exército. *Tenuem*, de filas claras. *Prominentem*, separado de la demas formacion. *Ac tenore*, y continuando del mismo modo, pasando por el esquadron que se iba huyendo de miedo, penetraron primeramente hasta el centro. *Qui utrinque*, los que, replegándose por ambos lados, se habian mantenido firmes. *Qui cuneus*, el qual esquadron luego que fue rechazado por los Romanos, primero igualó sus filas, y despues dexó enmedio algun seno, ó vacío.

Hinc Romani defuncti nequidquam prælio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, etiam adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantùm eò iniquam, quòd inclusi adversùs circumfusos, sed etiam, quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant. Jam & in sinistro cornu Romano, ubi sociorum equites adversùs Numidas steterant, consertum prælium erat, segne primò, & à Punica cœptum fraude. Quingenti ferme Numidæ præter consueta arma telaque, gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cùm ab suis parmas post terga habentes adequitassent, repentè ex equis desiliunt, parmisque & jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos, considere ab tergo jubentur: ac, dum prælium ob omni parte conseritur, quieti manserunt. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum arreptis scutis, quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes, ac poplites cædentes, stragem ingentem dederunt: ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. Cùm alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala jam spe prælium esset: Maharbal, qui eâ parte præerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit. Hispanos & Gallos equites Afris jam prope fessis cæde magis, quam pugnâ adjungit. Parte alterâ pugnæ Paulus, quamquam primo statim prælio fundâ graviter ictus fuerat, tamen & occurrit sæpe cum confertis Annibali, & aliquot locis prælium restituit, protegentibus eum equitibus Romanis. Omissis postremò equis, quia consulem ad regendum equum

---

Hinc Romani, despues los Romanos, que en vano dieron aquella primera batalla, dexando á los Franceses y Españoles, á los que hirieron quando iban huyendo, comienzan de nuevo la pelea contra los Africanos; de la que salieron mal, no solamente por hallarse cercados de ellos, sino porque peleaban cansados con los que venian con nuevas y enteras fuerzas. *Segne*, floxa al principio, y en la que Anibal uso de sus estratagemas. *Specie*, habiéndose apartado de los suyos con sus caballos, llevando los escudos á las espaldas, como si fueran desertores. *Aversam... aciem*, la retaguardia de los Romanos. *Poplites*, cortándoles las corvas. *Pertinax*, y peleandose en otra parte con obstinacion y poca esperanza. *Segnis*, floxa. *Omissis*, por último habiendo dexado los caballos, porque ni aun el consul tenia fuerzas para gobernar las

vires deficiebant, tum denuncianti cuidam jussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Annibalem ferunt, *quàm mallem vinctos mihi traderet*! Equitum pedestre prælium, quale jam haud dubiâ hostium victoriâ, fuit; cùm victi mori in vestigio mallent, quàm fugere: victores morantibus victoriam irati, trucidarent, quos pellere non poterant: pepulerunt tamen jam paucos superantes, & labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus trib. militum cùm prætervehens equo, sedentem in saxo, cruore oppletum consulem vidisset: *L. Æmili*, inquit, *quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent, cape hunc equum, dum & tibi virium aliquid superest: comes ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris: etiam sine hoc lacrymarum satìs luctûsque est.* Ad ea consul: *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto: sed cave, frustra miserando exiguum tempus è manibus hostium evadendi absumas. Abi, nuncia publicè patribus, urbem Romam muniant, ac priùs quàm hostis victor adveniat, præsidiis firment: privatimque Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus memorem extitisse, & vixisse, & adhuc mori: & tu me in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus iteream: causâque consulatûs accusator collegæ existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam.* Hæc exigentem, priùs turba fugientium civium, deinde hostes oppressere consulem, ignorantes quis esset, obrueruntque telis. Lentulum in tumulum abripuit equus: tum inde effusè fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, de-

---

[illegible] del [illegible]; entonces, segun dicen, dixo Aníbal á quien le llevó la noticia de que el consul mandó que la caballeria pelease á pie: Mas quisiera que me los presentara presos á caballo. *Quale jam*, como que ya la victoria era á las claras de los enemigos. *In vestigio*, sin perder el puesto. *Superantes*, á los pocos que quedaban. *Repetebant*, volvian á buscar. *Prætervehens*, pasando por allí á caballo. *Oppletum*, cubierto. *Quem unum*, al que únicamente deben mirar como inocente en el desastre de hoy. *Cape*, toma este caballo, mientras te quedan algunas fuerzas: yo acompañándote te puedo apartar de aquí. *Macte*, ten valor. *Frustra*, con tu inutil compasion. *Publicè*, y privadamente. *Ut reus*, como culpable. [illegible], y atendiendo al empleo que tenia [illegible] [illegible] culpando [illegible]. *Hæc exigentem*, mientras esto decia el consul, fue oprimido primeramente, &c.

cem in majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo à Carthalone atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt. Consul alter, seu forte, seu consilio, nihil fugientium infestus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venusiam profugit. Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, & tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur: in his alter consulum, quæstores L. Atilius & C. Furius Bibaculus: viginti & unus trib. mil. consulares quidam prætoriique & ædilitii: inter eos Cn. Servilium, M. Minutium numerant, qui magister equitum priore, consul aliquot annis ante fuerat: octoginta præterea senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, cùm sua voluntate milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum & equites trecenti dicuntur. Hæc est pugna Cannensis Alliensi cladi nobilitate par, ceterùm ut iis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est; sic strage exercitûs gravior, fœdiorque fuit: namque ad Alliam fuga sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix quinquaginta secuti sunt, alterius morientis prope totus exercitus fuit.

XXVII. Binis in castris cùm multitudo seminermis sine ducibus esset, nuncium, qui majoribus præerant, mittunt, dum prælio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine inde Canusium abituros esse. Eam sententiam alii

---

Nullo, no teniendo la aldea ninguna defensa. *Consul*, el otro cónsul que no molestó á los que huian, ó ya fuese casualidad, ó ya lo hiciese de intento, se fué á Venusa. *Consulares*, que habian sido consules, pretores y ediles. *Unde*, ó que habian obtenido aquellos empleos, por los quales debian ser senadores. *Hæc est*, esta es la batalla de Canas tan famosa como la derrota hecha junto al rio Alia; la qual aunque no la igualó en lo que sobrevino á la pelea, porque el enemigo no siguió la victoria, así en la ruina del exército fué mas brava, é ignominiosa. *Prodidit*, entregó la ciudad.

XXVII. *Nuncium qui*, envian un mensagero los que estaban en el campamento mayor á los demas, para que se incorporasen con ellos, mientras que los enemigos descansaban del cansancio de la batalla, y de las comilonas, que tenian en albricias de haber vencido: y que todos juntos se irian á Canosa. *Eam sententiam*, unos del todo desechaban este parecer

totam aspernari : *cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cùm æquè conjungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent : & aliorum, quàm sua, corpora tanto periculo mallent objicere.* Aliis non tam sententia displicere, quàm animus deesse. Sempronius Tuditanus, tribunus militum : *capi ergo mavultis,* inquit, *ab avarissimo & crudelissimo hoste, æstimarique capita vestra pretio, & exquiri ab interrogantibus, Romanus civis sit, an Latinus socius, ut ex tua contumelia & miseria alteri honos quæratur? Non tu; siquidem L. Æmilii Consulis, qui se bene mori, quàm turpiter vivere maluit, & tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives estis. Sed antequam opprimat lux, majoraque hostium agmina obsepiant iter, per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audaciâ iter fit quamvis per confertos hostes : cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ac si nihil obstet, transibimus. Itaque ite mecum, qui & vosmetipsos & rempub. salvam vultis.* Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hostes : & cùm in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, translatis in dexteram partem scutis, in majora castra ad sexcentos evaserunt: atque inde protinus alio magno agmine adjuncto Canusium incolumes perveniunt. Hæc apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique, aut fors dabat, quàm ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam agebantur.

---

porque decian, que porque aquellos mismos que los enviaban á llamar no venian, pudiéndose igualmente incorporar con ellos? *Æstimarique*, y que el enemigo aprecie vuestras cabezas por dinero, preguntándoos si sois Romanos, ó aliados latinos. *Quæratur*, para que otro saque honra de tu afrenta. *Non tu*, no lo permitiras (Reticencia). *Cives*, si sois conciudadanos. *Sed antequam*, sino que antes que venga el dia, y los caminos estén mas ocupados de enemigos. *Cuneo*, con nuestra gente unida, ó en forma de cuña romperemos por el esquadron enemigo desunido y separado, como si nadie se nos opusiera. *Ad sexcentos*, pasaron el campamento mayor como unos seiscientos. *Hæc*, esto hacian los vencidos mas por el ardor que á cada uno daba su naturaleza, que porque obrasen por consejo de ellos mismos, ó por las ordenes de alguno...

Æstimarique, añade á que á los prisioneros Romanos que Anibal trataba con mas rigor á otros.

XXVIII. Annibali victori cùm ceteri circumfusi gratularentur, suaderentque, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis quietem & ipse sibimet sumeret, & fessis daret militibus, Maharbal præfectus equitum minimè cessandum ratus: *Immo ut quid hac pugnâ sit actum, scias, die quintâ,* inquit, *victor in Capitolio epulaberis: sequere: cùm equite, ut priùs te venisse, quàm venturum sciant, præcedam.* Annibali nimis læta res visa est, majorque, quàm ut eam statim capere animo posset. Itaque *voluntatem se laudare Maharbalis*, ait, *ad consilium pensandum, temporis opus esse.* Tum Maharbal: *Non omnia nimirum eidem dii dedere. Vincere scis, Annibal, victoriâ uti nescis.* Mora ejus diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio. Postero die ubi primùm illuxit, ad spolia legenda, fœdamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt. Jacebant tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique sors aut pugnâ junxerat aut fugâ: adsurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. Quosdam & jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt, nudantes cervicem jugulumque, & reliquum sanguinem invitantes haurire. Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque

---

XXVIII. *Perfunctus*, que habiendo acabado tan grande guerra. *Victor*. celebrarás la victoria con un banquete. *Cum equite*. yo me adelantaré con la caballería. de modo que me tengan allí antes que tengan noticia de que voy. *Majorque*. y tan grande que no era cosa de ponerla al punto en execucion. *Pensandum*. para reflexionar lo que se debia hacer. *Mora*. se crée con bastante fundamento que la detencion de este dia salvó. *Postero die*. al dia siguiente luego que amaneció. salen á coger los despojos. y á ver aquella carnicería horrible aun á los ojos de los enemigos. *Ut quem cuique*. segun que casualmente se juntaron. ó peleando ó huyendo. *Quos stricta*. á quienes el dolor de las heridas encrudecidas con el frio de la mañana. les hizo levantar. *Quosdam*. á algunos encontraron caidos en tierra vivos. teniendo cortados los muslos y rodillas. descubriendo ellos mismos la cerviz y cuello, y convidando á que les sacasen la poca sangre que les quedaba: esto es, que los acabasen de matar. *Inventi*. encontráronse otros, que tenian metidas las cabezas en hoyos que se conocía haber hecho ellos mismos, para taparse la boca, é impedir la respiracion con la tierra que echaron encima.

ora superjectâ humo, interclusisse spiritum apparebat. Præcipuè convertit omnes substratus Numida mortuo super incubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis: cùm, manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem irâ versus, laniando dentibus hostem, exspirasset. Spoliis ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: & omnium primùm, brachio flumini objecto, eos excludit. Ceterùm ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius spe deditio est facta. Pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Romana tricenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis, & ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis, in castra hostes receperunt: traditique in custodiam omnes sunt, sed seorsum cives sociique. Dum ibi tempus teritur, interea cùm ex majoribus castris, quibus satis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum, & ducentos equites, alii agmine, alii palantes passim per agros, quòd haud minùs tutum erat, Canusium profugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eâdem conditione, quâ altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: & præter equos virosque, & si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat (nam ad vescendum facto perexiguo utique militantes, utebantur) omnis cetera præda diripienda data est. Tum sepeliendi causâ conferri in unum corpora suorum jussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorum virorum. Consulem quoque Romanum con-

---

Numida, un Numida vivo, que estaba debaxo de un Romano muerto, y que tenia cortadas las narices y orejas; pues no pudiendo el Romano tomar las armas, por tenerle cogidas las manos el otro, lleno de furor murió despedazando al enemigo con sus dientes. *Spoliis*, habiendo empleado gran parte del dia en despojar los cadáveres. *Brachio*, y habiendo tirado una fortificacion, les cortó el agua. *Pacti*, capitulando de entregar armas y caballos, y por cada Romano trescientos treinta denarios. *In custodiam*, á todos los demas cautivos los aseguraron, separando á los Romanos de los aliados. *Nam ad*, porque de plata acuñada para el gasto tenian muy poca cantidad en el exército. *Ad octo millia*, como unos ocho mil...

Nummus, aunque *nummus* ordinariamente se toma por *sestercio*, la autoridad de Plinio (lib. 33. cap. 3.) nos mueve á traducir denarios; pues dice que sola esta moneda tenia grabada la carroza de quatro caballos, *quadrigatis*.

quisitum, sepultumque quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, muliercula nomine Busa, genere clara ac divitiis, mœnibus tantùm tectisque à Canusinis receptos, frumento, veste, viatico etiam juvit: pro qua ei munificentia postea, bello perfecto, ab senatu honores habiti sunt.

XXIX. Ceterùm cùm ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cujus pater priore anno dictator fuerat; & de legione secunda L. Publicius Bibulus, & P. Cornelius Scipio; & de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proximè ædilis fuerat; omnium consensu ad P. Scipionem admodum adolescentem, & ad Ap. Claudium summa imperii delata est: quibus consultantibus inter paucos de summa rerum, nunciat P. Furius Philus consularis viri filius, *nequidquam eos consultare; perditam spem fovere; desperatam comploratamque rem esse publicam; nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves spectare, ut, desertâ Italiâ, ad regum aliquem transfugiant.* Quod malum, præterquam quòd atrox, super tot clades etiam novum, cùm stupore ac miraculo torpidos defixisset; & qui aderant, consilium advocandum de eo censerent; negat consilii rem esse Scipio, juvenis fatalis dux hujusce belli: *audendum atque agendum, non consultandum*, ait, *in tanto malo esse; irent secum extemplo armati, qui rempublicam sal-*

Busa, una mugercilla noble y rica, llamada Busa, socorrió con trigo, vestuario y provisiones para el camino á los que, &c. *Mœnibus*, á los que los de Canusio solo les dieron quartel y alojamiento.

XXIX. *Quibus consultantibus*, á los que tratando del estado de las cosas. *Fovere*, que fomentaban una cosa que ya no se podia remediar; que la república estaba ya sin esperanza y sin remedio. *Mare*, que trataban de embarcarse, y huir. *Quod malum*, el qual mal añadido de nuevo á otras calamidades ademas de ser enorme. *Cùm stupore*, habiéndolos dexado como parados y atónitos con la novedad. *Negat*. Escipion, á quien los hados le iban disponiendo para caudillo de esta guerra, dice que no estaba la cosa para andarse en consultas...

Muliercula, la llama mugercilla, aunque era noble, para dar á entender quánto mas hizo una sola muger con el exército, que toda la ciudad.

vam vellent: ***nusquam verius, quàm ubi ea cogitentur, hostium castra esse.*** Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli: & cùm concilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, invenisset; stricto super capita consultantium gladio, *ex mei animi sententia*, inquit, *juro, ut ego rempublicam non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar: si sciens fallo, tum me, Jupiter Optime Maxime, domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias. In hæc verba, L. Cæcili, jures postulo, ceterique qui adestis: qui non juraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat.* Haud secus pavidi, quàm si victorem Annibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semetipsos contra Annibalem Scipioni tradunt.

XXX. Eo tempore, quo hæc Canusii agebantur, Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fugâ per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venusini per familias benignè accipiendos curandosque cùm divisissent; in singulos equites togas & tunicas, & quadrigatos nummos quinosvicenos, & peditibus denos, arma, quibus deerant, dederunt: ceteraque publicè ac privatim hospitaliter facta: certatumque, ne à muliere Canusina populus Venusinus officiis vinceretur. Sed Canusii gravius onus Busæ multitudo faciebat, & jam ad decem millia hominum erant. Appius & Scipio postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuncium extemplo mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiæ essent: sciscitatumque simul, utrùm Venusiam adduci exercitum, an manere juberet Canusii.

Nusquam, que en ninguna parte estaban mas de veras los reales, &c. *Cogitentur*, donde se toman estas resoluciones. *Pergit*, prosigue despues su camino para ir á la habitacion de Metelo. *Juro*, juro con toda resolucion de no desamparar la república, ni permitir &c. *Jupiter Optime Maxime*, arruina con el mayor desastre á mi, á mi casa, &c. *Si sciens*, si á sabiendas falte á mi juramento, entonces. *Expostulo*, pido, que tú y los que estais presentes hagais el juramento.

XXX. *Divisissent*, habiéndolos repartido por familias, alojándolos y tratandolos benignamente. *Publicè*, á costa del público, y de los particulares. *Certatumque*, y anduvieron á competencia para no ser ménos que la muger Canusina. *Officiis*, en el servicio del exército. *Sed Canusii*, pero la multitud que acudió á Canusa, hacia la carga insoportable á Busa. *Et jam*, y ya tenia visos de exército consular...

Varro ipse Canusium copias traduxit. Et jam aliqua species consularis exercitûs erat; mœnibusque se certè, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam, ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules, deletasque omnes copias allatum fuerat. Numquam salvâ urbe tantum pavoris tumultûsque intra mœnia Romana fuit. Itaque succumbam oneri, neque aggrediar narrare, quæ disserendo minora vero facio. Consule, exercituque ad Trasymenum priore anno amissò, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabantur: nec ulla jam castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam. Nulla profectò alia gens tantâ mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Ægates insulas Carthaginiensium prælio navali acceptam, quâ fracti Siciliâ ac Sardiniâ cessere, hinc vectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt: aut pugnam adversam in Africa, cui postea hic ipse Annibal succubuit? Nulla ex parte comparandæ sunt, nisi quòd minore animo latæ sunt. P. Furius Philus & M. Pomponius prætores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de urbis custodia consulerent: neque enim dubitabant, deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret, ven-

---

Sed occidione, sino que habian perecido los cónsules con los dos exércitos, sin quedar uno. *Salvâ urbe*, sino quando fué tomada Roma por los Franceses. *Itaque*, por tanto me rendiré á la dificultad de la empresa, y no me empeñaré en contar esta calamidad, por no aminorarla con mis palabras. *Nulla profectò*, á qualquiera otra nacion la hubiera echado por tierra seguramente el peso de tan enorme calamidad. *Comparem*, compararé esta pérdida con la de los Cartagineses en la batalla naval junto a las islas Egates. *Cessere*, perdiéron la Sicilia, &c. *Stipendiarios*, tributarios y pecheros. *Cui... succubuit*, en la que se dió por vencido. *Nulla ex*, en ninguna cosa son semejantes estas dos pérdidas, sino en que el ánimo para sufrirlas no fué igual. *Quod unum*, pues no le quedaba mas que hacer en aquella guerra...

Succumbam, noble expresion, con cuya reticencia dice mas de lo que pudiera declarar la Pluma de T. Livio.

Nulla gens, en esta sola expresion tan corta nos pone á la vista de un golpe la grandeza Romana, y el destrozo y daño que la ocasionó Anibal en sola una batalla.

turum. Cùm malis sicut ingentibus, ita ignotis, nec consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum: & nondum palam facti vivi mortuique per omnes pene domos promiscuè complorarentur: tum Q. Fabius Maximus censuit, *equites expeditos & Appiâ & Latinâ viâ mittendos, qui obviam euntes percunctarentur aliquos profectos ex fuga passim dissipatos, si fortè referant, quæ fortuna consulum atque exercituum sit, & quid dii immortales miseriti imperii reliquum Romano nomini fecerint: ubi eæ copiæ sint: quò se Annibal post prælium contulerit: quid paret, quid agat acturusque sit. Hæc exploranda noscendaque per impigros juvenes esse. Illud per patres ipsos agendum, quoniam magistratuum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant, continerique intra suum quamque limen cogant: comploratus familiarum coerceant: silentium per urbem faciant: nuncios rerum omnium ad prætores deducendos curent: suæ quisque fortunæ domi auctorem expectent: custodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbe: cogantque homines nullam, nisi urbe ac mœnibus salvis, salutem sperare. Ubi conticuerit tumultus, rectè tum in curiam patres revocandos, consulendumque de urbis custodia esse.* Cùm in hanc sententiam pedibus omnes issent, summotâque foro per magistratus turbâ, patres diversi ad sedandos tumultus discessissent; tum demum literæ à Terentio consule allatæ sunt: *L. Æmilium consulem, exercitumque cæsum, Canusiique se esse, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem: ad decem millia militum ferme esse incompositorum inordinatorumque. Sed*

Et nondum, por no saberse á punto fixo los que se salvaron ó murieron. *Promiscuè*, indistintamente. *Expeditos*, sin armas. *Si forte*, si acaso traen la noticia del paradero de los cónsules y estado de los exércitos. *Quid... reliquum*, que han dexado salvo los dioses inmortales compadecidos del Imperio. *Impigros*, diligentes. *Quoniam*, supuesto habian quedado pocos magistrados. *Ut tumultum*, que desvanezcan aquel alboroto y llanto de la ciudad, mandando que las matronas no comparezcan en público, y que guarden sus casas. *Coerceant*, sosieguen los llantos. *Auctorem*, noticia. *Ubi conticuerit*, y luego que hubiese calmado aquella conmocion. *Issent*, habiendo todos aprobado este dictamen. *Diversi*, por diversos barrios..

Pœnum nunc sedere ad Cannas, in captivorum pretiis, prædâque aliâ, nec victoris animo, nec magni ducis more nundinantem. Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctûs fuerat. Itaque, ne ob eamdem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatûs consulto diebus triginta luctus est finitus.

XXXI. Ceterùm cùm, sedato urbis tumultu, revocati in curiam patres essent, aliæ insuper ex Sicilia literæ allatæ sunt ab T. Otacilio proprætore, regnum Hieronis classe Punicâ vastari, cui cùm opem imploranti ferre vellet, nunciatum sibi esse, aliam classem ad Ægates insulas stare paratam instructamque, ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Pœni sensissent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam Romanam aggrederentur. Itaque classe opus esse, si regem socium Siciliamque tueri vellent. Literis consulis proprætorisque lectis, M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti præesset, Canusium ad exercitum mittendum, scribendumque consuli, ut, cùm prætori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantùm per commodum reip. fieri posset, Romam veniret. Territi etiam super tantas clades cùm ceteris prodigiis, tum, quòd duæ Vestales eo anno, Opimia atque Floronia, stupri compertæ: & altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat: altera sibimet ipsa mortem consciverat: L. Cantilius scriba pontificum, quos nunc

---

Pœnum, que Anibal estaba muy quieto en Canas, haciendo mercado de los cautivos y demas presas, regateando en el precio contra lo que pide la magnanimidad de vencedor, y el decoro de un gran general.

XXXI. *Stanti*, surta en el puerto de Ostia. *Quantùm*, quanto antes pudiese sin detrimento de la república. *Stupri*, fueron convencidas de estupro. *Sub terram*, despues la una fué castigada, como era de costumbre: (esto es, ser enterradas vivas) la otra se mató á sí misma...

Sacrum, el sacrificio de Ceres, que se hacia todos los años, se interrumpio; porque los que estaban de luto, como á la sazon lo estaban todas las matronas, no podian asistir á él.

minores pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat, à pontifice maximo eò usque virgis in comitio cæsus erat, dum inter verbera exspiraret. Hoc nefas cùm inter tot, ut fit, clades in prodigium versum esset, decemviri libros adire jussi sunt: & Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est, sciscitatum, quibus precibus suppliciisque deos possent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta; inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario sub terra vivi demissi sunt, in locum saxo conseptum, ibi ante hostiis humanis minimè Romano sacro imbutum.

XXXII. Placatis satìs, ut rebantur, deis, M. Claudius Marcellus ab Ostia mille & quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit: ipse legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militum Theanum Sidicinum præmissâ, classe traditâ P. Furio collegæ, paucos post dies Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum dictus M. Junius, & T. Sempronius magister equitum, delectu edicto, juniores annis septemdecim, & quosdam prætextatos scribunt: quatuor ex his legiones, & mille equites effecti: item ad socios Latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt: arma, tela, alia parari jubent: & vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque. Et aliam for-

Hoc nefas, y como este enorme delito se tuviese como mal pronóstico entre las demas desgracias, como suele suceder. *Suppliciisque*, y sacrificios. *Ex fatalibus*, segun los libros de las Sybilas. *Inter quæ*, uno de los quales fué, que un Frances y una Francesa, un Griego y una Griega fueron enterrados vivos en un lugar cercado de piedra, donde antes no se ofrecieron víctimas humanas, conforme á los ritos Romanos.

XXXII. *Rebantur*, como pensaban. *Theanum Sidicinum*, Tiano. *Delectu*, intimadas las quintas, alistan á jóvenes de diez y siete años, y á algunos que no llegaban. *Item*, asimismo envian comisionados para alistar gente de los aliados y latinos, segun la formula de concierto, que con ellos tenian hecho. *Et aliam*, la necesidad y falta de hombres libres, dió motivo á introducir un nuevo género de leva...

Septemdecim, hasta esta edad usaban de la pretexta, y despues vestian la toga. Por eso dice Ciceron *pro Archia*. *Cùm adhuc prætextatus esset Archias*, siendo aun Archias muy mozo.

mam novi delectûs inopia liberorum capitum, ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servitiis priùs sciscitantes singulos, vellentne militare, empta publicè armaverunt. Hic miles magis placuit, cùm pretio minori redimendi captivos copia fieret. Namque Annibal secundùm tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris magis, quàm bellum gerentis, intentus curis, cùm captivis productis, segregatisque sociis, eos, sicut ante ad Trebiam Trasymenumque lacum, benignè allocutus, sine pretio dimisisset; Romanos quoque vocatos, quod numquam aliàs antea, satìs miti sermone alloquitur. *Non internecinum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare; & patres virtuti Romanæ cessisse, & se id adniti, ut suæ invicem simul felicitati & virtuti cedatur: itaque redimendi se captivis copiam facere: pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecentos pediti, servo centenos.* Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se; læti tamen quamcumque conditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio eorum decem deligi, qui Romam ad senatum irent: nec pignus aliud fidei, quàm ut jurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis: qui, si fortè ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Cùm egressi castris essent, unus ex iis minimè Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi

---

Copia fieret, aunque podian rescatar á menos precio. *Secundùm*, despues de. *Intentus*. Anibal andaba mas ocupado en los cuidados de vencedor, que de un general que hacia guerra. *Sine pretio*, sin rescate, de valde. *Quod*. cosa que nun a él habia hecho antes. *Internecinum*, que no hacia una guerra mortal á los Romanos. *Certare*, que solo se disputaba de la mayoría, y de quién habia de mandar á quién. *Cessisse*, que los antepasados de Anibal habian cedido la ventaja al valor Romano; y que él de la misma manera pretendia que ellos ahora cediesen, &c. *Facere*, les daba facultad. *Aliquantum*, aunque en los de á caballo se añadia algo á aquel precio que habian capitulado en la entrega. *Pretium*, que el precio por cada prisionero seria, si era de á caballo, quinientos denarios, &c. *Paciscendi*, de capitular. *Minimè*, que nada tenia de Romano...

Publicè, comprados á costa del publico. No hay memoria de que hasta este tiempo se admitiesen á los esclavos en la milicia Romana.

solvendi causâ, cùm in castra redisset, ante noctem comites assequitur. Ubi eos Romam venire nunciatum est, Carthaloni obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.

XXXIII. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Junius, *P. C.*, inquit, *nemo vestrûm ignorat, nulli umquam civitati viliores fuisse captivos, quàm nostræ: ceterum, nisi nobis plùs justo nostra placet causa, non alii umquam minùs negligendi vobis quàm nos, in hostium potestatem venerunt: non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed cùm prope ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prælium extraxissemus, in castra recepimus nos: diei reliquum ac noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum sumus tutati: postero die, cùm circumsessi ab exercitu victore aquâ arceremur, nec ulla alia jam per confertos hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare: tum demum pacti sumus pretium, quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus. Majores nostros quoque acceperamus, se à Gallis auro redemisse: & patres nostros, asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratiâ Tarentum misisse: atqui & ad Alliam cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrro, utraque non tam clade infamis, quàm pavore & fugâ, pugna fuit. Cannenses campos acervi Romanorum corporum tegunt: nec supersumus pugnæ, nisi in quibus trucidandis & ferrum & vires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam, qui nec in acie quidem refugerunt; sed*

Nunciaret, que le intimase.

XXXIII. *Nulli umquam*, que ninguna ciudad hizo menos aprecio de los cautivos que la nuestra. *Non alii*, no cayeron en poder del enemigo jamas otros que merezcan mas atencion que nosotros. *Sed cùm*, pero habiendo permanecido firmes, peleando casi hasta la noche sobre montones de cadáveres. *Aquâ*, habiéndonos cortado aun la comunicacion del rio los enemigos, &c. *Erumpendi*, de hacer alguna salida por medio de los enemigos espesos. *Acceperamus*, sabíamos, teníamos presente. *Asperrimos*, aunque eran los mas severos para tratar de paces. *Supersumus*, solo quedamos con vida aquellos que no perecimos, porque al enemigo le faltaban espadas y fuerza para degollarnos...

præsidio castris relicti, cùm castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. Haud equidem ullius civis aut commilitonis fortunæ aut conditioni invideo, nec premendo alium, me extulisse velim videri: ne illi quidem (nisi pernicitatis pedum & cursûs aliquod præmium est) qui plerique inermes ex acie fugientes, non priùs, quàm Venusiæ aut Canusii constiterunt, se nobis meritò prætulerint: gloriatique sint, in se plùs, quàm in nobis, præsidii reip. esse. Sed illis ut bonis ac fortibus militibus utemini, & nobis jam promptioribus pro patria, quòd beneficio vestro redempti atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis: octo millia servorum audio armari: non minor numerus noster est, nec majori pretio redimi possumus, quàm hi emuntur: nam si conferam nos cum illis, injuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, P. C. si duriores esse velitis, quod nullo nostro merito faciatis, cui nos hosti relicturi sitis? Pyrrho videlicet, qui nos hospitum numero habuit captivos, an barbaro ac Pœno, qui utrùm avarior ac crudelior sit, vix æstimari potest? Si videatis catenas, squalorem, deformitatemque civium vestrorum, non minùs profectò vos ea species moveat, quàm si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis sollicitudinem, & lacrymas in vestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, exspectantiumque responsum vestrum. Cùm ii pro nobis, proque iis, qui absunt, ita suspensi ac solliciti sint, quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est? Si medius fidius ipse in nos mitis Anni-

---

Premendo, ni busco mi propia gloria, abatiendo á los demas. *Ne illi*, ni se antepondrán con razon á nosotros aquellos de los que la mayor parte desarmados huyendo del campo de batalla, no pararon hasta llegar á Venusa y Canosa; á no ser que se premie á los que corren mas. *Gloriatique*, y á no ser que se glorien de que ellos defienden mas la república. *Promptioribus*, mas dispuestos á defender. *Nam si*, porque si nos comparo con ellos. *Merito*, sin merecerlo. *Squalorem*, miseria. *Species*, esta vista. *Quem censetis*, quál pensais será la triste situacion de aquellos mismos que tienen en peligro su vida y libertad. *Mitis*, humano...

Medius fidius, así me ayude Hércules, hijo de Júpiter. Fórmula de juramento propia de los hombres; así como *Mecastor* propia de las mugeres, dice Aul. Gellio, como si dixéramos ahora: así Dios me salve.

bal contra naturam suam esse velit, nihil tamen nobis vitâ opus esse censeamus, cùm indigni, ut à vobis redimeremur, visi sumus. Redire Romam quondam remissi à Pyrrho sine pretio capti: sed rediere cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam trecentis nummis non æstimatus civis? suum quisque habet animum, P. C. Scio in discrimine esse vitam corpusque meum: magis me famæ periculum movet, ne à vobis damnati ac repulsi habeamur, neque enim vos pretio pepercisse homines credent.

XXXIV. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant, orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Feminas quoque metus ac necessitas turbæ huic virorum in foro immiscuerat. Senatus, summotis arbitris, consuli cœptus. Ibi cùm sententiis variaretur, & alii redimendos de publico, alii nullam publicam impensam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi; si quibus argentum in presentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo, censerent: tum T. Manlius Torquatus, priscæ ac nimis duræ, ut plerisque videbatur, severitatis, interrogatus sententiam, ita locutus fertur: *Si tantummodo postulassent legati pro iis, qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum, brevi sententiam peregissem: quid enim aliud, quàm admonendi essetis, ut morem traditum à patribus, necessario ad rem militarem exemplo servaretis? Nunc autem cùm prope gloriati sint, quòd se hostibus dediderint, præferrique non captis modò in acie ab*

Nihil tamen, por inútil tendremos la vida, quando nos habeis tenido por indignos de ser rescatados. *Sese*, en lugar de *illos*. *Redeam*, tendré yo cara para volver á mi patria quando ésta no dá por mi rescate trescientos denarios? *Suum quisque*, cada uno, ó senadores, tiene su puntillo de honor. *Pepercisse*, que habeis atendido al coste.

XXXIV. *Summotis*, habiendo salido los que no eran senadores. *Si quibus*, que á los que no tuviesen por entonces se les debia prestar dinero del erario, debiéndo cuidar el pueblo de las fincas y fianzas. *Priscæ*, de una severidad antigua y excesiva. *Sine ullius*, sin atender el mérito de ninguno, en pocas palabras hubiera yo defendido su causa. *Quid enim*, pues qué otra cosa habia que amonestaros sino el que guardeis, &c. *Præferrique*, y habiendo tenido por cosa justa el anteponerse no solo a los que

hostibus, sed etiam iis, qui Venusiam Canusiumque pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerit: nihil vos eorum, P. C., quæ illic acta sunt ignorare patiar. Atque utinam hæc, quæ apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignaviæ cujusque & virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate essent: & cùm fessis pugnando hostibus, tum victoriâ lætis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, & septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent, neque enim per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte prope totâ P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere adhortarique eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox incœptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem pervenire in tuta loca, in sociorum urbes posse. Sicut avorum memoriâ P. Decius trib. militum in Samnio: sicut nobis adolescentibus priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cùm ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: Moriamur, milites, & morte nostrâ eripiamus ex obsidione circumventas legiones. Si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantæ virtutis existeret comes. Viam non ad gloriam magis, quàm ad salutem ferentem demonstrat: reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut servemini, deest vobis animus: quid, si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia civium

---

hicieron prisioneros los enemigos en el campo de batalla, sino tambien á los que se retiraron a Venusa y Canosa, y aun al mismo consul. *Dum nox*, mientras la noche ocultaba su intento. *Memoria*, en tiempo de nuestros abuelos. *Sicut nobis*, como en la primera guerra Cartaginesa, que sucedio siendo yo jóven, dixo á trescientos. *Si hoc*, si Publio Sempronio os hablara en estos términos, y ninguno le acompañase en este tan grande valor, ni os tendria por hombres, ni por Romanos. Os muestra el camino no tanto de la gloria, quanto para salvaros...

Memoria, debe suplirse antes que cita: si hubiera succedido lo para este y los demas exemplos que.

sociorumque circa vos eo ipso die cæsa jacent: si tot exempla virtutis non movent, nihil umquam movebit: si tanta clades vobis vilem vitam non fecit, nulla faciet. Et liberi atque incolumes desiderate patriam: immo desiderate, dum patria est, dum cives ejus estis: serò nunc desideratis, diminuti capite, abalienati jure civium, servi Carthaginiensium facti. Pretio redituri estis eò, unde ignaviâ ac nequitiâ abistis? P. Sempronium civem vestrum non audistis, arma capere ac se jubentem sequi: Annibalem paulo post audistis, castra prodi & arma tradi jubentem. Quam ego ignaviam istorum accuso, cùm scelus possim accusare? non enim modò sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertes summovissent. Prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quàm per hostium, fuit erumpendum. Hos cives patria desideret? quorum si ceteri similes fuissent, neminem hodie ex iis, qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent: neque iis quadraginta millia hostium obstitere. Quàm tutum iter duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse? Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia, P. C. Nunc autem quemadmodum hi boni, fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) cives esse possunt? nisi quis credere potest fuisse, qui erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt: aut non invidere eos cùm incolumitati, tum gloriæ illorum per virtutem partæ, cùm sibi timorem ignaviamque ser-

---

Si tanta, si el ver tantas muertes no os movió á despreciar la vida, nada os moverá. *Diminuti*, habiendo perdido vuestra libertad, habiendo perdido el derecho de ciudadanos, y habiéndoos hecho esclavos de los Cartagineses. *Pretio*, a fuerza de dinero habeis de lograr lo que perdísteis por cobardía y culpa vuestra? *Quam ego*, pero para qué los acuso de cobardes, pudiéndolos acusar antes de traidores a su patria? (Correccion.) *Priùs inquam*, en una palabra, antes tuvo Sempronio que romper por el esquadron de sus ciudadanos, que por el de sus enemigos: *Nisi quis potest credere* (sup. *bonos, fidelesque*) *fuisse qui con. sunt obs. erump. quin erumper.* a no ser que alguno crea que se portaron como ciudadanos buenos y leales, los que se opusieron a los que pretendian romper por los enemigos; o a los que no tuvieron envidia a los que se salvaron ó consiguieron reputacion por su valor...

vitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hostem exspectare, cùm silentio noctis erumpendi occasio esset. At enim ad erumpendum è castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt: dies noctesque aliquot obsessi armati se ipsi tutati vallo sunt: tandem ultima ausi passique, cùm omnia subsidia vitæ deessent, affectisque fame viribus, arma jam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis, quàm armis, victi sunt. Orto sole hostis ad vallum accessit: ante secundam horam, nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac se ipsos. Hæc vobis ipsorum per biduum militia fuit: cùm in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: cùm pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt; neque in acie neque in castris utiles. Vos redimam? Cum erumpere castris oportet, cunctamini ac manetis: cum manere & castra tutari armis necesse est, & castra & arma & vos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos, P. C., censeo, quàm illos dedendos Annibali, qui per medios hostes à castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.

XXXV. Posteaquam Manlius dixit, quamquam patrum quoque plerosque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque summa homines movit: quia nec ærarium exhaurire, magnâ jam summâ erogatâ in servos ad militiam emendos armandosque, nec Annibalem maximè hujusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant. Cùm triste responsum,

---

Ausi, habiéndose atrevido y padecido los mayores riesgos. *Hæc vobis*, aquí teneis el modo con que se portaron esos vuestros soldados en aquellos dos dias: quando debian haberse mantenido firmes en el campo de batalla, huyeron à los reales; y quando habian de haber peleado por defenderlos, los entregaron: soldados inútiles, tanto en el campo de batalla, como en los reales. *Ego*, por lo que à mí toca tengo por tan justo el rescatar à éstos, como entregar à Anibal à aquéllos, &c.

XXXV. *Quamquam*, aunque los prisioneros estaban emparentados con la mayor parte de los senadores, les movió, para no rescatarlos, la excesiva cantidad, ademas del exemplo antiguo de la ciudad, que no usaba de misericordia con ellos. *Erogata*, habiendo gastado crecidas sumas. *Maxime egentem*, muy falto de dinero, segun corria la voz...

non redimi captivos, redditum esset, novusque super veterem luctus tot jacturâ civium adjectus esset, cum magnis fletibus questibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quòd fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset. Quod ubi innotuit, relatumque ad senatum est, omnes censuerunt comprehendendum, & custodibus publicè datis, deducendum ad Annibalem esse. Est & alia de captivis fama, decem primos venisse: de eis cùm dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem nec ne: ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longiùs omnium spe, alios tres insuper legatos venisse, L. Scribonium & C. Calpurnium & L. Manlium: tum demum ab cognato Scribonii tribuno plebis de redimendis captivis relatum esse, nec censuisse redimendos senatum, & novos legatos tres ad Annibalem revertisse, decem veteres remansisse, quòd per causam recognoscendi nomina captivorum ad Annibalem ex itinere regressi, religione sese exsolvissent: de iis dedendis magnâ contentione actum in senatu esse: victosque paucis sententiis, qui dedendos censuerint: ceterùm proximis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque affectos esse, ut quidam eorum mortem sibi ipsi extemplo consciverint: ceteri non foro solùm omni deinde vitâ, sed prope luce ac publico caruerint. Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quàm quid veri sit discernere, queas. Quanto autem major hæc clades

---

Novusque, y añadiéndose este nuevo sentimiento à la pérdida de tantos ciudadanos. *Prosecuti*, acompañaron. *Quòd fallaci*, porque habia cumplido el juramento con la vuelta maliciosa à los reales. *Est & alia*, hay otra opinion sobre los prisioneros. *Ne tamen*, pero con la condicion de no darles audiencia. *Longius*, mas de lo que todos esperaban. (En lugar de *diutius*.) *Quod... exsolvissent*, porque habian cumplido con el juramento, volviendo à Anibal desde el camino con el pretexto de saber los nombres de los prisioneros. *Contentione*, con grandes altercados. *Victosque*, pero que prevaleció el parecer de algunos contra los que decian debian ser entregados. *Ceterum*, pero que en el primer reconocimiento de la ciudad, que hicieron los censores, quedaron tan infamados, que algunos de ellos al punto se mataron; y los demas por toda su vida, no solamente se privaron de asistir al foro, pero aun de comparecer en público, encerrándose en sus casas. *Mirari*, mas fácil es maravillarse de la diversidad de opiniones en este punto, que averiguar la verdad.

superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quòd qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt, nullâ profecto aliâ de re, quàm quòd desperare cœperant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites, præter Pentros, Brutii omnes, Lucani: præter hos Surrentini, & Græcorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique, & Cisalpini omnes Galli. Nec tamen hæ clades defensionesque sociorum moverunt, ut pacis umquam mentio apud Romanos fieret, neque ante consulis adventum Romam, nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptæ cladis. Quo in tempore ipso adeo magno animo civitas fuit, ut consuli ex tanta clade, cujus ipse maxima causa fuisset, redeunti, & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiæ actæ, quòd de repub. non desperasset; cui, si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

Vel ea res, se puede conocer, de que aun los aliados, que hasta aquel dia permanecieron firmes, comenzaron à titubear: no por otra razon verdaderamente, &c. *Defecere*, pasaronse al campo Cartagines. *Græcorum*, de la magna Grecia. *Crotonienses*. Croton. *Ordinibus*, todas las clases, todos los estados, (Caballeros, patricios, plebeyos.) *Cui si*, el qual si, como era capitan Romano, lo hubiera sido de los Cartagineses, no se hubiera escapado sin la muerte. (A los generales de Cartago, que malograban alguna empresa, al punto los crucificaban.)

INDICE

DE LAS FRASES TOMADAS DE T. LIVIO.

que les son parecidas.

Fama ejus rei affecit homines variè, esta noticia causó diversos afectos en los ánimos.

Fortuna belli fuit adeo varia, ancepsque Mars, ut propius periculo fuerint qui vicere, tuvo la guerra tan varios sucesos, y tantos altos y baxos, que los vencedores estuvieron mas en peligro, que los vencidos.

Frigoris vis acrior afflabat, quidquid auræ fluminis appropinquabant, conforme se iban acercando al rio, soplaba mas frio el vientecillo.

Fumo prodito aliquid significare, dar á entender alguna cosa con humaradas.

Gaudio efferebaris, cernens gloriæ in te unum vertendæ occasionem datam, estabas loco de contento, al ver la ocasion que te se presentaba de alzarte tú solo con toda la gloria.

Gelu rigentia omnia erant, todo estaba erizado de frio.

Gratorum animorum gloriam certè nobis hæc dies dederit, saquemos en este dia á lo menos la gloria de ser agradecidos.

Haustum volo nihil ex vano, quò nimis inclinant ferme scribentium animi, no quiero seguir ninguna cosa sin fundamento, á lo que por lo comun se inclinan demasiado los escritores.

Ictum est fœdus, in quo cavetur sociis utrorumque, hízose la alianza, en la que se atiende al bien de los aliados de ambos pueblos.

Immisceo. Cum se colloquiis montanorum immiscuisset, nunciatum est, vix rupibus perversis iniquitatem locorum superari posse, habiendo entrado en conversacion con los montaraces, le dixeron, que apenas podria vencer la dificultad del terreno, derrocando peñascos.

Inclinatâ re ad iniqua, yendo la cosa en mal estado.

Incitamentum nullum ad vincendum acrius gloriâ nobis datum est, la gloria es el mayor estímulo, que tenemos para vencer.

Intendere milites ad curam custodiæ urbis, hacer cuidadosos á los soldados en la guardia de la ciudad.

Jumenta in immensum altitudinis dejecta sunt, rodaron las caballerías por muy grandes derrumbaderos.

Legatio nostra irrita fuit atque vana; in qua cùm jus gentium sublatum esset, legatus dedendus fuit ad piaculum rupti fœderis, nada logramos con nuestra embaxada, pues habiendose violado el derecho

de gentes, hubo que entregar al embaxador, en satisfaccion de haber quebrantado la alianza.

Lingua nonnullis prompta ac temeraria est, sed non æquè in pugnam manus vigent, muchos hay que hablan mucho y sin tino, pero al tiempo de pelear no manifiestan el valor.

Luce vixdum satis certâ fugientes, queis ad arma pugnæ aptanda vix animus competeret, pugnantium globo illati hærebant, no siendo aun bien de dia, los soldados huyendo, por no poder mantener las armas, se quedaban atascados en el monton de los que peleaban. *Luce jam tum liquidâ.* Ya bien de dia.

Ludibrium oculorum specie terribile, ad frustrandum hostem, Annibal commentus est, Anibal discurrió un espantajo terrible á la vista, para engañar al enemigo.

Milites in subitos tumultus instructi, viæ flexu occulti subsistebant, los soldados prevenidos para repentinas alarmas, estaban ocultos en el recodo del camino.

Mollire clivos anfractibus modicis, suavizar las cuestas, haciendo camino de algun rodeo.

Motis animis in religionem, supplicatio divorum imperata est, estando todos sobrecogidos de un santo temor, se intimaron rogativas á los santos.

Motus terræ avertit cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, el terremoto torció á los rios su rápida corriente, é hizo entrar el mar dentro de los rios.

Obliterata nondum est memoria superioris belli, aun no se ha podido olvidar la guerra pasada.

Oratio mea omnis tecum est, á tí se endereza toda mi plática.

Ortus est risus in concione cum fremitu, la junta terminó en risa y gritería.

Pede se fallente, escurriéndose los pies.

Periculum consulis propulsatum est intercursu filii tunc primùm pubescentis, libróse el cónsul del peligro, por haber acudido su hijo, que entónces estaba en el principio de su mocedad.

Portendit hoc principium victoriam haud fore incruentam Romanis, este principio indicaba ya, que la victoria les costaria sangre á los Romanos.

Potiores auctores apud me sunt, qui tradunt, eo scelere alios fuisse contactos, mas me inclino á seguir á los que dicen, que hubo otros tambien comprehen-

didos en aquella maldad.

Prælium accensum animis ingentibus nox diremit, ex quo summus terror Romam perlatus est, la noche puso fin á la pelea trabada con mucho calor, cuya noticia infundió grandísimo terror á Roma.

Procursum est utrinque in pugnam, in qua nihil tumultuariæ simile erat, ambos exércitos acometieron, y en la pelea no se veía ninguna confusion.

Quòcumque circumtuli oculos, majorem animum inferentis vim, quàm arcentis vidi, por qualquier parte que volví la vista, ví mayor ánimo en los que ofendian, que en los que se defendian.

Rumor certior de bello per barbaros manavit, esparciéronse noticias mas ciertas de la guerra por las naciones bárbaras.

Spectantes perfugæ gratiam victoris per ambiguum favorem, declinantesque ad vindices futuros, postea sub corona venierunt, los desertores, que pretendian ganarse la aficion del vencedor, favoreciendo ya á unos, ya á otros, y que seguian el partido de los que habian de ser sus defensores, coronados fueron despues vendidos.

Spectabant omnes ad defectionem ingenti consensu, estaban todos de comun acuerdo para rebelarse.

Stare non poterat Scipionis sententia, Escipion no acababa de resolverse á una cosa fixa.

Stipendia facere, merere, ser soldado. *Stipendiis emeritis dignam mercedem tulit*, acabado el tiempo de su milicia, recibió el premio merecido.

Tantum animorum fecerat illi prospera res gesta, ut hosti victoriam, civibus confessionem erroris extorserit, le infundió tanto ánimo el buen suceso de la empresa, que quitó al enemigo la victoria de las manos, y á los ciudadanos les hizo confesar su error.

Temeritatem insitam Flaminii ingenio fortuna prospero successu aluit, la inconsideracion natural de Flaminio se aumentó con la prosperidad y bonanza.

Tentata est exigua pacis spes, probóse, si habia alguna pequeña esperanza de hacer las paces.

Transfugia levibus ingeniis impeditiora facta sunt, ya son ménos fáciles las deserciones á los soldados inconstantes.

ORATIO

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ARGUMENTO.

Archias natural de Antioquía, Poeta Griego de grande fama, viniendo á Italia, se avecindó en Heraclea, donde consiguió naturalizarse, ya por su ingenio, ya tambien por el influxo y mediacion de Luculo. Despues logró el derecho de ciudadano Romano el año 661, cuyos privilegios gozó por espacio de 28 años sin la menor contradiccion, hasta que un tal Grachô le citó á juicio acusándole de que no siendo ciudadano Romano se portaba como tal. Esta injusta demanda obligó á Ciceron á salir, como buen discípulo, á la defensa de Archias con la siguiente oracion.

Si quid est in me ingenii, Judices, quod sentio quàm sit exiguum; aut si qua exercitatio dicendi in qua me non inficior mediocriter esse versatum; aut si hujusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplinâ profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere prope suo jure debet. Nam quoad longissimè potest mens mea re-

INTERPRETACION. *Exercitatio*, práctica en la oratoria. *Ratio aliqua*, alguna habilidad en esto, dimanada del estudio é instruccion en las bellas letras, de las que confieso no haber estado ageno en todo el tiempo de mi vida: A Licinio primero que nadie debe pedirme en recompensa como por derecho suyo el fruto de todas estas habilidades. Porque en quanto puede mi

NOTAS Y ARTIFICIO RETORICO. *Si quid est*, nótese por primer precepto de la oratoria la singular modestia, con que habla de sí mismo Ciceron; y la ley del agradecimiento, de donde está tomado todo el Exórdio fundado en este Sylogismo sacado del lugar Oratorio llamado causas.

Mi eloqüencia debe favorecer à aquél, de quien tuvo principio.

Este es Archias.

Luego à Archias debe favorecer.

Dicendi, nótese la gran diferencia entre *loquor* y *dico*.

Quoad, Asumpcion del Sylogismo.

spicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam; inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quòd si hæc vox hujus hortatu præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios servare possemus, huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. Ac ne quis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenii, neque hæc dicendi ratio aut disciplina; nec nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quâdam inter se continentur. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitima, & in judicio publico, cùm res agatur apud prætorem populi Romani lectissimum virum, & apud severissimos judi-

---

ánimo volver los ojos atrás para recorrer los tiempos pasados, y acordarme de los primeros años de mi niñez, repasando desde aquel tiempo hasta el presente, &c... *Principem*, mi guia. *Conformata*, amaestrada. *Saluti*, ha dado la vida. *Debemus*. es obligacion mia socorrer y favorecer, &c. *Ita dici*, que yo hable en estos términos. porque este sigue distinta profesion de ingenio, y no este exercicio y estudio de la oratoria. *Humanitatem*, al conocimiento de las letras humanas. *Continentur*, se unen. *Quæstione*, en una causa sobre el cumplimiento de las leyes, y en un tribunal público. *Lectissimum*. sugeto de los mas principales. *Severissimos*, de la mayor integridad...

Ultimam, significa aquí la edad mas remota con respecto à la en que uno se halla, y son los primeros años de nuestra vida.

Quod si, complexion del Sylogismo.

Ac ne quis, prueba de la Asuncion por una Prolepsis disimulada, objetándose à sí mismo ¿qué conexion tiene la Oratoria, que yo sigo, con la profesion de Archias, que es la Poesía? Responde con el enlace, que entre sí tienen las letras humanas. Letras humanas llamamos à la Gramática de qualquiera lengua, Retórica, Poesía, Historia.

Sed ne cui, discúlpase de que defendiendo à un reo, se pone à hablar de materia de erudicion, con este Sylogismo: Quando el reo, el pretor y el auditorio son personas instruidas, se debe permitir hablar de erudicion.

Aquí se encuentran estas personas.

Luego me debeis permitir hablar de erudicion.

ces, tanto conventu hominum ac frequentiâ, hoc uti genere dicendi, quod non modò à consuetudine judiciorum, verùm etiam à forensi sermone abhorreat: quæso à vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accomodatam huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam; ut me pro summo poeta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum, hâc vestrâ humanitate, hoc denique prætore exercente judicium, patiamini de studiis humanitatis ac literarum paullò loqui liberiùs: & in ejusmodi persona, quæ propter otium ac studium minimè in judiciis periculisque tractata est, uti prope novo quodam & inusitato genere dicendi.

Quod si mihi à vobis tribui concedique sentiam, perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modò non segregandum, cùm sit civis, à numero civium, verùm, etiamsi non esset, putetis asciscendum fuisse.

Nam ut primùm ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam urbe & copiosâ, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluenti) celeriter antecellere omnibus ingenii gloriâ contigit. Post in ceteris Asiæ partibus, cunctæque Græciæ sic ejus adventus celebrabatur, ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectatio-

---

Abhorreat, desdice del lenguage. *Veniam*, un permiso que será muy del caso para este reo. *Molestam*, no os desagradará. *Humanitate*, en medio de vuestro gran conocimiento de las letras humanas, y finalmente presidiendo en este tribunal un pretor, como el que es. *Paullò liberiùs*, con alguna mas libertad. *Otium*, por su vida tranquila y estudiosa nunca se vió en pleitos ni tribunales. *Tribui*, me lo permitís y concedeis, haré ver, &c. *Asciscendum*, que se le debia contar en su número. *Informari*, se suele ir disponiendo para el estudio de las letras humanas. *Liberalissimisque*, propios de gente noble. *Exspectatio*, que lo que de él se esperaba excedia á la fama que corria de su ingenio, y la admiracion de su llegada á lo que de él se esperaba...

Prætore, naturalmente sería el pretor de los forasteros.

Quod si mihi, proposicion de toda la Oracion: tiene dos partes.

Nam ut primùm, narracion: Contiene el ingenio de Archias, su fama, la amistad con hombres principales, y como los de Heraclea le recibieron por ciudadano.

nem ipsius adventus, admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena Græcarum artium ac disciplinarum; studiaque hæc & in Latio vehementiùs tum colebantur, quàm nunc iisdem in oppidis; & hîc Romæ propter tranquillitatem reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani civitate ceterisque præmiis donarunt; & omnes qui aliquid de ingeniis poterant judicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hâc tantâ celebritate famæ cùm esset jam absentibus notus, Romam venit, Mario consule & Catulo. Nactus est primùm consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cùm res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cùm prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solùm ingenii ac literarum, verùm etiam naturæ atque virtutis fuit, ut domus, quæ hujus adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis jucundus Q. Metello Numidico & ejus Pio filio: audiebatur à M. Æmilio: vivebat cum Q. Catulo, & patre, & filio; à L. Crasso colebatur: Lucullos verò, & Drusum, & Octavios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cùm teneret, afficiebatur summo ho-

---

Vehementius, se cultivaban con mas ardor. *Non negligebantur*, no estaban decaidos. *Omnes qui*, quantos tenian voto en materia de ingenios. *Nactus est primùm*, alcanzó primeramente unos cónsules, de los quales el uno podia suministrarle muy buenos materiales para escribir; el otro no solamente esto, sino que le podia ayudar y juzgar sus obras. *Prætextatus*, quando Archias no habia dexado aun la pretexta, ó no teniendo aun entonces Archias diez y siete años. *Hoc... fuit*, fué una prueba. *Naturæ*, índole. *Prima*, le patrocinó en, &c. *Erat... jucundus*, por este tiempo era muy estimado de, &c. *Domum*, la familia. *Devinctam*, habiéndose ganado con su trato à los Lúculos. *Afficiebatur*, le hacian los mayores honores...

Hospitio, entre los antiguos era muy sagrado el vínculo del hospedage, y se contraía por apocentarse uno en casa de otro, y desde entonces se miraban como amigos y hermanos.

Nactus, Mario peleó contra Jugurta, los Ambrones, Teutones, Cimbros: Catulo contra los Cimbros.

Prætextatus, en la edad de los 17 años dexaban la vestidura llamada *prætexta*, y tomaban la toga.

Numidico, llamábase Numidico, por haber sujetado la Numidia.

nore, quòd eum non solùm colebant, qui aliquid percipere aut audire studebant, verùm etiam si qui fortè simulabant. Interim satis longo intervallo, cùm esset cum L. Lucullo in Ciliciam profectus, & cùm ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam, quæ cùm esset civitas æquissimo jure ac fœdere, adscribi se in eam civitatem voluit; idque, cùm ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate & gratiâ Luculli ab Heracliensibus impetravit.

Data est civitas Syllani lege & Carbonis, *si qui fœderatis civitatibus adscripti fuissent: si tum, cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent: & si sexaginta diebus apud prætorem essent professi.* Cùm hic domicilium Romæ multos jam annos haberet, professus est apud prætorem Q. Metellum familiarissimum suum.

Si nihil aliud, nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico ampliùs: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gracche, potest? Heracleæne esse eum adscriptum negabis? Adest vir summâ auctoritate & religione & fide L. Lucullus; qui se non opinari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines, qui hujus judicii causâ cum mandatis & cum publico testimonio venerunt: qui

---

Percipere, aprender. *Verum*. si no aun los que tal vez lo aparentaban. *Interim*, despues de largo tiempo. *Quæ cùm*, la qual ciudad, gozando de privilegios y leyes las mas justas, quiso empadronarse en ella. *Civitas*, se le concedió à Archias el derecho de ciudadano Romano por la ley de Silano y Carbon, que requiere, que el pretendiente esté alistado en alguna ciudad confederada, que al tiempo de publicarse la ley, &c. *Sexaginta*, y que en el término de sesenta dias se haya empadronado en los registros del pretor. *Causa dicta*, defendi mi pleito. *Infirmari*, qué cosa de estas puedes contradecir? *Non opinari*, que no tiene de ello opinion sino certeza, que no lo oyó, sino que lo vió, y que no como quiera lo presenció, sino que paso por sus manos. *Testimonio*, comision...

Data est, primera parte de la Confirmacion, donde prueba por las leyes que es ciudadano Romano con este Sylogismo:

Aquel extrangero es ciudadano Romano, que tiene las circunstancias que mandan las leyes, à saber, estar admitido en ciudad confederada, tener domicilio en Roma, y encabezarse en presencia del pretor.

Todo se verifica en Archias.

Luego Archias es ciudadano Romano.

Si nihil, Complexîon.

Quid enim, primera parte de la Asuncion comprobada con el testimonio de Lúculo: *Adest*; y de los comisionados de Heraclea: *Adsunt*; desecha la razon de la falta de registros: *Hic tu*.

hunc adscriptum Heracliensem dicunt. Hîc tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere; quærere, quæ habere non possumus: & de hominum memoria tacere; literarum memoriam flagitare: & cùm habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii jusjurandum fidemque, ea, quæ depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocavit. At non est professus. Immo verò iis tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cùm Appii tabulæ negligentiùs asservatæ dicerentur: Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset; Metellus homo sanctissimus modestissimusque omnium tantâ diligentiâ fuit, ut ad L. Lentulum prætorem & ad judices venerit, & unius nominis liturâ se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. Quæ cùm ita sint, quid est, quod de ejus civitate dubitetis, præsertim cùm aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cùm mediocribus multis, & aut nullâ aut

---

Tabulas, escritos. *Ad ea*, à las pruebas que tenemos. *De hominum*, enmudecer à aquello, de que pueden dar razon los vivientes, y pedir los monumentos de los escritos. *Religionem*, la escrupulosidad. *Fidem*, crédito. *Quæ depravari*, que de ninguna manera se pueden viciar. *Corrumpi*, alterarse. *Immò verò*, antes se halla empadronado en los registros, que en aquel catastro y colegio de pretores son los únicos que tienen fuerza de escrituras públicas. *Nam cùm*, pues como se dixese que se habian guardado con poco cuidado los registros de Apio, y habiendo quitado todo el crédito à sus escrituras la inconsideracion de Gabinio, antes de ser condenado, y su desgracia despues de su condenacion. *Sanctissimu*, el mas escrupuloso y mirado. *Et unius*, diciendo, que le habia dado que sospechar un borron, que habia advertido en el nombre de uno.

At domicilium, segunda parte de la Asuncion. *Prolepsis*.

At non, tercera parte de la Asuncion. *Prolepsis*: amplifica esta tercera parte por los adjuntos del pretor, que le alistó por ciudadano.

Etenim, prueba estar Archias alistado en otras ciudades con una comparacion de menor à mayor.

No es creible, que las ciudades de Italia le negasen, lo que concedian aun à hombres de menor valor.

Es así que concedian à seme-

humili aliquâ arte præditis, gratuitò civitatem in Græcia homines impertiebantur; Rhegynos, credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summâ ingenii prædito gloriâ noluisse. Quid? cùm ceteri non modò post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui nec utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quòd semper se Heracliensem esse voluit, rejicietur? Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurum, proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem quæstore fuisse in Asia: primis Julio & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed, quoniam census non jus civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive: iis temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem judicio in civium Romanorum jure esse versatum; & testamentum sæpe fecit nostris legibus; & adiit hæreditates civium Romanorum; & in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore & consule.

In Græcia, dando los griegos el derecho de ciudadano sin mérito alguno de los pretendientes à muchos hombres de mediana esfera, y que ó no tenian oficio, ó era muy baxo, sin duda que, &c. *Scenicis*, aun à los farsantes. *Quid*? ¿pues qué? habiendo otros no solamente despues de concedido el derecho de ciudadanos Romanos, sino despues de la publicacion de la ley Papia, tenido arte para introducir furtivamente sus nombres en los registros de aquellos municipios, desecharémos à éste, que ni aun se vale del privilegio de las demás ciudades? &c. *Census*, sin duda que echarás menos el nombre de Archias en nuestras matrículas? sí, que no sabe todo el mundo, que en tiempo de los últimos censores estuvo Archias en el exército en compañía del esclarecidísimo general L. Lúculo; que en tiempo de los anteriores acompañó al mismo siendo qüestor en el Asia; y que en tiempo de los primeros que fueron Julio y Craso no se hizo catastro de ninguna clase de ciudadanos. *Et adiit*, heredó de muchos ciudadanos Romanos, y se presentó su nombre en tesorería para que se le atendiese...

---

jantes hombres el derecho de ciudadanos.

Luego à Archias con mas razon.

Quid? prueba con otra comparacion, que no se le debe desechar à Archias.

Requiris, objecion del contrario, à que satisface despues.

Exercitum, dice *apud exercitum*, y no *in exercitu*, porque Archias no era soldado, sino que acompañaba al general.

Ærarium, quando volvian los generales de una guerra presen-

Quære argumenta siqua potes: numquam enim hic neque suo, neque amicorum judicio revincetur. Quæres à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convicio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrinâ excolamus; aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrinâ eâdem relaxemus? Ego verò fateor, me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his, neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis nullo me umquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut volu-

---

Quære, busca ahora pruebas, si es que puedes, pues à éste nunca le sacarán del juicio, que él y sus amigos han formado. *Delectemur*, estoy tan apasionado. *Suppeditat*, porque me suministra materia, con que se desahogue mi ánimo cansado del tráfago del foro, y tengan algun descanso mis oidos aturdidos con la vocería. Piensas tú por ventura, que puedo yo tener suficientes materiales, para hablar todos los dias en tanta variedad de asuntos, si no cultivo mi ánimo con varia erudicion; ó que puedo yo trabajar con tanto teson, si no me tomo algun desahogo con ella misma? *Abdiderunt*, se arrinconaron en sus estudios, que nada han podido sacar de ellos ni para el provecho del público, ni para que nadie lo vea. *Illis nullo*, que para favorecer à qualquiera en sus peligros jamás me ha retraido mi sosiego ó mi descanso, ni me han apartado las diversiones, ni retardado el sueño...

---

taban en tesorería una lista de los que habian hecho algun servicio à la república para que se les atendiese en sus pretensiones.

Quære, segunda parte de la Confirmacion. Pasa de la hipótesis à la tesis, pues todo poeta debe ser honrado: y forma el siguiente silogismo, que es el principal de toda esta segunda parte. Los poetas deben ser condecorados con el honor de ciudadano.

Archias es consumado poeta.

Luego debe ser condecorado, &c.

La Proposicion la prueba de tres modos: por los Efectos, por Comparacion de menor à mayor, y por Exemplos. La Asuncion la prueba de dos maneras; y despues inculca y repite varias veces la Complexîon. La primera prueba de la Proposicion por los Efectos la toca en esta forma:

Aquellos deben ser honrados, que contribuyen para el recreo del hombre, para la elocuencia, y para el gobierno de la república.

Los Poetas acarrean todo esto.

Luego deben ser honrados.

Quia suppeditat, el primer miembro de la Proposicion le prueba, diciendo, que el recreo de la leccion de los Poetas es

ptas avocarit, aut denique sommus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis conceditur temporis; quantum aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quòd ex his studiis hæc quoque crescit oratio & facultas: quæ quantacumque in me est, numquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui levior videtur; illa quidem certè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam nisi multorum præceptis, multisque literis mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem; in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii parvi esse ducenda: numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas: quæ jacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. Quàm multas nobis imagines, non solùm ad intuendum, verùm etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas scriptores & Græci & La-

---

Obeundas, manejar sus negocios. *Intempestivis*, banquetes desarreglados. *Aleæ*, juegos de fortuna. *Ex his*, de estos estudios cobra nuevo vigor esta mi facultad de la eloqüencia. *Defuit*, jamás faltó à mis amigos en sus peligros. *Levior*, de poco valor. *Hauriam*, sé muy bien de qué fuente he de sacar los pensamientos sublimes. *Expetendum*, digna de ser codiciada. *Honestatem*, la virtud. *Persequenda*, y que por conseguirla. *Numquam*, nunca yo me hubiera expuesto por defenderos à tantos y tan recios debates, y à estas diarias acometidas de gente desalmada. *Pleni*, llenos están de esta doctrina los libros, llenas las maximas de los Sabios, &c. *Nisi accederet*, sino fuera por la luz de las letras. *Expressas*, sacadas muy al vivo...

---

mas honesto, que la diversion de los espectáculos, convites y juegos.

Intempestivis, convites celebrados antes de la hora acostumbrada, que era à la caida de la tarde, ó à la hora nona, quando comian los antiguos.

Atque hoc, segundo miembro de la Proposicion.

Quæ si cui, tercer miembro de la Proposicion; que tambien contribuye para el gobierno de la república.

tini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda republica proponens, animum & mentem meam ipsâ cogitatione hominum excellentium conformabam. Quæret quispiam: quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis proditæ sunt, istâne doctrinâ, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare; sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per se ipsos & moderatos & graves exstitisse fateor. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cùm ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam conformaticque doctrinæ; tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum; ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestissimos homines & continentissimos; ex hoc fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: qui profectò, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, numquam se ad earum studium contulissent. Quòd si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studiis delectatio sola peteretur; tamen, ut opinor, hanc animi remissionem humanissimam ac liberalissimam judicaretis. Nam ceteræ neque

---

Quas ego, las que proponiéndome siempre en el gobierno de la república, arreglaba segun ellas mi corazon y entendimiento con la meditacion de aquelles hombres sobresalientes. *Confirmare*, afirmar. *Ego multos*, confieso que ha habido muchos hombres de ánimo y esfuerzo singular, que sin instruccion alguna, por disposicion casi divina de la misma naturaleza, por sí mismos fueron moderados y circunspectos. *Naturam*, el buen natural sin instruccion. *Atque idem*, pero tambien digo resueltamente que quando á un natural bueno y sobresaliente se junta cierta buena disposicion y forma que dan las letras, entonces se halla en el hombre no sé qué realce singular. *Percipiendam*, conseguir y cultivar. *Remissionem*, este desahogo del alma por muy racional y propio de gente noble...

Quod si non, prueba que aunque la Poesía no acarrease mas ventajas que el recreo, bastaba. Por los adjuntos y efectos.

No hay recreo mayor que el que conviene á todas las edades, lugares y tiempos.

Sola la Poesía tiene esto.

Luego ella es el mayor entre todos los recreos.

temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quòd si ipsi hæc neque attingere neque sensu nostro gustare possemus; tamen ea mirari deberemus, etiam cùm in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? qui cùm esset senex mortuus; tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus; nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, Judices, utar enim vestrâ benignitate; quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis, quoties ego hunc vidi, cùm literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? Quoties revocatum eamdem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis? Quæ verò accuratè cogitatèque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent.

Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic à summis homi-

---

Adolescentiam, son pasto de la juventud, recreo de la vejez, lustre de la prosperidad, refugio y consuelo en la adversidad. *Pernoctant*, pasan con nosotros las noches, van de viage y nos divierten en las granjas. *Attingere*, tener alguna inteligencia ni gusto en ellas. *Agresti*, grosero y empedernido. *Artem*, habilidad y gracia. *Motu*, ademanes. *Animorum*, increible viveza del ánimo y prontitud del ingenio. *Dicere*, decir de repente. *Quoties revocatum*, ¿quántas veces instado de nuevo, explicaba una misma cosa con distintas palabras y sentencias? Pero lo que componia despacio y de pensado, &c.

Ratione, por todos los medios posibles...

Quis nostrum, comprobacion del aprecio, que merecen los Poetas con una comparacion de menor á mayor:

Mucho mas es un Poeta que un cómico.

Roscio cómico mereció nuestro aprecio;

Luego mas lo merece un Poeta.

Quoties ego, prueba de la Asuncion del Sylogismo principal de esta segunda parte.

Hunc ego, aquí está disimulada la Complexion.

nibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia & doctrinâ, & præceptis, & arte constare: Poetam naturâ ipsâ valere, & mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat Poetas, quòd quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, Judices, sanctum apud vos humanissimos homines hoc Poetæ nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa & solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt, nos instituti rebus optimis non Poetarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant: itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. Ergo illi alienum, quia Poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui & voluntate & legibus noster est, repudiabimus? Præsertim, cùm omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi

---

Ceterarum, que las demas facultades se aprenden con la instruccion, con los preceptos, y con el arte; pero que el Poeta lo es por naturaleza; que es agitado de la fuerza de su imaginacion, é inspirado por un espíritu divino. *Commendati*, &c., los que parece nos fueron concedidos, como por especial dón y favor de los Dioses. *Humanissimos*, dotados de la mayor erudicion. *Respondent*, corresponden á la voz con el eco; muchas veces hasta las bestias fieras se amansan, y se paran con el canto; y en nosotros instruidos en las bellas letras ¿no hará mella la voz de los Poetas? *Vendicant*, se le apropian, los Salaminos le piden para sí; los Esmirnenses porfian, &c. *Pugnant*, traen entre sí debates y contiendas. *Attigit*, escribió algo sobre la guerra...

Suo jure, lo mismo que *jure optimo*, *jure merito*, *non injuriâ*, con justísima razon.

Saxa, amplificacion por comparacion de menor á mayor, algo poética (alude á la fábula de Orfeo.)

Homerum, prueba de la proposicion con una amplificacion por Exemplos.

Nosotros debemos honrar á los que todos honraron.

Todos honraron á los Poetas; Luego, &c.

Los exemplos de que se vale son de los Griegos, de Temístocles, Mario, Scipion, Alexandro, Pompeyo, Syla, Metelo, Decimo Bruto, en lo que se dilata bastante.

Præsertim, otra prueba de la Asuncion del Sylogismo principal, tomada de lo que escribio Archias.

illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse ajunt, cùm ex eo quæreretur, quod acroama aut cujus vocem libentissimè audiret: *Ejus, à quo suà virtus optimè prædicaretur.* Itaque ille Marius item eximiè L. Plotium dilexit, cujus ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. Mithridaticum verò bellum magnum atque difficile, & in multa varietate terrâ marique versatum, totum ab hoc expressum est: qui libri non modo L. Lucullum fortissimum & clarissimum virum, verùm etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, & regiis quondam opibus & ipsâ naturâ regionis vallatum: populi Romani exercitus, eodem duce, non maximâ manu innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum ejusdem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque conservatam: nostra semper feretur & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri triumphi. Quare, quorum ingeniis hæc feruntur, ab iis populi Romani fama celebratur. Carus fuit Africano superiori noster Ennius. Itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus è

Jucundus, agradó. *Durior*, que parecia no tener inclinacion. *Aversus*, tan desafecto á las Musas, que no lleve con gusto, que se eternice en un Poema el elogio de su afanes. *Cùm ex eo*, preguntándole, qué cancion, ó qué voz oiría con mas gusto, respondió, que la de quien celebrase mejor su valor. *Varietate*, que tuvo muchos altos y baxos. *Expressum*, la escribió toda hasta el fin. *Aperuit*, abrió paso para el Ponto, que estaba fortalecido. *Natura*, situacion del pais. *Non maxima manu*, con poco número. *Ore ac*, del lance mas apurado de la guerra. *Depressa*, echada á pique. *Feruntur*, cuyos ingenios publican estas acciones...

Acroama, voz griega latinizada del verbo ἀκροάομαι oir. Significa el oido, la narracion ó relacion, cuento, cancion, y tambien el mismo que refiere alguna fábula ó cuento.

Ore ac, alegoría y pintura poética.

marmore. At iis laudibus certè non solùm ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In cœlum hujus proavus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrûm laude decorantur. Ego illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem majores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat, propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus, Latina suis finibus, exiguis sanè, continentur. Quare, si hæ res, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur; cupere debemus, quò manuum nostrarum tela pervenerint, eòdem gloriam famamque penetrare: quòd cùm ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt; tum iis certè, qui de vita gloriæ causâ dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cùm in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset: *O fortunate,* inquit, *adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!* Et verè. Nam nisi Ilias illa extitisset,

---

In cœlum &c., de ser ensalzado hasta las estrellas Caton visabuelo de éste, resulta gran gloria al nombre del pueblo Romano. *Ergo illum*, con que nuestros mayores dieron el derecho de ciudadano á Enio, natural de Rudia, por haber hecho estos elogios, y nosotros hemos de desechar á este naturalizado en Heraclea, deseado por muchas ciudades, y establecido en la nuestra por las leyes. *Vehementer*, va muy equivocado. *Quare si hæ res*, porque si nuestras empresas tienen los mismos límites que el mundo, debemos desear que hasta donde llegaron nuestras armas, hasta allí se extienda, &c. *Qui de vita*, que ponen en riesgo su propia vida, á trueque de conseguir honra. *Incitamentum*, estímulo para arrojarse á los peligros y trabajos.

Præconem, elogiador. *Et verè*, y con razon. *Ilias*, si no hubiera quedado aquella Iliada, la misma tierra que cubria su cadá-

---

Hujus, señala á un Senador que estaba presente.

Omnes, floreciendo en la segunda guerra Púnica escrita por Enio.

Ergo illum. Argumentacion por comparacion con Enio para probar la Asuncion del Sylogismo principal.

idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit? & nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quâdam gloriæ commoti, quasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt? Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset; ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cùm Hispanos & Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cùm ei libellum malus poeta de populo subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebant, jubere ei præmium tribui sub ea conditione, *ne quid postea scriberet.* Qui sedulitatem mali Poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, hujus ingenium & virtutem in scribendo & copiam non expetisset? Quid? à Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? qui præsertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis Poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet. Neque enim est hoc dissimulandum,

---

ver, hubiera tambien sepultado su nombre. *Rustici*, aunque gente grosera y militar. *Dulcedine*, atractivo. *Illud*, aquella honra. *Clamore*, á voz en grito. *Perficere*, conseguir. *Malus Poeta*, habiéndole presentado un mal poeta del pueblo un papel que contenia tan solo un epígrama en su alabanza, en versos elegiacos. *Vendebant*, estaban en almoneda. *Qui sedulitatem*, un hombre que tuvo por digna de premio, aunque corto, la diligencia de un mal Poeta, ¿no hubiera deseado el ingenio, la viveza y afluencia de éste en escribir? *Usque eo*, deseaba tanto. *Ut etiam*, que daba oidos á los Poetas Cordobeses, aunque tenian un acento tosco y extrangero. *Neque*, ni se debe pasar en silencio lo que no puede ocultarse, sino que lo debemos confesar claramente...

Magnus, Pompeyo, el qual estaba presente.

Itaque, credo, ironía.

Vendebant, los bienes de los que habia proscrito Syla.

Pingue, por mas que Mureto tome argumento de este lugar para denigrar á todos los Poetas Españoles, Ciceron solo tacha á los Cordobeses del acento ó tonillo de la pronunciacion, que no se acomodaba al oido fino de los Romanos, y nada mas, pues solo eso significa la voz *sonantibus*, &c.

Neque enim, prueba el apre-

quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: et in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari se ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus, summus ille vir & imperator, Accii amicissimi sui carminibus, templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores propè armati Poetarum nomen & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati Judices à Musarum honore, & à Poetarum salute abhorrere. Atque ut id libentius faciatis, jam me vobis, Judices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujus urbis atque imperii, & pro vita civium, proque universa republica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, quòd mihi magna res & jucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: quâ quidem detractâ, Judices, quid est quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? Certè, si nihil animus præsentiret in posterum, & si, quibus regionibus vitæ spatium cir-

---

Trahimur, nos arrastra. *In eo ipso*, en el hecho de despreciar la fama y la alabanza, quieren ser ensalzados y afamados. *Aditus*, las fachadas. *Comite*, llevando á Enio en su compañía. *Prope*, casi con las armas en la mano. *Abhorrere*, desentenderse. *Indicabo*, os descubriré mi pecho. *Acri*, demasiado excesivo, pero honroso. *Attigit*, emprendió y comenzó á escribir en verso. *Exerceamus*, nos fatiguemos. *Si nihil*, si nuestra alma nada presintiese de lo por venir, y si limitase sus pensamientos en los

---

cio que se debe hacer de los Poetas: porque ellos contribuyen mas que ninguno á la consecucion de la fama: deseo natural en todos, y mayor en los mas buenos.

Præsentiret, nótese la fuerza del verbo *præsentio* barruntar, que se acomoda lindamente á los animales, que por instinto barruntan mutacion de tiempo.

cumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, neque toties de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri; sed cum omni posteritate adæquandam. An verò tam parvi animi videamur esse omnes, qui in republica, atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut cùm usque ad extremum spatium, nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An cùm statuas & imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerint; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multò malle debemus, summis ingeniis expressam & politam? Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò sive à meo sensu post mortem abfutura sunt, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certè cogitatione quâdam speque delector.

Quare conservate, Judices, hominem pudore eo, quem amicorum studiis videtis comprobari; tum digni-

---

términos en que está demarcada nuestra vida, ni se quebrantaria con tantos trabajos. *Dimicaret*, expondria á riesgo. *Insidet*, se halla en todo hombre de bien. *Non cum*. que con la muerte no se ha de acabar la memoria de nuestro nombre, sino que se ha de igualar con toda la posteridad. *Nullum*. no habiendo tenido ni una respiracion con tranquilidad y sosiego hasta el fin de nuestra vida *Studiose*, habiendo cuidado muchos sugetos consumados de dexarnos estátuas é imágenes que son retratos de los cuerpos y no de las almas. *Effigiem*. copia de nuestros pensamientos y virtudes, pintada al vivo y perfeccionada. &c. *Jam tum*, en el mismo acto de hacerlas. *Hæc verò*, ya no perciba yo nada de esta memoria despues de la muerte. o ya permanezca en alguna potencia de mi alma, como fueron de opinion los hombres mas sabios: lo cierto es que ahora me deleyto con este pensamiento y esperanza.

Hominem pudore eo, á un hombre de tanto pundonor, á quien veis ser celebrado ya por sus amigos, ya por su mérito, ya por su habilidad...

Quare. epílogo ó recapitulacion de todo lo que se ha dicho en todo el discurso.

tate, tum etiam venustate; ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quòd summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis; causâ verò ejusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cùm ita sint, petimus à vobis, Judices, si qua non modò humana, verùm etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse; ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur: quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestrâ levatus potiùs, quàm acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, Judices, ea confido probata esse omnibus; quæ non fori, neque judiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum, ea, Judices, à vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui judicium exercet, certò scio.

Causa verò, y que tiene una causa tan justa, que se halla justificada por el privilegio de la ley, por la autoridad de un municipio. *Sic in vestram*, que de tal suerte le ampareis con vuestra proteccion, que antes parezca le habeis favorecido con vuestra benignidad, que ofendido con vuestro rigor. *Ab eo qui*, seguramente sé que lo hará el Presidente de este tribunal.

Quæ cum ita sint, implora el favor de los jueces por el honor que ha dado Archias á Roma.

Quæ de causa, se excusa de haberse salido del estilo de las causas.

ANALYSIS.

Esta oracion pertenece al género judicial, pues se trata de defender á Archias: y por quanto la segunda parte de la Confirmacion se emplea en las alabanzas de Archias y de las bellas letras, pertenece al demostrativo, y es un panegírico. Su estilo es mediano, sí bien se eleva algo en el elogio de las letras, y mas quando toca la inmortalidad del alma. Consta de cinco partes: Exôrdio, Proposicion, Narracion, Confirmacion, en que va mezclada la Refutacion del contrario, y Epílogo.

En el Exórdio se capta la benevolencia manifestando su gratitud para con su maestro, que le inclinó á los

estudios, y formó para la eloqüencia: Si quid est; *y la atencion y docilidad por el nuevo modo de defender la causa, hablando de las letras en un concurso sabio*: Sed ne cui.

La proposicion consta de dos partes: 1.ª *Archias es ciudadano Romano*: 2.ª *aunque no lo fuese, se le debia tener por tal*: Quod si mihi.

En la Narracion expone los estudios de Archias; su ilustre nacimiento y patria; su llegada á Italia, donde le hicieron ciudadano suyo los Reginos, Tarentinos y Napolitanos, logrando la estimacion de varios sugetos de mérito; su partida á Heraclea donde fué hecho ciudadano por su mérito, y autoridad de Luculo; y su admision por ciudadano Romano por la ley Plaucia: Nam ut primum.

En la Confirmacion prueba ser ciudadano Romano porque lo era de Heraclea, por el testimonio de Luculo, y de los legados que se hallaban presentes: Si nihil aliud; *porque tuvo domicilio en Roma*: At domicilium; *por haberse encabezado en presencia del Pretor mas escrupuloso y fiel en sus registros*: At non est professus; *porque fué ciudadano de varias ciudades confederadas*: Etenim cum mediocribus; *y porque usó de los derechos de ciudadano Romano*: Census nostros; *donde deshace la objecion de la falta de matrículas.*

Prueba en la segunda parte que debia tenerse por ciudadano, aunque no lo fuera, por ser poeta, y de este modo hace la materia, que era esteril, mas brillante con el elogio de la poesía, cuyo estudio 1.° *es útil á los Oradores*: Quæres à nobis; *y á los que gobiernan*: Quam multas; *deshaciendo la objeccion de que algunos sin ciencia por dón natural gobiernan bien*: Quæret quispiam; 2.° *deleyta en todo lugar y tiempo.* Quod si non hic tantus; *ilustrándolo con el exemplo del aprecio que tuvo Roscio*; 3.° *y honra al que la posée haciéndole respetable á todos, lo que comprueba con exemplos*: Atqui sic. *Es digno Archias de este privilegio por su amor á los Romanos, pues escribió la guerra*

contra los Cimbros: Præsertim cum omne; *las victorias de Luculo contra Mitridates*: Mithridaticum vero; *el consulado de Ciceron y elogios de los Jueces*; Quare si hæ res; *por lo qual debe ser amado como lo fué Enio por Escipion, varios escritores por Alexandro, Teofanes por Pompeyo, el otro mal poeta por Sila, los Cordobeses por Metelo, y Accio por Bruto. Concluye por la causa final, á saber, el deseo que todos tenemos de gloria inmortal*: Non enim est dissimulandum.

En el Epílogo recopila su oracion, pidiendo se tenga á Archias por ciudadano Romano por el mérito de su persona, por estar probada su causa con la ley, autoridad del municipio, testimonio de Luculo y registros de Metelo: Quare conservate; *por el honor que ha hecho al pueblo Romano, y por ser poeta*: Quæ cum ita sint; *y se excusa del método que ha observado en la defensa de esta causa*: Quæ de causa.

ORATIO

IN L. CATILINAM.

ARGUMENTO.

Lucio Catilina, caballero del órden patricio, y partidario de Sila, despues de haber obtenido la Pretura, y gobernado el Africa, fué acusado de cohecho por P. Clodio. Desde entonces concibió, segun se crée, la idea de la conjuracion. Solicitó por tres veces el consulado, y otras tantas llevó repulsa. Esto le enfureció de manera, que se resolvió ya á destruir la republica por todos los medios posibles; solicitando para este fin, como dice Salustio, una gavilla de la gente mas perdida de la ciudad, á los que convocó á deshora de la noche á casa de M. Porcio Leca. Allí les mostró el plan de la guerra, y les dixo, que su intencion era quitar la vida á Ciceron, y á la mayor parte de los senadores, é irse al campo de Manlio. Cayo Cornelio y Lucio Varganteyo, que se ofrecieron á dar cumplimiento á su primera pretension, pasaron de madrugada á casa de Ciceron, para

quitarle la vida en su misma cama. No lo consiguieron; pues el cónsul noticioso por medio de Fulvia de las intenciones de los conjurados, aseguró su casa redoblando las guardias, que les negaron la entrada. Libre del peligro juntó el senado á 8 de Noviembre del año 690 de la fundacion de Roma en el Templo de Júpiter. Y habiendo Catilina tenido el descaro de presentarse en aquel lugar, Ciceron dixo de repente esta invectiva; en la que descubriendo á Catilina todas sus tramas, le obligó á salirse de Roma.

Quousque tandem abutere, Catilina, patientiâ nostrâ? quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrænata jactabit audacia? Nihilne te nocturnum præsidium Palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatûs locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patêre tua consilia non sentis? constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides? Quid proximâ, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrûm ignorare arbitraris? O tempora,

INTERPRET. *Quousque*, hasta quando, &c. *Quamdiu etiam*, ¿por quánto tiempo nos ha de insultar ese tu furor? ¿quándo dexará de jactarse ese tu desenfrenado atrevimiento? *Nihilne... moverunt*, ninguna mella hace en tí ni la guardia que queda de noche en el Palatino, &c. *Consensus*, la reunion. *Munitissimus*, tan defendido, donde se juntan los Senadores, ni su vista y presencia. *Constrictam*, ¿no ves que tu conjuracion está ya reprimida por el conocimiento que todos estos tienen de ella?...

NOT. Y ARTIF. RET. *Quousque*, en casi toda esta oracion no usa Ciceron de periodos, sino de miembros é incisos cortos, que es el lenguage de las pasiones vivas, propio para mover é instar.

Eludet, esta expresion tiene alusion á los juegos de los gladiadores; en la que habla del furor de Catilina, como de una cosa animada.

Præsidium, en los peligros se ponia guarnicion de noche y de dia en el monte Palatino.

Munitissimus, el capitolio donde estaba el templo de Júpiter.

Quid proxima, adjuntos de lugar y personas.

O tempora, se puede formar este Sylogismo:

Es cosa vergonzosa para el cónsul, que viva y entre en el senado aquel, á quien puede y debe quitarle la vida.

Yo puedo y debo matar á Catilina.

ò mores! Senatus hoc intelligit; consul videt: hic tamen vivit. Vivit? Immo verò etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat & designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. Nos autem viri fortes satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis jam pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris. An verò vir amplissimus P. Scipio pontifex maximus Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ privatus interfecit; Catilinam verò, orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus studentem manu suâ occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coercerent. Habemus enim senatûsconsultum in te, Catilina, vehemens & grave: non deest reipublicæ consilium, neque auctoritas hujus ordinis: nos, nos, dico apertè, consules desumus. Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, nequid respublica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum su-

---

Particeps, se le da parte de las resoluciones públicas. *Notat*, señala y echa el ojo á cada uno de nosotros, para quitarnos la vida. *Satisfacere*, ¿cumplimos con la república con solo evitar su furor y sus golpes? *In te conferri*, que recayese sobre tí esa tormenta, &c. *Labefactantem*, que trastornaba algun tanto la república. *Vastare*, asolar á sangre y fuego todo el mundo. *Studentem*, que queria introducir novedades. *Fuit*, hubo, hubo tal valor, &c. *Senatûsconsultum*, un decreto del senado fuerte y severo. *Desumus*, nosotros, nosotros los cónsules (no me andaré en rodeos) somos los que faltamos. *Nox nulla*, no pasó noche por medio. *Seditionum*, rebelion...

Luego es cosa vergonzosa para mí, que él viva y entre en el senado.

An verò, prueba de la Mayor por la Comparacion de menor á mayor.

Privatus, el Pontificado no era magistrado; y así le llama hombre particular.

Habemus, prueba la primera parte de la Asuncion con semejanza de Exemplos con este otro Sylogismo.

Los cónsules mas esforzados, armados con el decreto del senado, quitaron la vida á los ciudadanos sediciosos.

Yo tengo el mismo decreto.

Luego puedo quitarte la vida.

spiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, avis, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatûsconsulto C. Mario & L. Valerio consulibus permissa est respublica: num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis, & C. Servilium mors ac reipublicæ pœna remorata est? At nos vigesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujuscemodi senatûsconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum: quo ex senatûsconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis: & vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.

Cupio, P. C. me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum videri: sed jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. Castra sunt in Italia contra rempublicam in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemque hostium intrà mœnia, atque adeò in senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi, si interfici jussero, credo, erit verendum mihi, ne non hoc potiùs omnes boni seriùs à me, quàm quisquam crudeliùs factum esse dicat. Verùm ego hoc, quod jam pridem factum esse opor-

---

Permissa est, se puso la república en manos de los cónsules, &c. *Num unum diem*, por ventura ¿se retrasó ni un solo dia la muerte y el castigo para satisfacer á la república, á Lucio Saturnino, tribuno del pueblo, y á C. Servilio? *Hebescere*, que se emboten los filos del poder del Senado. *Hujuscemodi*, igual. *Tabulis*, en el archivo. *Deponendam*, no para dexar tu osadía, sino para confirmarte mas en ella. *Dissolutum*, remiso. *Faucibus*, en la entrada ó embocadura. *Molientem*, formando cada dia nuevos proyectos para arruinar la república. *Credo*, creo me debo antes recelar que digan los hombres de juicio, he obrado con lentitud, que el que alguno diga que he procedido con crueldad...

Simili, Amplificacion por Exemplos.

Cupio, manifestando su clemencia, prueba la segunda parte de la Asuncion por los Adjuntos:

El cónsul debe quitar la vida á un caudillo de los enemigos de la patria, si es que puede. Tú eres caudillo de un exército contra la patria;

Luego debo quitarte la vida, pudiéndolo hacer.

Pone solo la Asuncion unida con la Complexion.

tuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiam te, cùm jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non jure factum esse fateatur. Quamdiu quisquam erit qui te defendere audeat, vives: & vives ita, ut nunc vivis, multis meis & firmis præsidiis obsessus, ne commovere te contra rempublicam possis. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod jam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tuæ potest? si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem, mihi crede, obliviscere cædis atque incendiorum. Teneris undique: luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quæ etiam mecum licet recognoscas. Meministine me ante diem XII. Kalendas Novembris dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset ante diem VIII. Kalendas Novembris, C. Manlium audaciæ satellitem atque administrum tuæ? Num me fefellit, Catilina, non modò res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verùm, id quod multò magis est admiran-

---

Nondum, no me muevo á, &c. *Jure*, que tu castigo ha sido justo. *Et vives ita*, y vivirás como al presente vives, cercado de órden mia con muchas y seguras guardias, que yo te pondré, para que no te puedas rebullir contra la república. Los ojos y los oidos de muchos te acecharán, y estarán de guardia sin que lo eches de ver, como lo han hecho hasta aquí. *Si illustrantur*, ¿si todo se sabe, si todo se hace público? Muda ya de designio. *Teneris undique*, por todos lados estás cogido; todos tus proyectos nos son mas claros que la luz del dia, y puedes irlos reconociendo conmigo. *C. Manlium*, C. Manlio satélite y ministril de tu atrevimiento? ¿Me engañé yo por ventura, ó Catilina! no solo en esa empresa tan grande, tan cruel y tan increible, sino lo que es mas de admirar, ni aun en el dia?...

Etenim, le arguye de este modo:

Aquellos intentos contra la república, que están descubiertos, son vanos.

Tus intentos contra la patria están manifiestos;

Luego en vano intentas arruinarla.

La Asuncion está muy clara, y amonestándole á Catilina, pone la Complexion. *Muta jam.*

Meministine, prueba la Asuncion, reconviniendo á Catilina, con lo que el mismo Ciceron habia dicho de antemano.

dum, dies? Dixi ego idem in senatu, cædem te optimatum contulisse in ante diem V. Kalendas Novembris; tum cùm multi principes civitatis Româ non tam sui conservandi, quàm tuorum consiliorum reprimendorum causâ profugerunt. Num inficiari potes, te illo ipso die, meis præsidiis, meâ diligentiâ circumclusum, commovere te contra rempublicam non potuisse, cùm tu discessu ceterorum, nostrâ tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse dicebas. Quid? cùm te Præneste Kalendis ipsis Novemb. occupaturum nocturno impetu esse confideres; sensistine illam coloniam meo jussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modò audiam, sed etiam videam, planèque sentiam. Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem: jam intelliges multò me vigilare acriùs ad salutem, quàm te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Leccæ domum: convenisse eòdem complures ejusdem amentiæ scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? convincam, si negas. Video enim esse hîc in senatu quosdam, qui tecum unà fuere. O dii immortales, ubinam gentium sumus? quam rempublicam habemus? in qua urbe vivimus? Hic, hic sunt in nostro numero, P. C. in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio, qui de

---

Dixi, yo mismo dixe en el senado, que tú habias dilatado la muerte de los principales de Roma, para el 28 de Octubre, dia en que huyeron de la ciudad muchos de ellos, no tanto por ponerse en salvo, quanto por atajar tus intentos. *Commovere*, hacer movimiento contra la república, quando tú por la huida de los demas ciudadanos decias que te contentabas no obstante con quitarme á mí la vida, que me quedé en Roma. *Præneste*, Palestrina. *Impetu*, irrupcion nocturna. *Sentiam*, sepa. *Recognosce*, repasa juntamente conmigo lo que pasó la noche precedente. *Acriùs*, con mas empeño por el bien de la república que tú por su ruina. *Non agam*, no me andaré con rodeos. *Num*, ¿Te atreverás á negarlo? ¿por qué no respondes? *Ubinam*, ¿entre qué gente estamos? *Sanctissimo*, en este Senado el mas augusto y respetable, &c.

Falcarios, soldados armados de podaderas: ó habla por Metáfora, porque pretendian, digamos así, segar la ciudad; ó por desprecio, porque las armas de su gente eran hoces. Lo mismo dice Salustio.

meo, nostrûmque omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent: hosce ego video consul, & de republica sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam eâ nocte, Catilina: distribuisti partes Italiæ: statuisti quò quemque proficisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres: quos tecum educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum jam esse exiturum: dixisti paullulum tibi esse etiam tum moræ, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te istâ curâ liberarent, & sese illâ ipsâ nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia vixdum etiam cœtu vestro dimisso comperi, domum meam majoribus præsidiis munivi atque firmavi: exclusi eos, quos tu manè ad me salutatum miseras; cùm illi ipsi venissent, quos ego jam multis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. Quæ cùm ita sint, Catilina, perge quò cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ; proficiscere. Nimium diu te imperatorem illa tua Man-

---

Cogitent, quienes meditan mi muerte, la de todos nosotros, y la ruina de esta ciudad, y por consiguiente de todo el mundo. *Rogo*, pido voto. *Voce*, y ni aun de palabra hiero á los que convenia quitar la vida á filo de espada. *Distribuisti*, repartiste las provincias de la Italia, determinaste el lugar adonde cada uno se habia de partir. *Descripsisti*, hiciste el plan de los quarteles de la ciudad, por donde se habia de poner fuego; aseguraste que no tardarias en salir de Roma; pero dixiste que solo te detenia algun tanto el quedar yo con vida. *Paullo ante*, poco antes de amanecer. *Hæc ego*, no bien habíais salido vosotros de vuestra junta, quando ya estaba yo informado de todo: aseguré y fortifiqué mi casa con mayor número de guardias: no dí entrada á los que tú enviaste, para que me diesen los buenos dias de mañana... *Id temporis*, á aquella hora. *Prædixeram*, habia dicho de antemano. *Perge*, lleva adelante tus intentos: acaba de salir de la ciudad; abiertas están, &c.

Quæ cùm ita, exôrta á Catilina, á que se vaya á los suyos, ó al destierro, con una razon fundada en la Desemejanza, y en la Comparacion de menor á mayor:

Si á mí solamente me maquinases la ruina, no deberia permitirte en Roma por mas tiempo.

Es así que maquínas la destruccion de la república, y de la Italia;

Luego mucho menos debo permitirte en Roma.

liana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos;
si minùs, quàm plurimos. Purga urbem. Magno me me-
tu liberabis, dummodo inter me atque te murus inter-
sit. Nobiscum versari jam diutius non potes: non fe-
ram, non patiar, non sinam. Magna diis immortalibus
habenda est gratia, atque huic ipsi Jovi Statori, anti-
quissimo custodi hujus urbis, quòd hanc tam tetram,
tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem to-
ties jam effugimus. Non est sæpius in uno homine salus
summa periclitanda reipublicæ. Quamdiu mihi consuli
designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præ-
sidio, sed privatâ diligentiâ defendi. Cùm proximis co-
mitiis consularibus me consulem in campo, & compe-
titores tuos interficere voluisti, compressi tuos nefarios
conatus amicorum præsidio & copiis, nullo tumultu pu-
blicè concitato. Denique quotiescumque me petisti, per
me tibi obstiti: quamquam videbam perniciem meam
cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam.
Nunc jam aperte rempublicam universam petis. Tem-
pla deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium
civium, Italiam denique totam ad exitium & vastita-
tem vocas.

Quare, quoniam id quod primum, atque hujus imperii
disciplinæque majorum proprium est, facere non audeo;

Si minus, á lo menos á la mayor parte. *Dummodo*, con tal que
entre tu persona y la mia medien los muros de la ciudad. *Versa-
ri*, permanecer. *Non feram*, no lo sufriré, no lo permitiré, no lo
consentiré. Debemos estar muy agradecidos, &c. *Effugimus*, tan-
tas veces nos hemos preservado de este azote tan abominable,
tan horrible y tan pernicioso á la república. No ha de estar mas
veces en peligro por uno solo el bien de la república. *Insidiatus*,
asestaste tus tiros. *Compressi*, con el amparo y guardias de mis
amigos atajé tus sacrílegos intentos, sin causar el menor albo-
roto en la ciudad. *Petisti*, finalmente quantas veces dirigiste
contra mí tus tiros, te hice frente por mí mismo. *Vocas*, final-
mente pretendes destruir y asolar.

Quoniam, y asi supuesto que no me atrevo aun á hacer
lo que es importante y propio de este imperio, del arreglo

Magna diis, prueba de la proposicion: pues aunque Ciceron se habia defendido con su cuidado y con el socorro de los dioses, no se habia de arriesgar tantas veces en su persona la conservacion de la república.

Petisti, verbo alusivo á los gladiadores.

Nunc jam, Asuncion.

Quare, repite la Complexion,

faciam id, quod est ad severitatem lenius; ad communem salutem utilius. Nam si te interfici jussero, residebit in republica reliqua conjuratorum manus. Sin tu (quod te jam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina reipublicæ. Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod jam tua sponte faciebas? Exire ex urbe consul hostem jubet: Interrogas me, num in exilium? non jubeo: sed, si me consulis, suadeo. Quid enim, Catilina, est, quod te jam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat; nemo, qui te non oderit? Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus umquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti? Quid vero? nuper cùm morte superioris

---

de nuestros antepasados, haré lo que es menos rigor, pero mas ventajoso para el bien comun. *Residebit*, quedará en la república la demas tropa, &c. *Exhaurietur*, quedará libre la ciudad de una numerosa y vil canalla de compañeros tuyos. *Si me consulis*, pero si me pides parecer. *Quæ nota*, qué borron de torpeza doméstica hay, con que no hayas manchado tu vida? Qué deshonra de una vida particular, con que no estés infamado? Qué linage de liviandad faltó jamas á tus ojos; en qué infamia no han tenido parte tus manos, y qué maldad no ha cabido en tu persona? á qué jovencito, de los que ganaste con los atractivos del vicio, no le diste armas para ser atrevido, ó no le abriste camino para la liviandad?...

---

y añade ser mas útil, el que Catilina salga de Roma, que el que se le quite la vida.

Quid est, le aconseja, no solo á desamparar la ciudad, sino á irse al destierro, arguyendo por los Adjuntos:

No habiendo en la ciudad cosa, que te pueda dar gusto, debes salir desterrado.

Tus delitos son tantos, tus deudas, tu miedo, y el odio de los buenos es tan grande, que ninguna cosa puede darte gusto en Roma;

Luego debes salir desterrado.

Quid enim, prueba la primera parte de la Asuncion por Enumeracion de partes así:

Los delitos de aquel son muy grandes, que fué muy malvado contra sí, contra otros, y contra la república.

Tal es Catilina;

Luego sus delitos son muy enormes.

Nota, delitos cometidos contra sí.

Cui tu, delitos contra otros.

uxoris novis nuptiis domum vacuam fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Quod ego prætermitto, & facilè patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties. Ad illa venio, quæ non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam reipublicæ, atque ad omnium nostrûm vitam salutemque pertinent. Potestne tibi hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus cœli spiritus esse jucundus, cum scias esse neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Januarias Lepido & Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo? manum, consulum & principum civitatis interficiendorum causâ, paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam reipublicæ obstitisse? Ac jam illa omitto, neque enim sunt aut obscura aut non multò postea commissa. Quoties tu me designatum, quoties me Consulem interficere conatus es? Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parvâ quâdam declinatione, & ut ajunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi

---

Patior, vengo bien se pase en silencio, porque no parezca ó que se ha cometido accion tan bárbara en esta ciudad, ó que ha quedado sin castigo. *Prætermitto*, dexo á un lado el aniquilamiento de tu hacienda, el que verás que te amenaza en los próximos idus... *Ad illa*, paso á tratar de aquellas cosas, que no miran á la ignominia particular de tus vicios, ni á los atrasos é infamia de tu casa, sino que tocan al bien comun, y á la vida y conservacion de todos nosotros. Puede serte agradable, ó Catilina, esta luz que nos alumbra, ó este ayre que respiramos. *Sceleri*, y que no atajó tu maldad y locura algun arrepentimiento ó temor, sino la fortuna del pueblo Romano? *Obscura*, son muy conocidos y recientes. *Quot ego*, quántas acometidas tuyas dirigidas con tal destreza que parecian inevitables, evité yo retirándome un poco, y como dicen, hurtando el cuerpo...

Alio... scelere, éste era, ó el haber muerto á su mismo hijo, ó el haberse casado con una hija suya, que tuvo fuera de matrimonio.

Idibus, en este dia se pagaban las usuras de las deudas.

Ad illa, delitos contra la república.

Petitiones, alude á los juegos de los gladiadores.

latere valeat in tempore, neque tamen conari ac velle desistis. Quoties jam, quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo & elapsa est? Tamen eâ carere diutiùs non potes: quæ quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio: quòd eam necesse putas consulis in corpore defigere. Nunc verò quæ tua est ista vita? sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordiâ, quæ tibi nulla debetur. Venisti paullo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cùm sis gravissimo judicio taciturnitatis oppressus? Quid quòd adventu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quid quòd omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam pu-

---

In tempore. que se me pueda ocultar ni un instante, y con todo eso no desistes de tus intentos y conatos. *Quoties*, quántas veces, quántas veces te arrancaron violentamente ese puñal de las manos? y quántas por una casualidad te se escurrió y cayó en tierra? *Quæ quidem*, el que no sé ciertamente, á qué deidad le has ofrecido y consagrado, que juzgas necesario clavarle en la persona de un cónsul. *Non ut*, no de suerte que parezca que estoy poseido del odio que te se debe, sino de la compasion á que no eres acreedor. *Frequentia*, concurso. *Vocis*, aguardas á que te afrenten de palabra, hallándote condenado con el juicio respetable de su silencio? *Qui tibi*, á quienes tú muchísimas veces señalaste para quitarles la vida. *Subselliorum*, ese órden de asientos vacío y desocupado...

Nunc vero, prueba por los efectos otra parte de la Asuncion del Sylogismo puesto arriba sobre el odio y miedo que le tienen.

Todos aborrecen y temen á aquel, á quien ninguno saluda, y de quien todos huyen.

Entrando tú en el senado, ninguno te saludó ni se acercó á tí;

Luego todos te aborrecen.

Venisti, comienza por la Asuncion.

Quo tandem, amplifica la Asuncion con tres Comparaciones; la primera dice así:

Si mis esclavos me temiesen á mí de este modo, huiría de mi casa;

Luego tú á quien temen todos los ciudadanos, debes con mas razon desamparar la ciudad.

tarem: tu tibi urbem non arbitraris? & si me meis civibus injuriâ suspectum tam graviter atque infensum viderem; carére me aspectu civium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. Tu cùm conscientiâ scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum, & jam tibi diu debitum; dubitas; quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ullâ ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquò concederes. Nunc te patria, quæ communis est omnium nostrûm parens, odit ac metuit; & jamdiu te nihil judicat, nisi de parricidio suo, cogitare. Hujus tu neque auctoritatem verebere, neque judicium sequere, neque vim pertimesces? Quæ tecum, Catilina, sic agit, & quodammodo tacita loquitur: Nullum jam tot annos facinus exstitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera: tu non solùm ad negligendas leges & quæstiones, verùm etiam ad evertendas perfrigendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt; tamen, ut potui, tuli. Nunc verò me totam esse in metu propter te unum; quidquid

---

Et si me, y si yo me viera tan gravemente aborrecible y sospechoso de mis ciudadanos injustamente, querria mas carecer de su presencia, que el que me mirasen con malos ojos. *Dubitas*, dudas huir de la vista y presencia de aquellos, cuya razon y sentidos estás ofendiendo? *Ab eorum*, te irias de su vista á qualquier parte del mundo. *Parricidio*, su ruina. *Verebere*, ni tendrás respeto. *Vim*, su rigor. *Tacita*, con su silencio te dice: Ninguna maldad se ha cometido tantos años hace de que tú no seas autor; ningun delito en que no hayas tenido parte: los asesinatos, el pillage y saqueo de los aliados tú solo los has executado impune y libremente: tú no solo has tenido valor para despreciar las leyes y sentencias dadas contra tí, sino tambien para atropellarlas y echarlas por tierra. *Nunc vero*, mas ahora ya no se puede sufrir, que yo esté en un continuo miedo por tí solo; que á qualquier ruido, que se oiga

---

Et si me, segunda comparacion en otro Enthymema semejante.

Si te, tercera comparacion.

Quæ tecum, introduce por Prosopopeya hablando á la patria, repitiendo las dos partes de la Asuncion del Sylogismo principal puesto arriba sobre los delitos de Catilina, y miedo que todos le tenian.

increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid? quòd tu te ipse in custodiam dedisti? Quid? quòd vitandæ suspicionis causâ apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo non receptus, etiam ad me venire ausus es: atque ut domi meæ te asservarem, rogasti? Cùm à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quòd iisdem mœnibus contineremur, ad Q. Metellum prætorem venisti. A quo repudiatus, ad sodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigrasti: quem tu videlicet, & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quàm longe videtur à carcere atque à vinculis abesse debere, qui seipsum jam dignum custodiâ judicaverit?

Quæ cùm ita sint, Catilina, dubitas, si hîc emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam

---

en la ciudad, todos teman de Catilina; y que no parezca se puede maquinar cosa alguna contra mí, que sea agena de tu maldad. *Si verus*, si es fundado, para que no me vea oprimida ó arruinada; si es vano, para que alguna vez dexe de temer. *Impetrare*, no es acredora á que la des gusto, aun quando no pudiera usar de rigor? *Tu te*, y qué diré de que tú mismo te pusiste baxo de proteccion? *Tulisses*, habiéndote yo dado la misma respuesta, que no podia estar seguro contigo dentro de unas mismas paredes, quando me hallaba en gran riesgo porque estábamos dentro de unas mismas murallas. *Si hic*, no pudiendo llevar á bien que te quiten aquí la vida, dudas marcharte á otros paises, y fiar á la fuga y soledad esa vida li-

---

Si verus, Dilema.

Quid quòd, prueba la misma Asuncion con otra argumentacion de mayor fuerza.

Aquel confiesa su maldad, y el miedo que todos le tienen, que se juzga por digno de la cárcel.

Tú mismo te tuviste por digno de cárcel;

Luego, &c.

Virum optimum, ironía.

M. Marcellum, este Marcelo es distinto del otro de quien habla poco mas adelante.

Quæ cum, Complexion del Sylogismo principal.

istam multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare? Refer, inquis, ad senatum, (id enim postulas): &, si hic ordo sibi placere decreverit, te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam id, quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, ut intelligas quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo P. Sextio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem; jam mihi consuli hoc ipso in templo jure optimo senatus vim & manus intulisset; de te autem, Catilina, cùm quiescunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. Neque hi solùm, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima; sed etiam illi equites Romani honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum; quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paullo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo, eosdem facilè adducam, ut te hæc, quæ jampridem vastare studes, relinquentem usque ad portas

---

bertada violentamente de tantos castigos justamente merecidos. *Refer*, pero me dirás: da cuenta al senado, pues esto es lo que parece pretendes. *Non referam*, no haré una propuesta, que desdice de mis costumbres; pero haré que conozcas quál es el juicio que forman de tí. *Quid exspectas*, qué esperas la autoridad de sus palabras, viendo su voluntad en su silencio? *De te*, mas acerca de tí, ó Catilina, quando callan, lo aprueban; quando lo permiten, lo decretan; quando no dicen palabra, lo confirman á voz en grito: y no solamente éstos, de cuya autoridad sin duda haces tú tanto aprecio, haciéndolo tan poco de su vida, &c. *Honestissimi*, muy ilustres y esclarecidos. *Perspicere*, penetrar sus ideas. *Quorum ego*, cuyas manos y armas apenas puedo impedir que las empléen en tí; no obstante yo los reduciré, &c...

Quid est, hay este Silogismo:

Los que callan, aprueban la sentencia.

Yo te he mandado salir desterrado, y el senado calla;

Luego aprueba tu destierro.

At si hoc, prueba de la Proposicion por Desemejanza.

M. Marcello, éste es aquél por cuya restitucion dixo Cic. una oracion en accion de gracias á Cesar.

prosequantur. Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ullum ut exilium cogites? Utinam tibi istam mentem dii immortales darent. Tametsi video, si meâ voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiæ nobis, si minùs in præsens tempus recenti memoriâ scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista mea privata sit calamitas, & à reipublicæ periculis sejungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut temporibus reipublicæ concedas, non est postulandum. Neque enim, Catilina, is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocarit. Quamobrem, ut sæpe jam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam, rectà perge in exilium: vix feram sermones hominum, si id feceris: vix molem istius invidiæ, si in exilium ieris jussu consulis, sustinebo. Sin autem servire meæ laudi & gloriæ mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos cives: secerne te à bonis: infer patriæ

Te ut, hacer en tí mella cosa alguna? corregirte tú jamas? meditar en algun destierro? oxalá los Dioses inmortales te inspiraran este pensamiento. *Quanta tempestas*, quán grande borrasca de aborrecimiento me amenaza á mí, sino al presente, porque está chorreando sangre la memoria de tus delitos, á lo menos para lo sucesivo. Pero me importa nada. *Sejungatur*, y no arrastre tras sí la ruina de la repûblica. *Neque enim*, porque no eres tú, ó Catilina, de tal condicion, que ó la vergüenza te aparte de tus infamias, ó el miedo del peligro, ó la razon de tu locura. *Si mihi*, si quieres acarrearme enemistades á mí tu enemigo, como publicas. *Sermones*, lo que digan de mí, &c. *Molem*, el peso de estos odios. *Servire*, mirar por, &c. *Importuna*, con esa insufrible gavilla de pícaros...

Prosequantur, era costumbre acompañar hasta las puertas á los que iban desterrados.

Tu ut, Epicherema: en que se comprende este Sylogismo:

A los muy malos ninguna cosa les hace mudar de vida.

Tú eres muy malo;

Luego ninguna cosa, &c.

Quamobrem, le exôrta á que salga de Roma, y vaya desterrado, argumentando por los adjuntos:

Debes irte prontamente adonde tu deseo y naturaleza te convidan.

El campo de Manlio es adonde te convidan á ir tu deseo y naturaleza;

Luego, &c.

bellum: exsulta impio latrocinio: ut à me non ejectus, ad alienos; sed invitatus, ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te invitem, à quo jam sciam esse præmissos, qui tibi ad Forum Aurelium præstolarentur armati? sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem? à quo etiam Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido & funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu ut illâ diutius carere possis, quam venerari ad cædem proficiscens solebas? à cujus altaribus sæpe istam dexteram impiam ad necem civium transtulisti? Ibis tandem aliquando, quò te jampridem tua ista cupiditas effrænata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quamdam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortunâ, verùm etiam spe derelictis conflatam improborum manum. Hic tu quâ lætitiâ perfruere? quibus gaudiis exsultabis! quanta in voluptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, la-

---

Exsulta, gloríate de tus sacrílegas maldades. *Forum Aurelium*, Monte alto. *Pactam*, que te has concertado y convenido con Manlio en el dia? Sabiendo yo que ya enviaste delante aquella Aguila de plata, la que confio que para tí y todos los tuyos ha de ser funesta y fatal, á la que tú en tu casa has erigido un asilo de tus abominaciones? Poder tú carecer por mucho tiempo de ella? a la qual solias dar culto, quando salias para algun asesinato: y de cuyo altar diversas veces trasladaste esa tu diestra sacrílega, para dar muerte á los ciudadanos? *Amentiam*, para esta locura te produxo la naturaleza, te prepararon tus costumbres, y te conservo el destino. *Nefarium*, que no fuese criminal. Has conseguido juntar una quadrilla de picaros compuesta de gente perdida, destituida de todos los bienes, y esperanza de tenerlos. *Quanta in*, á quantos excesos te entregaras. *Ad hujus*, á este modo de vida se dirigian aquellos trabajos que de tí se cuentan; dormir en tierra, no solo

---

Quamquam, por medio de una correccion da principio á la prueba de la Asuncion.

Aquilam, esta Aguila era el estandarte peculiar de las legiones Romanas.

bores tui: jacere humi, non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum: vigilare, non solùm ad insidiandum somno maritorum, verùm etiam bonis occisorum. Habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cùm te à consulatu repuli, ut exsul potiùs tentare, quàm consul vexare rempublicam posses; atque ut id, quod esset à te sceleratè susceptum, latrocinium potius quàm bellum nominaretur.

Nunc, ut à me, P. C. quamdam prope justam patriæ querimoniam detester ac deprecer; percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim si mecum patria, quæ mihi vitâ meâ multò est carior, si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, revocatorem servorum & civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mosne majorúm? at persæpe

---

para lograr tus estupros, sino tambien para executar alguna gran maldad; pasar las noches en claro, no solamente para poner asechanzas al sueño de los maridos, sino tambien á los bienes de los que quitaste la vida. *Ostentes*, hagas ostentacion de aquel tu sufrimiento, &c. *Quibus*, de cuyos males te verás oprimido, &c. *Atque ut*, y el que lo que sacrílegamente has emprendido, mas que guerra se llamase un partido de bandoleros.

Detester, para alejar de mí, y prevenir de antemano, &c. *Mandate*, y fixadlo profundamente en vuestros animos y corazones. *Principem*, cabeza. *Mactari*, que sea sacrificado con los mayores tormentos...

Nunc, por una Prolepsis y Prosopopeya pone las quexas de la patria contra sí mismo.

Aquel cónsul es descuidado, que perdona á un enemigo de la patria.

Catilina es enemigo de la patria;

Luego Ciceron es descuidado, si no le castiga.

Quid agis, Asuncion, y Complexion, en donde por definiciones multiplicadas refiere las maldades de Catilina.

Mactari, verbo propio de los sacrificios, cuya fuerza aquí es, que Catilina debe ser muerto, para aplacar á los Dioses, y á la república.

Quid tandem, prueba la Pro-

etiam privati in hac republica perniciosos cives morte multarunt. An leges, quæ de civium Romanorum supplicio rogatæ sunt? at numquam in hac urbe ii, qui à republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? præclaram verò populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione majorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam aut alicujus periculi metum salutem civium tuorum negligis. Sed si quis est invidiæ metus, num est vehementiùs severitatis ac fortitudinis invidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? An cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum? His ego sanctissimis reipublicæ vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu judicarem, P. C. Catilinam morte multari, unius usuram horæ gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim si summi viri & clarissimi

An leges, por ventura las leyes, que se han promulgado acerca de los castigos de los ciudadanos Romanos? *Invidiam*, el odio. *Refers*, pues correspondes agradecido al pueblo Romano, el qual siendo tú un hombre conocido solamente por tus méritos, sin alguna recomendacion de tus antepasados, te elevo con tanta anticipacion por todos los escalones de los honores, hasta el supremo mando, si desprecias, &c. *Severitatis*, la nota de severidad y fortaleza, que la de flogedad y vileza. *Vexabuntur*, sean saqueadas. *Tecta*, edificios. *Sanctissimis*, respetabilísimas. *Mentibus*, al dictámen. *Si hoc optimum*, si yo tuviera por mas acertado. *Usuram*, ni una hora de vida, &c...

posicion por negacion de causas; de las quales la primera tomada de las costumbres de los mayores, la refuta por los exemplos.

An leges, refuta la segunda causa fundada en las leyes, interpretándolas bien.

An invidiam, deshace la tercera causa, fundada en el aborrecimiento de su persona, por medio de los adjuntos de sus honores, y despues por los contrarios, por el descrédito que se le seguiria.

His ego, por los efectos, y por una Prolepsis responde á estas quexas de la patria:

Si yo tuviese por mas útil á la Rep. matar á Catilina que desterrarle, ya lo hubiera hecho.

El desterrarle es mas útil que el quitarle la vida;

Luego no obro mal en desterrarle, antes que quitarle la vida.

Ego si, prueba la proposicion en sus dos términos cada uno de por sí.

Etenim, amplificacion por exemplos.

cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricidâ civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quòd si ea mihi maximè impenderet; tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant; aut ea, quæ vident, dissimulent, qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intendit, in Manliana castra pervenerit; neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quòd si se ejecerit, secumque suos eduxerit, & eòdem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit: exstinguetur atque delebitur non modò hæc tam adulta reipublicæ pestis, verùm etiam stirps ac semen malorum omnium. Etenim jamdiu, P. C. in his periculis conjurationis insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furo-

---

Contaminarunt, no se mancharon, sino que se honraron. *Quod si*, y aun dado caso que á mí me amenazase; tuve siempre tal modo de pensar, que el aborrecimiento acarreado por el valor, le tuve no por aborrecimiento, sino por gloria. *Qui spem*, que dieron fomento á las esperanzas de Catilina con benignos pareceres, y dieron fuerza a la conjuracion en sus principios, no dándola crédito. *Crudeliter*, *et*. con crueldad y tiranía. *Pestem*, que se atajará por algun tiempo este daño de la república; pero no se podrá cortar para siempre? *Undique*, y convocando á los demas que andan por todas partes dispersos los reuniese en un mismo lugar, se extinguirá y destruirá no solamente este mal de la república, que ha tomado tanto vuelo, sino que tambien se arrancarán la raiz y semilla de todos los males. *Sed nescio*, pero no sé por que desgracia el colmo de todas las maldades, y de la antigua locura y atrevimiento

---

Etenim, prueba de la primera parte de la Asuncion con la enormidad de la conjuracion; y la ilustra con un símil, que termina en Alegoría.

ris & audaciæ maturitas in nostri consulatûs tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus curâ & metu esse relevati; periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpè homines ægri morbo gravi, cùm æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, primò relevari videntur, deinde multò graviùs vehementiùsque afflictantur: sic hic morbus, qui est in republica, relevatus istius pœnâ, vehementiùs vivis reliquis ingravescet.

Quare, P. C. secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur, muro denique, id quod sæpe jam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos & faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque civis, quid de republica sentiat. Polliceor hoc vobis P. C. tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Hisce omnibus, Catilina, cum summa reipublicæ salute, & cum tua peste ac pernicie, cum-

---

ha llegado á su sazon en el tiempo de mi consulado... *Quod si*, y si de esta tan grande gavilla de infames fuese muerto este solo, acaso pareceria que quedabamos aliviados del cuidado y miedo por algun breve tiempo, pero el peligro subsistirá, y quedará enteramente encubierto en las venas y entrañas de la república. Porque así como los enfermos que tienen una calentura violenta, quando son molestados de la sed y de la calentura, bebiendo agua fria, al pronto parece que sienten alivio, pero despues se recargan con mucha mas actividad y vehemencia, á este modo esta enfermedad de que adolece la república, aliviada con el castigo de éste, tomará mucho mas cuerpo, quedando con vida los demas conjurados.

Congregentur, formen cuerpo aparte, dividanlos de nosotros los muros de Roma. *Inscriptum*, léase en la frente de cada ciudadano, quál es su sentir, &c. *Consensionem*, reunion. *Patefacta*, veais todos sus designios descubiertos, patentes, reprimidos y castigados. *Cum summa*, para el mayor bien de la república, para tu ruina y perdicion, y para la destruccion

que eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis à Romulo es constitutus, quem Statorem hujus urbis atque imperii verè nominamus: hunc et hujus socios à tuis aris, ceterisque templis, à tectis urbis ac mœnibus, à vita fortunisque civium omnium arcebis: & omnes inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se ac nefariâ societate conjunctos, æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

---

de todos aquellos que se unieron contigo por todo género de maldades y parricidios. *Constitutus*, á quien colocó Rómulo baxo los mismos auspicios, &c. *Statorem*, conservador. *Arcebis*, alejarás. *Mactabis*, sacrificarás con eternos castigos en vida y en muerte. *Fœdere*, con los vínculos de sus delitos, y de su sacrílega union.

ANALYSIS.

Esta oracion pertenece al género Judicial, por quanto se dirige á obligar á Catilina á que salga de Roma ó desterrado, ó al campo de Manlio; y al demostrativo, por quanto hace ver su exêcrable vida digna de muerte. Consta de tres partes: Exôrdio, Confirmacion y Epílogo. Su estilo es patético, nervioso y lleno de vehemencia, por lo que usa poco de periodos.

En el Exôrdio, que es impetuoso ó ex abrupto, se dirige contra Catilina, que descaradamente se habia presentado en el Senado, echándole en cara su obstinacion en sus delitos, furor y atrevimiento: Quousque; *su descaro:* Nihilne, *y su necedad:* Patere; *se lamenta de los tiempos y circunstancias:* O tempora; *manifiesta con exemplos debia morir:* An vero; *se acusa á sí mismo de descuidado:* Cupio; *se excusa despues dando los motivos:* Verum ego; *le exôrta á mudar de intencion, y pues estan descubiertos sus delitos, que se salga de Roma:* Etenim quid est, Catilina.

Que se vaya desterrado, lo exigen sus delitos manifiestos: Teneris; *su vida particular:* Quid enim Catilina est; *su vida publica:* At illa venio; *el deseo de la patria, que abomina sus delitos, y desea libertarse del miedo:* Nunc te patria; *y la voluntad de los Sena-*

dores, que con su silencio aprueban el destierro: Refers; *y la de los Caballeros que apénas pueden contener sus manos contra él*: Neque hi solùm.

Será útil al mismo Catilina irse al campo de Manlio, pues se le ha aumentado el exército: Quamobrem ut sæpe; *le será agradable, pues vivirá con sus semejantes*: Ibis tandem; *le será honroso por el exercicio de su sufrimiento del hambre, &c*: Habes ubi.

Al parecer será perjudicial á la patria su salida, pues se arruinará la Italia, padecerán las ciudades, &c. Nunc ut à me; *pero le será en la realidad muy útil su partida, pues será mas descubierta su conjuracion, y mas duradera la paz de la república*: His ego sanctissimis.

Pide por último en el Epílogo á los Senadores, permitan salga Catilina, para que no maquine daños al Cónsul, al Senado y á la ciudad: Quare P. C. secedant; *y que confien en su diligencia, en la autoridad del Senado, valor de los Caballeros, y reunion de los buenos*: Polliceor; *y suplíca á Júpiter Stator aleje á Catilina y sus aliados, y los castigue como merecen.* Tum tu Jupiter.

ORATIO

PRO Q. LIGARIO.

ARGUMENTO.

Comenzada la guerra civil entre Pompeyo y César, enviaron á Publio Accio á la provincia de Africa, para que sucediese en el gobierno de ella á Quinto Ligario, que á la sazon la gobernaba en calidad de Lugarteniente. Pero habiéndose Quinto Ligario detenido por algun tiempo en la misma Africa despues de la llegada de Publio Accio, no permitió la entrada en dicha provincia á Quinto Tuberon, porque en compañía de su padre pretendia ganarla para el partido de Pompeyo. Ofendido por esta causa Quinto Tuberon, despues de concluida la guerra civil, acusó á Quinto Ligario á presencia del César, de haber usurpado el

gobierno de Africa á favor de Pompeyo, Ciceron le defendió por medio de esta Oracion, disculpándole, é interponiendo su mediacion.

Pomponio el jurisconsulto llama á esta oracion la mas hermosa y delicada de quantas compuso y dixo Ciceron.

Novum crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa præstanti vir ingenio, fretus fortasse eâ familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quò me vertam nescio. Paratus enim veneram, cùm tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tuâ ad hominis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentiâ inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est, ut opinor: præsertim cùm meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id jam integrum non esset: omissâque controversiâ omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, quâ plurimi sunt conservati, cùm à te non solùm liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent. Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum, sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, quâ te, Tubero, quâ virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque priùs de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

INTERPRETACION. *Novum crimen*, de un delito nuevo y hasta el dia de hoy nunca oido te ha hecho delacion. *Paratus veneram*, venia con animo de aprovecharme de tu falta de informe, para salvar á un desvalido. *Investigatum*, se ha descubierto. *Id jam*, que no nos quede arbitrio para otra cosa; y dexada á un lado la disputa, todo mi discurso debe dirigirse á tu misericordia. *Liberationem*, la justificacion de su culpa, sino tambien el perdon de su yerro. *Reum*, un reo confeso, pero reo que confiesa haberse hallado en el mismo partido que tú y tu padre, &c. *Ullam*, antes que reprendais alguna culpa en Ligario...

NOT. Y ARTIF. RET. *Abuterer*: el verbo [illegible] por lo comun significa hacer mal uso; algunas veces significa tambien hacerle bueno. [illegible] confiesa el delito para conciliar la benignidad.

Q. igitur Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum proconsule C. Considio profectus est: qua in legatione & civibus & sociis ita se probavit, ut decedens Considius provinciâ, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius, cùm diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus: cui sic præfuit in pace, ut & civibus & sociis gratissima esset ejus integritas & fides. Bellum subitò exarsit, quod qui erant in Africa, ante audierunt geri, quàm parari. Quo audito, partim cupiditate inconsideratâ, partim cœco quodam timore, primò salutis causâ, post etiam studii sui, quærebant aliquem ducem: cùm Ligarius domum spectans, & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Actius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium: si illud imperium esse potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paullum adventu Vari conquievit. Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpâ vacat: domo est egressus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli:

Legatus, en calidad de lugarteniente partió á Africa en compañía del proconsul C. Considio; en cuya comision mereció tal aprobacion, no solo de los ciudadanos, sino tambien de los aliados, que al retirarse Considio de la provincia, no hubiera podido contentar á aquellas gentes, si hubiera puesto á qualquier otro en el gobierno. *Cui sic*, el que de tal manera desempeñó en tiempo de paz, que su desinteres y fidelidad fué muy del agrado, &c. *Exarsit*, se encendió sin pensar la guerra. *Audierunt*, antes oyeron que estaba trabada, que el que se hacian los preparativos. *Cupiditate*, pasion. *Ducem*, que les sirviese de xefe, primeramente para su seguridad, y despues para apoyar su inclinacion. *Implicari*, enredarse en ningun bando. *Concursum*, acudieron todos a él, y éste no con menor ansia se apoderó del mando, si pudo ser mando, el que se daba á un particular, por la gritería de la ignorante multitud, sin autoridad pública. *Effugere*, huir el cuerpo. *Conquievit*, se sosego...

Q. igitur Lig., narracion en que se refiere como fué al Africa con Considio, se le hizo Prefecto de la Provincia, y quán lejos estaba de hacer guerra.

legatùs in pace profectus, in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multò minùs. Nam profectio voluntatem habuit non turpem; remansio etiam necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine; unum, cùm est legatus profectus: alterum, cùm efflagitatus à provincia, præpositus Africæ est. Tertium est tempus, quo post adventum Vari in Africa restitit. Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille si potuisset illinc ullo modo evadere, Uticæ potiùs, quàm Romæ: cum P. Actio, quàm cum concordissimis fratribus, cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? Cùm ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quemdam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit, belli dissidio distractus à fratribus?

Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te voluntatis. Cujus ego causam animadverte quæso quâ fide defendam, cùm prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua se ipsum confitetur fuisse; nec tuas tacitas cogi-

---

Remansio, su detencion? *Nòn turpem*, en su partida no hubo mala intencion, y en su detencion una honrosa necesidad. *Criminosum*, en el que si hay culpa. *Legatio*, habiendo su gobierno sido lleno de congojas y desasosiego. *Æquo*, con tranquilidad.

Alienæ, de voluntad enagenada de tí. *Quâ fide*, con qué confianza. *Cùm prodo*, quando publico la mia. *Alium*, que otro no se halló en el partido, que él mismo confiesa haber seguido, ni teme lo

---

Tertium, no es probable que Q. Ligario quisiese mas vivir en Utica y con Varo, que en Roma con sus hermanos: tuvo que estar en Africa: luego estuvo por necesidad, no por voluntad.

Cum ipsa, prueba de la proposicion por comparacion de mayor á menor.

Nullum igitur, mas benigno debes ser para con aquel, de cuya voluntad contra tí no consta, que contra aquel que sabes fué tu enemigo: te has mostrado mas benigno conmigo, que fuí del bando contrario al tuyo: luego mas lo debes ser con Lig. de quien no consta haya sido tu contrario. Amplifica la Asuncion exágerando su falta y la clemencia de César.

tationes extimescit, nec quid tibi de alio audienti, de se ipsò occurrat, reformidat. Vide quàm non reformidem, vide quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantùm potero voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nullâ vi coactus, judicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cùm hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit: qui ad me ex Ægypto literas misit, ut essem idem, qui fuissem: qui cùm ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset, esse me alterum passus est: à quo, hoc ipso C. Pansâ mihi nuncium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi: qui mihi tum denique se salutem putavit reddere, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cùm de se eadem dicerem, ignosceret. Cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd ejus ingenio studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet fuisse crimen, esse in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipse in eadem Africa esse voluit, & prohibitum se à Ligario queritur, & certè

---

que interiormente pensarás, ni le causa recelo lo que te ocurrirá de sí mismo, quando le oyes hablar de otro. Mira quán lejos estoy de temer, mira que gran golpe de luz me da tu liberalidad y sabiduría, quando hablo en tu presencia. Esforzaré mi voz quanto pueda, &c. *Nulla vi*, sin que nadie me obligara, por mi propio dictámen y voluntad me agregué á aquel partido que tomó las armas contra tí. *Nempe*, puntualmente. *Ut essem*, que perseverase en el grado mismo, en que me hallaba. *Unus*, el único. *Esse me*, permitió que fuese yo el segundo. *Qui mihi*, el que juzgó no me daba la vida, si no me la daba acompañada de todos mis honores. *Ignosceret*, no lleve á mal. *Industriæ*, de cuyo talento y fama soy apasionado. *Fructum*, redunda en algun provecho mio...

Atque hæc, el acusador no debe echar en cara á otro el delito que él tambien ha cometido: Tuberon quiso estar en Africa, y estuvo en Farsalia contra César: luego no debe acusar á Ligario.

Sed hoc quæro, Asuncion.

contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens: ad me revertar, iisdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero: quòd homo cùm ingenio tum etiam doctrinâ excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. Nam si vidisset, quovis profectò, quàm isto modo, à te agi maluisset. Arguis fatentem. Non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem quàm tu; aut, ut tu vis, parem. Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. Externi isti

---

Congressus, con las armas en la mano ha peleado contra, &c. *Agebat*, en que se empleaba. *Latus*, á qué costado se dirigia su punta? quál era el objeto de tus armas? quál tu intencion? á dónde dirigias tus ojos? á dónde tus manos? á dónde la fogosidad de tu ánimo? *Nimis*, demasiado le aprieto: el joven parece que se altera: volveré á hablar de mí: me hallé en él mismo partido. *Impunitas*, te estimulará á la crueldad el discurso de aquellos, cuya libertad forma la alabanza de tu clemencia? *Desidero*, echo menos algun tanto. *Agi*, la hubieses tratado de qualquier otro modo mejor que de este. *Mirabilia*, no solo son maravillosas estas cosas, sino que lo que voy á decir es cosa de portento. *Vim*, no se dirige *Externi*, estrañas...

Acie Pharsalica, conmovido César de la viveza de esta amplificacion, con que pinta Ciceron la guerra de Farsalia, dice Quintiliano que estuvo tan absorto oyéndole, que se le cayeron de la mano los papeles de la sentencia contra Ligario.

Atque in hac causa, es injusto pedir la muerte de un reo, y estorbar que pida perdon: esto pretende Tuberon: luego pide injustamente en esta causa.

Nam si, reprehende la accion de Tuberon por Desemejanza y por Enumeracion de partes.

Non habet eam vim, primera parte de la Asuncion.

Hoc egit, prueba de la proposicion por desemejanza.

sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium Græcorum aut immanium barbarorum. Nam quid aliud agis? Ut Romæ ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Brocho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo, ne nobiscum vivat? ne sit in patria? Num est? Num potest magis carere his omnibus, quàm caret? Italiâ prohibetur, exulat. Non tu ergo hunc patriâ privare, quâ caret, sed vitâ vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse jubebat occidi, nullo postulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. Ego verò istud non postulo, inquies. Ita mehercule existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem tuum, novi domum nomenque vestrum: studia denique generis ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certò scio vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. Res enim eò spectat, ut eâ pœnâ, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid ampliùs postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc verò multò acerbius, multòque est gravius. Quod nos domi petimus precibus & lacrymis, prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm hujus humanitati, id ne im-

---

Usque ad, hasta derramar la sangre. *Carere*, puede acaso estar mas privado de estas cosas de lo que está? No se le permite entrar en la Italia. *Domum*, tu familia y crédito: finalmente las prendas de vuestro linage, familia, valor, afabilidad, instruccion en muchas y bellas artes, todo me es notorio. *Vos non*, que vosotros no pretendeis su muerte; pero obrais con poca reflexion. *Acerbius*, mucho mas duro y cruel. *Causæ*, no tanto en la justicia de nuestra causa, como en su humani-

---

Nam quid, prueba la Asuncion por distribucion con este dilema: O pides que se le destierre, ó que se le quite la vida: no pides se le destierre, pues ya está desterrado: luego pides se le quite la vida.

At istud, confirma la proposicion por comparacion de mayor á menor.

Ego vero, amplifica la segunda parte de la proposicion por los adjuntos de la causa y lugar, ilustrándola con una prosopopeya.

petremus, pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes, & nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Si cùm hoc domi faceremus, quod & fecimus, & ut spero, non frustra fecimus, tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses: C. Cæsar, cave credas, cave ignoscas, cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat; nonne omnem humanitatem exuisses? Quantò hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? & in tali miseria multorum perfugium misericordiæ tollere? Dicam plane, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines, (intelligo quid loquar) acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quàm multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cùm etiam de victis reperiantur? quàm multi, qui cùm à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem? Quòd si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse: si honesto & misericordi mendacio, saluti civis calamitosi consultum esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine & periculo civis refellere & coarguere nostrum mendacium: & si esset alicujus, ejus certè non esset, qui in eadem causa & fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri. Tu diceres: Cave, Cæsar, credas: fuit in Africa Ligarius: tulit arma contra te. Nunc, quid dicis? Cave ignoscas. Hæcne hominis ad ho-

---

dad, te empeñarás en que no lo consigamos, y romperás por medio de nuestras lágrimas, y nos estorbarás quando estemos postrados á sus pies en acto de suplicantes.

Irrupisses, te hubieras entrado. *Quanto*, quánta mayor crueldad será el oponerte en el foro á lo que pedimos en su casa? *Acerbissimo*, rebosaria en amarguísimas lágrimas esta victoria. *Quam multi*, quántos habria. *Refellere*, refutar y contradecir nuestra mentira. *Hæcne*, es este modo de hablar un hombre á otro hombre?...

Dicam plane, alaba la clemencia de César, y arguye al contrario así: Mas vergonzoso es pretender no se perdone al reo confeso, que redargüirle quando se excusa con mentira: aun excusándose con mentira, te debia ser vergonzoso redargüirle: luego mucho mas te debe ser pedir no se perdone á Ligario.

Quod si, Asuncion.

Sed tamen, Proposicion.

minem vox est? quâ qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citiùs abjiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam. Ac primus aditus & postulatio Tuberonis, hæc, opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quòd de nullo alio quisquam, vel quòd is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant, alii timorem: qui duriùs spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissimè, temeritatem: scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium & verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divinâ necessitate esse superata. Liceat esse miseros, quamquam hoc victore esse non possumus. Sed non loquor de nobis: de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris verò crimine, furoris, parricidii liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut

---

Suam, antes se desnudará de su humanidad, que pueda despojarte de la tuya. *Ac*, la primera entrada y querella de Tuberon, era á lo que pienso querer hablar, &c. *Non dubito*, no dudo, que habrás estrañado, que de ningun otro se ha hecho semejante delacion, ó que la ha hecho uno que siguió el mismo partido, ó que nuevo delito es este. *Caruit*, no ha tenido hasta ahora semejante nombre. *Duriùs*, con mas rigor. *Cupiditatem*, ambicion. *Gravissimè*: con mayor aspereza. *Improvidas*, se apoderó impensadamente. *Consilia*, que los designios de los hombres hayan sido vencidos por disposicion de los Dioses. *Liceat*, seamos enhorabuena miserables...

Non dubito, reprehende á Tuberon, porque llama maldad la causa de Ligario, por los adjuntos: Tuberon no debe sentir peor de la causa de los Pompeyanos, que sienten los demas y el mismo César: es así que ninguno ni aun el mismo César la ha llamado delito: luego mucho ménos Tuberon, que estuvo en el mismo partido. *Non dubito*, proposicion.

Isto enim nomine, primera parte de la Asuncion.

Quando, segunda parte de la Asuncion probada, con tres razones: la causa final; los adjuntos: *Quid*; y el mismo lugar oratorio alabando al César: *Mihi vero*.

suum jus tueretur & dignitatem tuam? Quid? tu cùm pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret? Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita tanta certè non viderentur, si me ut sceleratum à te conservatum putarem. Quomodo autem tu de republica benè meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium: utrisque cupientibus rempublicam salvam; sed partim consiliis, partim studiis, à communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pene par; non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tum dubia, quòd erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certè ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt. Cognitâ verò clementiâ tuâ quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus?

Sed ut omittam communem causam, veniamus ad nostram: utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramusne, inquies, cùm senatus censuisset? si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem legaverat. Atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui necesse erat: vos tunc paruistis cùm paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? minimè

Idne, tratabas tú de ajustarla con los perversos ó con los buenos ciudadanos? *Maxima*, tus señaladísimos beneficios para conmigo no me parecerian de tanta consideracion. *Quomodo*, qué agradecimiento debia tenerte la república. *Incolumi*, en su total dignidad. *Secessionem*, tú la tuviste al principio por desavenencia (entre la plebe y los senadores) no por guerra. *Aberrantibus*, apartándose unos por miras particulares, otros por su inclinacion. *Eorum qui*, de los que les seguian. *Quod probari*, algo de bueno.

Poteramus, podiamos hacer otra cosa, habiéndolo decretado el Senado. *Legaverat*, habia enviado por lugarteniente. *Paruit*, obedeció solo el que quiso...

Eorum qui, de estos sequaces de Pompeyo, parte eran consules, y parte eran magistrados.

Sed ut omittam, prueba que mayor delito tuvo Tuberon en ir á Africa. Mas excusable es el que obedecio al Senado quando era preciso obedecerle, que aquel que le obedeció quando era licito no obedecerle: Ligario obedeció quando era preciso obedecer, y Tuberon quando era licito no obedecer: Luego mas excusable es Ligario que Tuberon.

verò. Neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto, cùm ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat se excusare. Hæc ego novi propter communes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. Domi unà eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quòd iisdem semper studiis usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam agebant, ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebant, ut etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potiùs paruit. Unà est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. Nam si crimen est prohibere illum voluisse, non minus magnum est, vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ab bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse, quàm aliquem se imperatorem esse maluisse. Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat; fasces certè habebat. Sed quoquo modo sese illud habet, hæc querela vestra, Tubero, quid valet? Recepti in provincia non sumus. Quid, si essetis? Cæsarine eam tradituri fuissetis, an contra eum retenturi? Vide quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quò senatus eum sorsque miserat, tibi patrem suum tra-

---

Licuit aliter, no correspondia otra cosa á, &c. *Disciplinæ*, crianza. *Necessitudines*, estrecha conexìon. *Militiæ*, camaradas en la milicia. *Usi*, hemos seguido una misma carrera. *Sed*, pero algunos de tal manera le obligaban, y le ponian delante el sagrado nombre de la república. *Posset*, no podia soportar el peso de sus razones. *Una causa*, que eran del mismo bando. *Tardius*, caminó con alguna lentitud. *Is tamen*, este alguno no fué Ligario. *Fasces*, por lo menos tenia las insignias. *Quid valet*, á qué se dirige...

Sed quoquo modo, no debe echar en cara á Ligario que estuvo en Africa contra el César aquel que quiso ir á la Africa y obtenerla contra el mismo César: esto hizo Tuberon: luego no debe echar en cara á Ligario el haber estado en Africa.

diturum fuisse: non dubitabo apud ipsum te, cujus id eum facere interfuit, gravissimis verbis ejus consilium reprehendere. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed jam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quàm ne Tubero, quod numquam cogitavit, facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam, provinciam unam ex omnibus huic victoriæ maximè infestam: in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quæro, quid facturi fuissetis? quamquam, quid facturi fueritis, non dubitem, cum videam, quid feceritis. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere: & prohibiti, ut perhibetis, summa cum injuria. Quò modo id tulistis? acceptæ injuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum, cujus auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quòd si Cæsaris causâ in provincia veniebatis; ad eum profectò exclusi provinciâ venissetis. Venistis ad Pompejum. Quæ est ergo apud Cæsarem querela, cùm eum accusetis, à quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio si vultis gloriari, per me licet, vos provinciam fuisse Cæsari tradituros, etiam si à Varo & quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis occasione privaverit. Sed vide quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri L. Tuberonis: quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognovissem in primis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur umquam in ullo homi-

---

Gravissimis, con las mas agrias expresiones. *Non enim*, pues no porque esto te agradase, habia de ser de tu aprobacion. *Patientissimas*, tu paciencia en escucharme. *Unam*, que era la única mas opuesta. *In qua*, en donde habia un rey poderosísimo opuesto á este partido, voluntades enagenadas, y cuerpos fuertes y numerosos. *Quo modo*, como sufrísteis esta ignominia? á quién os fuísteis á quejar de la injuria recibida? puntualmente á aquél cuya autoridad habíais seguido y á quien os agregásteis para la guerra. *Per me*, por mi enhorabuena os podeis gloriar, aunque sea mintiendo...

Veniebatis igitur, prueba del Sylogismo anterior por cousiguientes.

Rex, este rey era Yuba rey de Mauritania que seguia el partido de Pompeyo. Prueba por los antecedentes.

ne tanta constantia. Constantiam dico? nescio an meliùs patientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, ut à quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate rejectus, ad eas ipsas rediret? Magni cujusdam animi, atque ejus viri est, quem de suscepta causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Ut enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splèndor, ingenium; quæ nequaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd justo cum imperio ex senatusconsulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus: non domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeji castra venit, in eam ipsam causam, à qua erat rejectus cum injuria. Quid? cùm ista res nihil commovisset ejus animum, ad quem veneratis: languidiore, credo, studio in causa fuistis. Tantummodo in præsidiis eratis; animi verò à causa abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quàm in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum serò. Erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem cogitare. Omnes inquam, vincere volebamus, tu certè præcipuè, qui in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses. Quamquam, ut nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem,

---

Quotus, quién otro hubiera hecho esto: á saber, volver á aquel mismo partido, en que no fué admitido en la desavenencia civil, y aun le habian echado con crueldad? *Quem de suscepta*, á quien ningun peligro, &c. pudiera apartar del partido y parecer tomado. *Ut enim*, porque aun quando hubiesen sido iguales en todo Tuberon y Varo. *Non ad*, no fué al César, por no dar á entender, que lo hacia por enojo; no á su casa, por no parecer cobarde. *Languidiore*, procedisteis sin duda con ménos ardor. *Tantummodo*, estábais en el campo solo con el cuerpo; pero vuestros ánimos estaban muy léjos de aquel partido. *Tenebamur*, no nos arrastrára á todos, y á vosotros no ménos que á los demas el deseo de vencer. *Auctor*, aconsejé. *Amentis*, era locura. *Pereundum*, habias de vencer ó morir. *Ut nunc*, atendido el actual estado de las cosas...

Hæc ego non dicerem, concluye con decir que aquel agravio fué particular, y que así el César no debe vengarlo.

Tubèro, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii sui pœniteret. Nunc quæro, utrùm vestras injurias, an reipublicæ persequamini? Si reipublicæ; quid de vestra in ea causa perseverantia respondebitis? si vestras, videte ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cùm ignoverit suis. Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse? num de ejus facto dicere? Quidquid dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ.

Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè numquam hoc modo: *Ignoscite Judices; erravit; lapsus est; non putavit; si umquam posthac.* Ad parentes sic agi solet. Ad Judices: *Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen.* Dic te, Cæsar, de facto Ligarii Judicem esse: quibus in præsidiis fuerit, quære; taceo. Ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud Judicem: legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus, tum etiam fuit totus animo & studio tuus. Ad judicém sic agi solet. Sed ego ad parentem loquor. Erravi, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoscas oro. Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cùm mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quamquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario pe-

---

Utrum vestras, de qué injurias pedis satisfaccion? de las vuestras, ó de las de la república? *Occupatus*, que me hallo embarazado. *Summam*, quiero reducirlo únicamente á tu humanidad, &c.

Causas egi, he defendido muchas causas, y aun contigo. *Ratio*, las miras de tus honores. *Si umquam*, si alguna vez delinquiere en adelante. *Ægi*, así se suele hablar con, &c. *Fictum*, el delito es supuesto. *Quibus*, en qué campo estuvo, y no tengo que responder. Ni aun recopilo aquellas razones que tendrian tal vez fuerza delante de un juez. *Oppressus*, le sorprendió la guerra: y en ella no se manifestó cruel, sino que fué todo tuyo de corazon y voluntad. *Temere*, obré inconsideradamente. *Arroganter*, es atrevida mi súplica. *Tu idem*, tú mismo que fomentaste mi esperanza, favoréceme. *Nec in*, ni en los empeños de aquellos que siendo apasionados tuyos...

Causas Cæsar, Peroracion en que implora la misericordia del César.

tunt, tui necesarii. Vidi enim & cognovi, quid maximè spectares, cùm pro alicujus salute multi laborarent: causas apud te rogantium gratiores esse, quàm preces: neque spectare, quàm tuus esset necessarius is, qui te oraret; sed quàm illius pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tuâ liberalitate fruuntur, quàm tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen apud te causas, ut dixi, rogantium valere plùs, quàm preces: ab iisque te moveri maximè, quorum justissimum dolorem videas in petendo. In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ, robur reipublicæ proponere. Nosti optimè homines: animadverte horum omnium mœstitiam & dolorem. Hujus T. Brochi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas squaloremque ipsius & filii vides. Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi. Quodvis exilium his est optatius, quàm patria, quàm domus, quàm dii penates, uno illo exulante. Si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas; valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brochorum domum, hunc L. Martium, C. Cæsetium, L. Cornificium, hosce omnes equites Romanos, qui adsunt veste

---

Spectares, á que atendias principalmente, quando muchos se afanaban por la conservacion de alguno; que los motivos que tenian los que te rogaban, te eran mas agradables que sus súplicas; ni atendias quan amigo tuyo fuese, &c. *Tribuis*, eres tan generoso con los tuyos. *Tam multa*, tantos beneficios. *Moveri*, y que te mueven mas aquellos cuyo justísimo sentimiento ves en sus súplicas. *Gratum facies*, darás gusto. *Tibi*, de tu mayor aprobacion. *Robur*, el nervio. *Existimes*, el juicio que has formado. *Squalorem*, luto. *De unius*, de la vida de uno solo. *Optatius*, es mas gustoso. *Si fraternè*, si obran como hermanos, con cariño y sentimiento. *Valeat*, prevalezca aquella tu expresion que triunfó. *Splendorem*, nobleza. *Domum*, familia. *Veste mutata*, de luto...

mutatâ, non solùm notos tibi, verùm etiam probatos viros, qui tecum fuerunt? Atque his maximè irascebamur, & hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabantur. Conserva igitur tuis suos, ut quemadmodum cetera, quæ dicta sunt à te, sic hoc verissimum reperiatur. Quòd si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum judicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non noverit? qui hoc non sentiat, quidvis priùs futurum fuisse, quàm ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate abreptus est unus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. Sed ierit ab bellum: discesserit non à te solùm, verùm etiam à fratribus. Hi te orant tui. Equidem cùm tuis omnibus negotiis interessem, memoriâ teneo, qualis tum T. Ligarius quæstor urbanus fuerit erga te & dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi injurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de hujus quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus re-

---

Notos, no solo conocidos tuyos, sino tambien de tu mayor aprobacion. *Irascebamur*, contra estos se dirigian nuestras iras, á estos buscábamos. *Conserva igitur*, conserva á tus amigos los suyos, para que salga verdad esto como, &c. *Perspicere*, penetrar á fondo. *Consensum*, quien hay que no vea en estos hermanos casi de una misma edad su reunion que conspiran á un mismo fin, y cuyas voluntades parece han sido formadas como por un molde. *Tempestate*, la tempestad arrebató á uno, el qual aun quando lo hubiera hecho de intento. *Salvos esse*, conservar la vida. *Hi*, estos que son tuyos te piden por él. Quando yo manejaba tus negocios, tengo muy presente, como miró por tí y tu dignidad T. Ligario siendo Qüestor de la ciudad. Pero de poco sirve traer yo esto á la memoria. *Quoniam*, porque esto es propio de tu corazon, y de tu natural. *Cogitantem*, trayendo á la memoria los buenos servicios de este

---

Sed ierit, Concesion.

Quæstor, de estos tesoreros unos habia, que acompañaban en la guerra á los generales, los que los atendian como á hijos; y era su cargo el manejar todo el dinero del exército, y dar cuenta de las presas y despojos, que cogian los soldados; y otros eran los de la ciudad de Roma.

miniscentem, recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc divinabat) nisi ut tu eum tui studiosum & bonum virum judicares, nunc à te supplex fratris salutem petit. Quam hujus admonitus officio cùm utrisque his dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non solum sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaveris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo & clarissimo M. Marcello restituto fecisti nuper in curia, nunc quidem in foro de optimis & huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cujus voluntatem carissimam semper habuisti. Et si ille dies tibi gloriosissimus, populo Romano gratissimus fuit; noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quàm sæpissime quærere. Nihil est enim tam populare, quàm bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordiâ est. Homines enim ad deos nullâ re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua majus, quàm ut possis; nec natura tua melius, quàm ut velis conservare quamplurimos. Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certè natura breviorem. Quare cùm utilius esse arbitrer te ipsum, quàm me, aut quemquam loqui tecum, finem jam faciam. Tantùm te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis; præsentibus his omnibus te daturum.

---

te acuerdes tambien cómo se portaron algunos otros qüestores. *Studiosum*, apasionado tuyo y hombre de bien. *Salutem*, conservacion. *Quam*, la qual, si acordandote de los buenos servicios de éste, la concedieses á estos dos, habrás restituido, &c. *De homine*, restituyendo, &c. *De optimis*, con estos tres hermanos tan buenos y tan estimados de todo este numeroso concurso lo que, &c. *Voluntatem*, cuya voluntad fué para tí del mayor aprecio. *Gratissimus*, muy agradable. *Quam sæpissime*, repetidísimas veces. *Nihil est*, porque ninguna cosa hay tan del agrado del pueblo. *Homines*, porque en ninguna cosa se parecen los hombres mas á los dioses que en conceder la vida á los otros hombres. Ninguna cosa mas grande tiene tu fortuna que el poder conservar á muchísimos, ni tu natural tiene cosa mejor que la voluntad de hacerlo. *Admonebo*, te daré este aviso, que si concedes la vida á este ausente, &c.

Fac igitur, argumentacion por exemplos.

Nihil est, expolicion magnífica adornada de sentencias para ganar la voluntad del Cesar.

ANALYSIS.

Esta oracion pertenece al género Judicial, por dirigirse en ella Ciceron à defender á Ligario de la acusacion, que contra él habia hecho Tuberon en presencia de Cesar. Su estilo es mediano, agudo y sutil. Las partes de que consta, son Exôrdio, Narracion, Confirmacion y Peroracion.

En el Exôrdio, que puede llamarse de insinuacion, pues por medio de una ironía continuada se insinua en el ánimo de César, preocupado de ira contra Ligario, le gana la voluntad, haciendole atento con la propuesta de un delito nuevo y nunca oido: Novum crimen; *le hace benevolo, elogiando é implorando su clemencia:* Omissaque controversia; *y prepara su ánimo contra Tuberon, exponiendo haber estado éste y su padre en el partido de Pompeyo:* Habes igitur.

La Narracion contiene la partida de Ligario á Africa, quando no havia asomos de guerra, e iba en calidad de lugarteniente de Considio: Q. igitur; *su detencion alli en el gobierno de Considio, quien le dexó el cargo de la provincia:* Itaque Q. Ligarius; *cuyo cargo dexo quando llegó Varo, quedándose contra su voluntad:* Interim P. Actius.

En la Confirmacion prueba debe perdonar César á Ligario que no fue Pompeyano: Quod si est; *puesto que ha perdonado al mismo Ciceron que lo fué:* Cujus ego; *y al mismo Tuberon:* Atque hæc. *Manifestando las maldades de Tuberon, descubre ser un cruel en pretender la muerte de los ciudadanos Romanos:* Atque in hac causa; *y en impedir que use el César de clemencia:* Quod nos domi; *y hace injuria á los mas ilustres ciudadanos Romanos, tratándolos de malvados:* Ac primus aditus; *y al mismo Pompeyo á quien hace cabeza de malvados:* Sed non loquor. *Prosigue manifestando ser Tuberon reo del mismo delito, pues se dirigió á la Africa contra Cesar:* Sed ut omittam; *y no habiendo sido admitido, se fué á Pompeyo enemigo de César.* Vide quid licentiæ; *y tomó las armas contra el mismo Cesar:* Quid cum ista res. *Concluye el Orador diciendo que aquel agra-*

vio era particular, y no debia vengarlo el César: Hæc ego non dicerem.

En la Peroracion implora la misericordia del César por respeto; primero, á la persona del mismo César como padre: Causas Cæsar; *segundo, por la persona de Ciceron que defendia el pleito*: An sperandi; *tercero, por las de los amigos del César que se interponian por Ligario*: Vidi enim; *quarto, por las de los parientes de Ligario que estuvieron á favor de César*: Quid de fratribus; *quinto, por respeto á la necesidad que le obligó á tomar las armas*: An potest; *sexto, por los méritos de T. Ligario*: Sed ierit ad bellum; *séptimo, por la gloria que se adquirió César en restituir á Marcelo*: Fac igitur; *octavo, por la excelencia de la virtud de la clemencia*: Nihil est enim tam populare.

ORATIO

PRO M. MARCELLO.

ARGUMENTO.

M. Claudio Marcelo sugeto distinguido por sus mayores, y por su valor, despues de haber obtenido el Consulado, siguió el partido de Pompeyo. Vencido éste en la guerra de Farsalia, no quiso Marcelo, ni unirse con los que habian ido á renovar la guerra en el Africa, ni solicitar el perdon de César, sino que se retiró á Mitilene, ciudad muy distante del teatro de la guerra, donde permanecio por mucho tiempo hasta que el Senado restituido ya á su antigua dignidad por el mismo César, alcanzó de él con muchos ruegos que le restituyese á Roma á pesar de lo ofendido que se hallaba, por haber Marcelo representado contra él en otro tiempo. Ciceron movido de la magnanimidad y clemencia de César, y del amor singular que habia profesado á Marcelo, no pudo menos de darle las gracias en la siguiente oracion.

Diuturni silentii, P. C. quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundiâ, finem hodiernus dies attulit: idemque initium, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac penè divinam tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, P. C. reique publicæ reddito, non solùm illius, sed meam etiam vocem & auctoritatem, & vobis & reipublicæ conservatam ac restitutam puto. Dolebam enim, P. C. ac vehementer angebar, cùm viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in nostro veteri curriculo, illo æmulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio à me & comite distracto. Ergo & mihi meæ pristinæ vitæ consuetudinem, C. Cæsar, interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de omni republica sperandum quasi signum aliquod sustulisti. Intellectum est enim mihi quidem in multis, & maximè in meipso, sed paullo ante omnibus, cùm M. Marcellum senatui populoque Romano & reipublicæ conces-

INTERPRETACION. *Diuturni*, el dia de hoy ha puesto fin al largo silencio, que habia yo observado. *Idemque*, y este mismo me ha dado libertad para decir mi sentir y voluntad segun mi antigua costumbre. *Tantam*, tan grande moderacion en el mas grande poder de todo. *Tacitus*, de ninguna manera puedo pasar en silencio. *Versari*, perseverar yo en nuestra antigua carrera, (esto es en la carrera del foro) estando separado de mí aquel émulo é imitador de mis estudios y trabajos, como compañero y amigo. Has abierto pues, ó C. César, camino á mi antiguo método de vida que estaba para mí cerrado, y como que tremolaste bandera para que todos estos formasen buenas esperanzas del estado de la república. Pues yo tengo bien conocido en muchos, y principalmente en mi mismo, y poco hace han visto todos quando, &c.

NOT. Y ART. RET. *Diuturni*, hay la siguiente argumentacion tomada de las circunstancias de negacion de causas. Antes no hablaba en público por estar desterrado Marcelo: ahora se le ha levantado el destierro: luego el dia de hoy debe poner fin á mi silencio.

Dolebam enim, Proposicion.

Ergo mihi, Complexion ilustrada por los consiguientes.

Quasi, alude, á lo que pa-

sisti, commemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatem hujus ordinis, dignitatemque reipublicæ tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit, cùm summo consensu senatûs, tum præterea judicio tuo gravissimo & maximo, ex quo profectò intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cùm in accepto tanta sit gloria. Est verò fortunatus ille, cujus ex salute non minor pene ad omnes, quàm ad illum ventura sit, lætitia pervenerit. Quod ei quidem meritò atque optimo jure contigit. Quis enim est illo aut nobilitate aut probitate, aut optimarum artium studio, aut innocentiâ, aut ullo genere laudis præstantior? Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Tamen hoc affirmo & hoc pace

---

Doloribus, resentimientos. *Maximum*, el mas colmado. *Cum*, no solo por el unanime consentimiento del senado, sino tambien por tu dictámen el mas acertado y respetable, por el que conoces seguramente quanta alabanza consigue el que hace un beneficio, quando tanta gloria alcanza el que lo recibe. *Ex salute*, de cuya conservacion resulta casi á todos no menos alegría que al que la consiguió. De lo que ciertamente fué muy digno y con justísima razon. Porque quien hay que le exceda en &c. *Studio*, aficion á &c. ó desinterés. *Nullius*, No hay caudal de ingenio tan grande, ni una energía y afluencia tal en hablar ó escribir, que pueda, no digo adornar, pero ni tocar por encima, &c. *Pace*, si no lo llevas á mal, que no has conseguido

---

rece, esta expresion á la costumbre que tenian los Romanos, que quando se veían precisados á hacer alguna guerra, aquel que habia de capitanear el exército, sacaba del Capitolio dos banderas, una de color roxo, que es el propio de la guerra, la que servia de señal para juntar la infantería, y otra de azul celeste, que era indicio para que se juntase la caballería; por ser el color azul el signo de Neptuno, del que fingian haber tenido los caballos su principio. De esta costumbre de levantar en alto, y tremolar estas banderas, tiene su principio la expresion *tollere signum*, dar algun indicio ó señal.

Ille quidem, manifiesta por los adjuntos haber sido restituido Marcelo con gran gloria por esta argumentacion: Es gran gloria de aquel cuya conservacion todos desean, todos se regocijan, y la que concede un poderoso enemigo suyo declarado: todo esto se verifica en Marcelo: luego es gran gloria suya verse hoy restituido.

dicam tuâ; nullam in his esse laudem ampliorem, quàm eam, quam hodierno die consecutus es.

Soleo sæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus, omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium potentissimorumque populorum, omnes clarissimorum regum res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri. Nec verò disjunctissimas terras citiùs cujusquam passibus potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia majora. Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ sint imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multùm juvant. Maximam verò partem quasi suo jure fortuna sibi vindicat:

---

alabanza mayor entre todas que la que, &c.

Ponere, considerar y repetir con gusto en repetidas conversaciones. *Cum tuis*, no se pueden comparar con las tuyas, ni en la grandeza de los combates, ni en el número de los choques, ni en la diversidad de los paises, ni en la velocidad en concluirlas, &c. *Nec vero*, ni pudo alguno en ménos tiempo recorrer tierras mas distantes, que las que tú heciste famosas, no digo con tus marchas, sino con tus victorias. *Vix*, que apenas puede comprehenderlas algun entendimiento ó discurso humano. *Verbis*, disminuir con palabras. *Communicare*, hacerlas comunes con los soldados. *Armis*, en la guerra. *Opportunitas*, la situacion. *Juvant*, sirven de mucho. *Maximam*, pero la mayor parte se la apropia la fortuna como de derecho suyo, y

---

Nullam in his, proposicion de la oracion.

Soleo sæpe, Confirmacion, donde hay este entimema: El César ha conseguido mas gloria por haber restituido á Marcelo, que por todas las victorias alcanzadas: luego es muy glorioso al César haber restituido á aquel, por quien fué ofendido. Y comienza probando el antecedente por los adjuntos y comparacion con esta argumentacion: Aquella es mayor gloria de César en la que es solo, sin que nadie tenga parte: en la gloria militar tienen muchos parte, y en la clemencia es solo: luego ha conseguido mas gloria por usar de clemencia con Marcelo, que por todas las victorias.

Nam bellicas, primera parte de la Asuncion.

Fortuna, por fortuna se entiende un suceso inopinado; y

& quidquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum. At verò hujus gloriæ, Cæsar, quam es paullo ante adeptus, socium habes neminem. Totum hoc quantumcumque est, quod certè maximum est, totum est, inquam, tuum: nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit, tuam esse totam & propiam fatetur. Numquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes; sed tamen ea vicisti, quæ & naturam & conditionem, ut vinci possent, habebant: nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem non modò extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo,

---

los sucesos prosperos casi del todo los juzga por suyos. *Tantum*, toda ella, quán grande es, y lo es mucho, toda vuelvo á decir, es sola tuya: nada de esta alabanza toma para sí el centurion, nada el comandante, nada la infanteria, nada la caballería, y ni aun la fortuna, que domina todo lo humano, ha sido compañera tuya en esta accion. *Numquam*, pues jamas la temeridad ha tenido parte con la sabiduría, ni la casualidad se une con el maduro consejo. *Immanitate*, bárbaros y feroces. *Locis*, esparcidas por infinitos lugares. *Ea quæ*, lo que por su natural condicion podia vencerse, pues no hay tan grandes fuerzas y multitud de tropas, que no puedan debilitarse y quebrantarse á fuerza de armas y brazos. Vencerse á sí mismo, refrenar la ira, ser moderado en la victoria, no solo levantar al contrario caido, sobresaliente, &c. sino tambien engrandecer, &c. al que haga esto, &c..

---

siendo este unas veces próspero, y otras adverso, de aquí es que en uno y otro sentido usan los autores latinos de la palabra *fortuna*.

At vero hujus gloriæ, segunda parte de la Asuncion.

Domuisti, prueba por la causa formal. Mas dificil y gloriosa cosa es vencer las pasiones del ánimo, que las naciones guerreras: en esta clemencia ha vencido César sus pasiones: luego es mayor gloria suya haber restituido á Marcelo, que sus victorias: Para lo que engrandece las victorias para formar sobre este elogio el de su clemencia.

Animum vincere, Proposicion

sed simillimum deo judico. Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non solùm nostris, sed pene omnium gentium literis atque linguis; neque ulla umquam ætas de tuis laudibus conticescet. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, etiam dum audiuntur aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur & tubarum sono. At verò cùm aliquid clementer, mansuetè, justè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ naturâ insolens & superba est, aut audimus aut legimus: quo studio incendimur, non modò in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos sæpe, quos numquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præsentem intuemur, cujus mentem sensusque & os cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reipublicæ fecerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferemus, quibus studiis prosequemur? quâ benevolentiâ complectemur? Parietes medius fidius, C. Cæsar, ut mihi videtur, hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt, quòd brevi tempore futura sit illa auctoritas in his majorum suorum & suis sedibus. Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi & commemorabili pietate ac virtute præditi lacrymas modò vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conservato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimamque familiam, jam ad paucos red-

---

Non solum, no solo en nuestros escritos é idioma, sino en los de casi todo el mundo y ningun siglo pasará en silencio, &c. *Nescio*, no sé de qué depende, que aun quando se oyen ó se léen, parece se confunden con, &c. *Aliquid*, alguna accion de clemencia, &c. *Inimica*, que no admite consejo. *Insolens*, desmedida y orgullosa; con qué empeño nos enardecemos á amar, &c. no solo quando las acciones son verdaderas, sino aun quando son fingidas. *Mentem*, cuya intencion, sentimientos y presencia vemos, que quieres conservar lo que. *Medius*, á fé mia. *Tibi*, muestran en su exterior la ansia, que tienen por darte las gracias, porque en breve tiempo prevalecerá, &c. *Optimi*, muy honrado, y dotado de una piedad y virtud recomendable. *Effodit*, traspasó...

Itaque. Complexion y primera parte de la Asuncion.

At vero, Amplificacion de la proposicion por los efectos.

Te vero, segunda parte de la Asuncion.

Equidem, complexíon amplificada por las personas de los Marcelos y por la desemejanza de la gloria en las batallas, que es inferior á esta gloria.

actam, penè ab interitu vindicasti.

Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus jure antepones: hæc enim res unius est propria Cæsaris; ceteræ duce te gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo magnoque comitatu. Hujus autem rei tu idem es & dux & comes: quæ quidem tanta est, ut trophæis monumentisque tuis non ulla umquam allatura sit finem ætas: nihil enim est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas: at verò hæc tua justitia & lenitas animi florescet quotidie magis, ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Et ceteros quidem omnes victores bellorum civilium jam antè æquitate, & misericordiâ viceras, hodierno verò die te ipsum vicisti. Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ipsam victoriam vicisse videris, cùm ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti. Nam cùm ipsius victoriæ conditione jure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ judicio conservati sumus. Rectè igitur unus invictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio visque devicta est. Atque hoc C. Cæsaris judicium, P. C. quàm latè pateat attendite. Omnes enim

---

Penè, la libraste casi de su total exterminio.

Hunc, con razon pues antepondrás este dia á aquel en que recibiste las mas grandes é innumerables enhorabuenas. *Res*, esta accion. *Multo*, has tenido en ellas muchos compañeros. Mas de esta accion tú solo eres el xefe y companero. *Trophæis*, fenecerán en algun tiempo tus, &c. *Nihil enim*, porque ninguna cosa hay hecha por la industria ó manos de los hombres que no destruya. *Diuturnitas*, quanto el largo tiempo quite á tus obras, tanto añadirá á tus alabanzas. *Vereor*, no recelo que lo que voy á decir no se ha de entender con solo oirlo de la manera que yo en mi pensamiento lo concibo. *Occidissemus*, debiendo haber muerto, &c. *Clementiæ*, por acuerdo de tu clemencia. *Conditio*, derechos y poder. *Judicium*, el modo de pensar.

Et ceteros, César hasta ahora ha vencido á los vencedores, pero en el dia de hoy se ha vencido á sí mismo: luego ha conseguido mas gloria en esto que en todas sus victorias.

Recte igitur, complexion.

Atque hoc, amplifica el beneficio por los consiguientes. El César nos hace un gran favor en juzgar hemos estado contra él por error y no por odio: restituyendo á Marcelo manifiesta este modo de pensar: luego nos hace á todos un gran favor.

qui ad illa arma fato sumus nescio quo reipublicæ misero funestoque compulsi, etsi aliquâ culpâ tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Nam cùm M. Marcellum, deprecantibus vobis, reipublicæ conservavit, memet mihi & item reipublicæ, nullo deprecante, reliquos amplissimos viros & sibi ipsis & patriæ reddidit; quorum & frequentiam & dignitatem hoc ipso in consessu videtis: non ille hostes induxit in curiam, sed judicavit, à plerisque ignoratione potiùs & falso atque inani metu, quàm cupiditate aut crudelitate civile bellum esse susceptum. Quo quidem in bello semper de pace agendum audiendumque esse putavi; semperque dolui, non modò pacem, sed orationem etiam civium pacem efflagitantium, repudiari. Neque enim ego illa nec ulla umquam secutus sum arma civilia, semperque mea consilia pacis & togæ socia, non belli atque armorum, fuerunt. Hominem sum secutus privato officio, non publico: tantùmque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modò cupiditate, sed ne spe quidem, prudens & sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium. Quod quidem meum consilium minimè obscurum fuit. Nam & in hoc ordine integrâ re multa de pace dixi, & in ipso bello eadem etiam

---

Ad illa, hemos sido violentamente llevados á aquella guerra por no sé qué lastimosa y funesta fatalidad de la república. *Tenemur*, nos hallamos comprehendidos en alguna culpa ó error propio de hombres, estamos ciertamente agenos de delito malicioso. *Deprecantibus*, á instancias vuestras. *Memet (id est: conservavit)* me conservó á mí mismo para mi bien estar. *Quorum*, cuyo numeroso concurso y lustre veis en este mismo congreso. *Cupiditate*, ambicion. *De pace*, siempre fuí de parecer se debia tratar y dar oidos á las proposiciones de paz; y sentí siempre que se desechase no solo la paz, sino las súplicas de. &c. *Semperque*, y siempre mis intentos fueron del partido de la union y la paz, no de la guerra y las armas. *Privato*, como persona particular, no como pública. *Prudens*, me he arrojado de intento y á sabiendas á mi ruina voluntaria. *Integra re*, antes de comenzarse la guerra...

Non ille, prueba de la Asuncion.

Togæ, la palabra *toga* significa aquí la paz, por ser el signo de ella. *Memoria*.

Quo quidem, elogio de la clemencia de César probando la Asuncion por los efectos. Aquel deseó la paz, que conserva á los autores de ella: es así que me conservó á mí y á Marcelo: luego deseó la paz.

cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam injustus rerum æstimator, qui dubitet, quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit, cùm pacis auctores conservandos statim censuerit; ceteris fuerit iratior. Atque id minùs mirum videretur fortasse, tum cùm esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. Qui verò victor pacis auctores diligit, is profectò declarat, maluisse se non dimicare, quàm vincere. Atque hujus quidem rei M. Marcello sum testis. Nostri enim sensus, ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum & quanto cum dolore vidi, cùm insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem? Quò gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui illa vidimus, debet esse. Non enim jam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ; ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest. Alterius verò partis nihil ampliùs dicam, quàm id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur: nec, quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant: ut mihi quidem videantur dii immortales, etiamsi pœnas à populo Romano ob

---

Æstimator, apreciador. *Auctores*, promotores. *Iratior*, conservó mas enojo con. &c. *Hujus quidem*, de que M. Marcelo es del mismo modo de pensar. Pues nuestros dictámenes así como eran uniformes. *Vidi*, le ví temer no solo la insolencia de ciertos hombres, sino tambien la crueldad. *Causæ*, no se han de comparar los partidos. *Victoriam*, que el fin de tu victoria ha sido la conclusion de tus batallas. *Vacuum*, desenvainada. *Martis*, los arrebató el furor de Marte. *Excitaret*, haria resucitar. *Alterius*, del otro partido. *Nimis*, muy sangrienta. *Otiosis*, aun á los que estaban quietos en sus casas. *Cogitandum*, no se debia atender á cómo habia pensado cada uno. *Pœnas*, han castigado...

Ex quo nemo. Asuncion del Sylogismo anterior: César deseó mas la paz.

Quò gratior, Proposicion.

Atque hujus quidem rei, prueba de la Asuncion: El César deseó mas la paz que el vencer: por testimonio de lo que se vió en él, y por la comparacion de los dos partidos.

aliquod delictum expetiverunt, qui civile bellum tantum & tam luctuosum excitaverunt, vel placati jam, vel etiam satiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam victoris & sapientiam contulisse. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, & fruere cùm fortunâ & gloriâ, tum etiam naturâ & moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus jucunditasque sapienti. Cetera cùm tuá recordabere, etsi persæpe virtuti, tamen plerumque felicitati tuæ congratulabere. De nobis, quos in republicá tecum simul salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientia tua cogitabis, quæ nón modò summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & consilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cetera à fortuna commodata esse videantur. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari, non cupiditate præsertim aut pravitate aliquâ lapsis, sed opinione officii stultâ fortasse, certè non improbâ, & specie quadâm reipublicæ. Non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt: contraque summa laus, quod plerique minimè timendum fuisse senserunt.

Nunc verò venio ad gravissimam querelam & atrocissimam suspicionem tuam; quæ non tibi ipsi magis,

---

Luctuosum, funesta. *Satiati*, satisfechos ya alguna vez han puesto toda la esperanza en, &c. *Fructus*, de donde el sabio saca grande fruto y regocijo. *Recordabere*, traigas á la memoria. *Salvos*, á quienes quisiste conservar la vida. *Toties*, otras tantas pararás la atencion. *Summa*, los mayores. *Vel sola*, sino los únicos. *Dignitas*, la magestad de un grande y prudente corazon, que estos parecen dones de la virtud; los demas empréstito de la fortuna. *Defatigari*, no te canses de conservar á los hombres de bien, principalmente quando han caido no por alguna ambicion ó malignidad, sino por un concepto de que hacian su deber, errado tal vez, pero no malicioso, y por ciertos visos de mirar por la república...

Quare, Complexion del entimema principal: es muy glorioso á César haber restituido á Marcelo: recopilando las otras glorias de César ya explicadas, la qual complexion se halla repetida varias veces.

Nunc vero, segunda parte, que es refutacion. O los Cesarianos ó los Pompeyanos ponen asechanzas á tu vida: los Cesarianos no, pues por ti han recibido su conservacion; los Pompeyanos tampoco, pues ó han perdido la vida, ó los que han quedado son muy afectos: luego nadie pone asechanzas á tu vida.

quàm cùm omnibus civibus, tum maximè nobis, qui à te conservati sumus, providenda est. Quam etsi spero esse falsam, numquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio, nostra cautio est: ut si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens. Sed quisnam est iste tam demens, qui scilicet tibi insidiaretur? De tuisne? tametsi qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem insperantibus reddidisti? An ex eo numero qui unà tecum fuerunt? non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. At si tui nihil cogitant sceleris, cavendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut suâ pertinaciâ vitam amiserunt, aut tuâ misericordiâ retinuerunt: ut aut nulli supersint de inimicis, aut qui superfuerunt, amicissimi sint. Sed tamen cùm in animis hominum tantæ latebræ sint & tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuam: simul enim augebimus & diligentiam. Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil umquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat tuâ salute contineri suam? & ex unius tui, vitam pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans, casus dumtaxat humanos & incertos eventus valetudinis & naturæ communis fragilitatem extimesco, doleoque, cùm respublica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere. Si verò ad humanos casus incertosque eventus valetudinis, sceleris

---

Providenda, no menos merece tu atencion. *Tua cautio*, porque el mirar por tí es mirar por nosotros, de suerte que si se ha de faltar en alguno de los dos extremos. *Prudens*, cauteloso. *Quo duce*, que no anteponga á su vida la de aquél, baxo cuyo gobierno ha conseguido los mayores bienes. Mas si los tuyos no maquinan algun mal, se ha de precaver no lo maquinen los enemigos. *Tantæ*, habiendo en los corazones de los hombres tantos senos y escondrijos. *Rudis*, poco práctico en los asuntos de la república, y de tan poca reflexion acerca de su bien estar, y el de los demas. *Ex unius*, y que de sola tu vida. *Cogitans*, recapacitando sobre tu persona. *Casus*, las desgracias. *Consistere*, dependa.

De tuisne, primera parte de la Asuncion.

An ex eo, segunda parte de la Asuncion.

Sed tamen, aumenta la sospecha por los adjuntos. Aquel debe mirar por sí, de cuya vida pende la conservacion de la república: de la vida de César pende ésta: luego el César, &c.

Nam quis, Asuncion.

etiam accedat insidiarumque consensio, quem deum, etiamsi cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus? Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis belli ipsius impetu, quòd necesse fuit, perculsa atque prostrata: constituenda judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles: omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tantoque animorum ardore & armorum, quin quassata respublica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ: multaque uterque dux faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt; quibus præter te mederi nemo potest. Itaque illam tuam præclarissimam & sapientissimam vocem invitus audivi, satis te diu vel naturæ vixisse vel gloriæ. Satis, si ita vis, naturæ fortasse: addo etiam, si placet, gloriæ: at, quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte, quæso, istam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam: noli nostro periculo sapiens esse. Sæpè enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere; satìs te tibi vixisse. Credo: sed tum id audirem, si tibi soli

---

Accedat, se juntan unidas la maldad y traicion. *Excitanda*, tú solo debes poner en pie todo lo que ves está por tierra arruinado y destruido. *Constituenda*, has de restablecer los tribunales, restituir la fé pública, poner freno á la liviandad, mirar por la propagacion de las familias, y debes afianzar con severas leyes todo lo que se arruinó y pereció. No se pudo excusar. *Quassata*, trastornada. *Ornamenta*, adornos de su grandeza y apoyos de su estabilidad. *Armatus*, con las armas en la mano. *Togatus*, en tiempo de paz. *Quæ*, las quales heridas de la guerra tú solo las has de curar, pues nadie puede sanarlas sino tú. *Vocem*, expresion. *Invitus*, con disgusto. *At quod*, pero poco para la patria que es lo principal. *Periculo*, á costa nuestra. *Nimis*, con demasiada frecuencia...

Omnia, prueba amplificada por los daños de la república.

Itaque illam, refuta el segundo dicho de César, que habia vivido bastante para la fama. Entonces habrás vivido bastante para la fama, quando hayas satisfecho á la conservacion de la república, á tu gloria y á tí mismo: apenas has echado los fundamentos para esto: luego no has vivido bastante para la fama.

Sed tum, proposicion.

viveres, aut si tibi etiam soli natus esses. Nunc cùm omnium salutem civium, cunctamque rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint, tantùm abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Hic tu modum tuæ vitæ, non salute reipublicæ, sed æquitate animi definies? Quid si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cujus te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis. Parumne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? Immo verò aliis, quamvis multis, satis: tibi uni parum. Quidquid enim est, quamvis amplum sit, id certè parum est tum, cùm est aliquid amplius. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est; vide quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura, quàm gloriæ: siquidem gloria est illustris ac pervagata multorum & magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc igitur tibi reliqua pars est: hic restat actus, in hoc elaborandum est, ut rempublicam constituas, eâque tu in primis compositâ, summâ tranquillitate & otio perfruare: tum te, si voles, cùm & patriæ, quod debes, solveris, & naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est ali-

Omnium, quando el bien estar de los ciudadanos y de toda la república está intimamente unido con tus hazañas, estás tan lejos de haber dado la última perfeccion á tus obras. *Definies*, medirás los limites de tu vida no por el bien de la república, sino por la tranquilidad de tu corazon? *Quidquid enim*, pues qualquier cosa por grande que sea es pequeña, quando hay otra mayor. *Siquidem*, orden: *siquidem gloria est fama illustris ac pervagata meritorum multorum, & magnorum vel in suos, &c.* Puesto que la gloria es una fama ilustre, y divulgada de muchos y grandes beneficios hechos, ó á los suyos, &c. *Hic restat*, esta es la última jornada, en esto te has de afanar, en restablecer la república, y restablecida, disfrutar tú el primero de tranquilidad y paz. *Expleveris*, hayas satisfecho á la naturaleza misma con tu larga vida. *Quid enim*, porque que es este mismo mucho tiempo en el que hay algun fin, el qual quando llegue, nada

Nunc cum, Asuncion.

Quod si rerum, prueba de la Asuncion por la definicion de la gloria.

Tum te, si voles, complexion repitiendo la proposicion.

Quid est enim, prueba de la Asuncion por la brevedad de

quid extremum, quod cùm venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit? Quamquam iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad videndum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit. Nec verò hæc tua vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. Illa, inquam, illa vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoriâ sæculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper intuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes oportet: quæ quidem quæ miretur, jam pridem multa habet: nunc etiam quæ laudet, exspectat. Obstupescent posteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis & institutis erit, vagabitur modo nomen tuum longè atque latè; sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio; cùm alii laudibus ad cœlum res tuas gestas efferent: alii fortasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi belli civilis incendium salute patriæ restinxeris: ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Servi igitur iis etiam judicibus, qui multis post sæculis de te judicabunt; & quidem haud scio, an incorruptiùs, quàm nos. Nam &

---

valen todos los gustos pasados. *Angustiis*, estos estrechos límites. *Flagravit*, y siempre anheló por la inmortalidad. Pues ni se ha de llamar vida propia tuya la que consiste en la union del alma y del cuerpo. *Vigebit*, brillará. *Posteritas*, que fomentará la posteridad. *Huic*, á esta has de atender, con esta te has de mostrar grande. *Obstupescent*, ciertamente se pasmarán los venideros al oir y leer tus generalatos, tus gobiernos, lo del Rin, lo del, &c. *Munera*, cargos. *Nisi hæc urbs*, pero si esta ciudad no se asegura con tus consejos y leyes, andará vago tu nombre por todas partes, mas no tendrá asiento estable y domicilio fixo. *Inter eos*, entre los venideros grandes disputas. *Requirent*, echarán de menos alguna cosa, y muy principal, si no apagas el incendio de la guerra civil con la conservacion de la patria, de suerte que aquello parezca efecto del hado, esto de tu sabiduría. Atiende pues. *Incorruptiùs*, con mas desinteres...

---

la vida, y la eternidad á que debe aspirar.

Obstupescent, prueba de la misma por el juicio de los venideros.

sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine invidia judicabunt. Id autem, etiam si tunc ad te, ut quidam falsò putant, non pertinebit; nunc certè pertinet te esse talem, ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio. Diversæ voluntates civium fuerunt, distractæque sententiæ. Non enim consiliis solùm & studiis, sed armis etiam & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum esset: multi, quid sibi expediret: multi, quid deceret: nonnulli etiam, quid liceret. Perfuncta respublica est hoc misero fatalique bello: vicit is, qui non fortunâ inflammaret odium suum, sed bonitate leniret: neque omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exsilio aut morte dignos judicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt. Ingratus est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, quàm qui in causa animam profudit. Quæ enim pertinacia est quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Sed quia jam omnis fracta dissensio est armis, & exstincta æquitate victoris, restat, ut omnes unum velint, qui modò habent aliquid non solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. Quia nisi te, C. Cæsar, salvo, & in ista sententia, quâ cum antea, tum hodie vel maximè usus es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse volumus, & hortamur & obsecramus, ut vitæ, ut saluti tuæ consulas; omnesque tibi (ut pro aliis etiam loquar

---

Amore, sin pasion, ni ambicion. *Id autem*, aunque nada de esto percibas. *Diversæ*, estaban encontradas. *Distractæque*, y opuestos los dictamenes. *Dissidebamus*, no solamente discordábamos en los pareceres é inclinaciones. *Obscuritas*, no estaban las cosas en claro, la disputa estaba entre, &c. *Perfuncta*, salió la república de esta desgraciada y fatal guerra. *Inflammaret*, no avivó su odio por su fortuna, sino que lo moderó. *Arma*, unos dexaron las armas, á otros se las quitaron de las manos. *In acie*, el que murió en el campo de batalla, que el que perdió su vida por su obstinacion en su partido. *Fracta*, toda la discordia se ha terminado por las armas, y deshecho por la bondad. *Aliquid*, algun tanto no solo de sabiduría, sino de cordura, tengan una misma voluntad. Porque no podemos mirar por nuestra conservacion, si no estás tú salvo, y subsistes en el mismo dictamen que has tenido, así antes de ahora, como principalmente en el dia de hoy. *Omnesque*, y todos, prometiendo yo

quod de me ipse sentio) quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit, non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

Sed ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar: majores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt: quod ex omnium precibus & lacrymis sentire potuisti. Sed quia non est adstantibus omnibus necesse dicere; à me certè dici volunt, cui necesse est quodammodo, & quòd volunt, & quòd, M. Marcello à te huic ordini populoque Romano & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes, non ut de unius solùm, sed ut de communi omnium salute, sentio. Quod autem summæ benevolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello optimo & amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemini: cùm id sollicitudine, curâ, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum: certè hoc tempore magnis curis, molestiis, doloribus liberatus præstare debeo. Itaque C. Cæsar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus à te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

---

por otros lo que yo mismo siento, supuesto que juzgas hay algo de que debes guardarte, te prometemos no solo nuestras centinelas y guardias, sino tambien oponer nuestros brazos y nuestras propias personas.

Majores, pero aun es mayor nuestro agradecimiento. *Adstantibus*, los presentes. *Cui*, pues me es forzoso en algun modo, ya porque, &c. *Quod autem*, órden, *cùm autem præstiterim sollicitudine, curâ, labore tamdiu, quamdiu dubitatum est de salute illius id quod est summæ benevolentiæ, quæ &c.* Porque habiendo cumplido con todo empeño, cuidado y afan, todo el tiempo que estuvo en peligro su vida, los oficios propios de mi sumo cariño para con él, que ha sido manifiesto á todos, de tal suerte que con dificultad cederia. *Doloribus*, afanes. *Conservato*, habiéndome tú no solo conservado, sino tambien dado los mayores honores, has añadido con esta accion el mayor colmo á los innumerables beneficios que me has hecho, lo que yo juzgaba no podia ya suceder...

Sed ut unde. Peroracion. *Itaque*, amplifica el beneficio por la circunstancia de su persona.

ANALYSIS.

Æsta Oracion pertenece al género demostrativo, porque toda ella se emplea en alabar la clemencia del César por haber restituido á Marcelo. No tanto trata Ciceron esta causa por argumentos, quanto propone su accion de gracias con un grande adorno para excitar la admiracion, y así casi toda ella es una Amplificacion hecha con magnificencia. Su estilo es elegante, florido, y lleno de grandeza en los pensamientos y expresiones. Consta de Exôrdio, Proposicion, Confirmacion y Epílogo.

En el Exôrdio los hace atentos exponiendo las causas de su silencio hasta entónces, que eran el sentimiento y la vergüenza: Diuturni; *y las que tenia para hablar, que eran la clemencia y moderacion de César*: Tantam enim; *y la de Marcelo*: Ille quidem; *con cuyas alabanzas los hace benévolos; y dóciles con la proposicion de su oracion*: Tamen hoc affirmo.

En la primera parte de la Confirmacion alaba la fortaleza de César que excedió á los demas heroes en todas las circunstancias de sus batallas: Soleo sæpe; *en las naciones que sujetó*: Domuisti; *pero mas que todo en la clemencia, por la que se hace amable de los hombres*: At verò cùm aliquid; *se regocija el Senado*: Parietes; *consigue una gloria propia suya en la que no tiene parte ningun otro*: Hæc enim; *eterniza su nombre*: Quæ quidem tanta est; *se hace superior á sí mismo y á la victoria*: Vereor ut hoc; *y da esperanzas á todos de tranquilidad y de paz*: Atque hoc; *donde hace una pequeña digresion para manifestar su modo de pensar*: Quo quidem in bello; *y el de Marcelo*: Atque hujus; *y concluye esta parte con una comparacion entre César amante de la paz, que conserva á los que la aman, y perdona los vencidos; y Pompeyo que hubiera conservado mas ira, y amenazaba aun á los que se estaban en sus casas*: Non enim; *y dándole la enhorabuena por su clemencia, propia de un corazon franco y sabio*: Quare gaude.

La segunda parte es una verdadera refutacion de

dos dichos de César : Primero , que se le armaban asechanzas ; la que deshace diciendo , que no pueden ser los Cesarianos , pues son suyos ; ni los Pompeyanos , pues ó han perecido , ó siguen ya su partido y penden de él: Nunc venio ; *y le exôrta mire por sí para restablecer el Estado :* Omnia sunt excitanda ; *Segundo , que habia vivido bastante para sí y para la gloria ; lo que niega Ciceron , pues no vive para sí solo , sino para la República :* Itaque illam ; *y su gloria no sería completa , si no establecia el gobierno :* Quòd si rerum ; *quedando solo la admiracion de sus hechos :* Quæ quidem quæ miretur ; *y en duda sus alabanzas :* Sed nisi hæc urbs; *y le promete por último toda seguridad :* Quare omnes.

En la Peroracion da las gracias al César en nombre suyo y de todos los senadores : Sed ut unde ; *y atestigua su amor á Marcelo , por su sentimiento durante su ausencia , y su regocijo en su restitucion.* Quod autem summæ.

ORATIO

IN M. ANTONIUM PHILIPPICA IX.

ARGUMENTO.

Habia una ley entre los Romanos , que mandaba erigir estátua á aquellos que hubiesen muerto en la comision actual de alguna embaxada. Por lo que habiendo sido enviado Servio Sulpicio á Marco Antonio , y muerto en su comision , se trató en el Senado el punto de la ereccion de la estátua. El cónsul Pansa y Ciceron eran de opinion que se le erigiese , y Publio Servilio fué de dictámen se le erigiese sepulcro , pero no estátua : pues no habia muerto violentamente , sino de muerte natural. Ciceron defendió en esta oracion que se le debia erigir sepulcro y estátua , pues habiendo salido enfermo , la embaxada le ocasionó la muerte.

Llamó Ciceron Philipica á esta oracion y otras

trece que compuso con este título contra Marco Antonio, imitando á Demóstenes que intituló así sus oraciones contra Philipo Rey de Macedonia.

Vellem, dii immortales fecissent, P. C. ut vivo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quàm mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito, quin si ille vir renunciare legationem potuisset, reditus ejus & nobis gratus fuerit, & reipublicæ salutaris futurus: non quòd L. Philippo & L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere; sed cùm Ser. Sulpicius ætate illos anteiret, sapientiâ omnes, subitò ereptus è causa, totam legationem orbam & debilitatam reliquit.

Quod si cuiquam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior, quàm in Ser. Sulpicio, reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum sine ullo mortis metu profecti sunt. Ser. Sulpicius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nullâ revertendi. Qui cùm ita affectus esset, ut si ad gravem valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipsi diffideret; non recusavit, quò minùs vel extremo spiritu, si quam opem reipublicæ afferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hyemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit: cùmque jam ad congressum colloquiumque ejus pervenisset, ad

---

INTERPRETACION. *Quæreremus*, tratásemos de sus honores en muerte. *Renunciare*, si hubiera podido volver con la respuesta de la embaxada. *In tanto officio*, en un cargo de tanta gravedad, y en una comision tan importante. *Subito*, arrebatado de improviso del medio de su comision, dexo la embaxada sin concluir ni acabar.

Quod si, y si á qualquiera que ha muerto en embaxada se le han dado los justos honores, á ninguno se le deben con mas justicia. *Incertum*, sin peligro cierto de perder la vida. *Qui cum*, el que hallándose tan indispuesto, que si a su grave indisposicion se le añadian las molestias del viage, desconfiaba de su vida, no rehusó hacer experiencia, de si aun en el postrer aliento, podia aliviar en algo á la república. Y asi no le detuvieron ni el rigor del invierno, ni las nieves, ni lo largo del viage, ni la escabrosidad de los caminos, ni la enfermedad que se le iba agravando, y habiendo llegado ya á punto de verse y hablar...

quem erat missus, in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris excessit è vita. Ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, præclarè, quòd nos ad ornandum Ser. Sulpicium cohortatus es, & ipse multa copiosè de illius laude dixisti. Quibus à te dictis, nihil præter sententiam dicerem, nisi P. Servilio respondendum putarem, qui hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem, P. C. sic interpretor sensisse majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quærendum.

Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, ejus monumentum exstare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla majorum quærenda, sed consilium est eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum. Lar Tolumnius rex Vejentium quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit: quorum statuæ in rostris steterunt usque ad nostram memoriam. Justus honos. Iis enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Cn. Octavii clari viri & magni, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum,

---

Obeundi, de cumplir con su cargo. Así pues como en otras cosas has obrado, ó C. Pansa, muy bellamente, así tambien en esto, pues &c. *Copiose*, con mucha afluencia. *Nihil*, nada añadiria à tu dictámen. *Ferro*, á filo de espada. *Sensisse*, que el sentir de nuestros mayores fué, que se atendiese á la causa de la muerte, no á la calidad de ella.

Exstare, permaneciese. *Obirent*, desempeñasen con mas presencia de ánimo el cargo de embaxadores. *Consilium*, la intencion de aquellos de donde han tomado principio. *Diuturnam*, duradera. *Qui primus*, que fué el primero que introduxo el consulado en su familia....

NOT. Y ART. RET. *Etenim cui*, á aquel, á quien la embaxada causó la muerte, se le debe el honor de la estatua: á Serv. Sulp. le causó la muerte la embaxada: luego &c.

Non igitur, prueba la proposicion intepretando la ley de los antiguos, que se debe atender no tanto al género de muerte como á la causa de ella.

Lar Tolumnius, prueba de la proposicion por exemplo de los legados Romanos Cn. Octavio, Tulo Cluvio, L. Roscio, Sp. Anclo, y C. Fulcinio.

In rostris, en la plaza Rostrata. Llamábase así esta plaza, por haber en ella una columna, de la que estaban colgados varios picos ó espolones de las naves, que los Romanos habian tomado á los Anclates.

statuam videmus in Rostris. Nemo tum novitati invidebat; nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam cùm esset missus à senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum, maximèque ut nepotem Antiochi regis, qui cum majoribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet, Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. Reddita est ei tum à majoribus statua pro vita, quæ multos per annos progeniem ejus honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret. Atqui & huic, & Tullo Cluvio, & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à Vejentium rege cæsi sunt, non sanguis, qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita, honori fuit. Itaque, P. C. si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, dolerem quidem tanto reipublicæ vulnere, mortem verò ejus non monumentis, sed luctu publico, esse honorandam putarem. Nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? Secum enim ille mortem extulit: quam, si nobiscum remansisset, suâ curâ, optimi filii, fidelissimæque conjugis diligentiâ vitare potuisset. At ille cùm videret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum sui; si paruisset, munus sibi illud pro republica susceptum vitæ finem allaturum: maluit in maximo reipublicæ discrimine emori, quàm minùs, quàm potuisset, videri reipublicæ

Perspiciendos, para indagar. *Reddita*, le concedieron nuestros mayores en lugar de la vida una estátua que honrase su descendencia. *Tantæ*, tan ilustre. *Non sanguis*, les fué honrosa no la sangre que derramaron en su muerte, sino la misma muerte que sufrieron por, &c. *Casus*, si él acaso hubiera quitado la vida á Servio Sulpicio, sentiria en extremo tan grave pérdida. *Extulit*, sacó consigo la muerte. *Dissimilem*, desdiria de quien era. *Allaturum*, le ocasionaria la muerte. *Quàm minùs*, que dar á entender, no habia hecho por la república lo que habia podido.

Gymnasio, llámase así el lugar, en donde se tiene qualquiera especie de exercicio.

Itaque P. C., amplificacion y prueba de la Asuncion. A aquel le causó la muerte la embaxada, que por ella se puso en peligro de morir: Servio Sulpicio se puso en peligro de morir por la embaxada: luego, &c.

Secum enim, prueba de la Asuncion.

profuisse. Multis illi in urbibus, quà iter faciebat, reficiendi se & curandi potestas fuit. Aderat & hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri, & eorum hortatio, qui unà erant missi, ad requiescendum, & vitæ suæ consulendum. At ille properans, festinans, mandata vestra conficere cupiens, in hac constantia morbo adversante perseveravit. Cujus cùm adventu maximè perturbatus esset Antonius, quòd ea, quæ sibi jussu nostro denunciarentur, auctoritate erant & sententià Ser. Sulpicii constituta, declaravit quàm odisset senatum, cùm auctorem senatûs exstinctum lætè atque insolenter tulit. Non igitur magis Octavium Leptines, nec Vejentium rex eos, quos modo nominavi, quàm Ser. Sulpicium occidit Antonius. Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit. Quocirca etiam ad posteritatis memoriam pertinere arbitror, exstare quod fuerit de hoc bello judicium senatûs. Erit enim statua ipsa testis, bellum tam grave fuisse, ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit. Quòd si excusationem Ser. Sulpicii, P. C. legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin honore mortui, quam vivo injuriam fecimus, sarciamus. Vos enim, P. C.

Pudo restablecerse y curarse. *Aderat*, á esto se juntó que los que le hospedaban, le convidaban francamente conforme al mérito de tan esclarecido sugeto; y los que le acompañaban, le exhortaban á que. *Properans*, afanándose y acelerándose. *Morbo*, á pesar de la enfermedad. *Denunciarentur*, las órdenes que se le intimaban por nuestro mandato. *Cum auctorem*, quando llevó con alegría extraordinaria la muerte del que habia dado el consejo al senado. *Exstare*, que quede un testimonio de quál ha sido el juicio del senado acerca de esta guerra. *Interitus*, la muerte de un embaxador ha conseguido una memoria honorífica. Y si quisiéseis traer á la memoria los motivos con que se escusó Servio Sulpicio de cumplir su cargo. *Sarciamus*, debemos resarcir con honores al difunto...

Non igitur, complexîon unida con la aplicacion de los exemplos anteriores.

Quocirca, complexîon del Sylogismo principal: luego á Servio Sulpicio se le debe el honor de la estatua.

Quod si excusationem, prueba de la Asuncion del Sylogismo principal. Su enfermedad misma le excusaba de vuestra embaxada: no obstante esto, se vió obligado á cumplirla: luego vuestra embaxada le causó la muerte.

Vos enim, complexion.

(grave dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Ser. Sulpicium vitâ privastis. Quem cùm videretis, se magis morbo quàm oratione excusantem, non vos quidem crudeles fuistis (quid enim minùs in hunc ordinem convenit?) sed cùm speraretis nihil esse, quod non illius auctoritate & sapientiâ effici posset, vehementiùs excusationi obstitistis, atque eum, qui semper vestrum consensum gravissimum judicavisset, de sententia dejecistis. Ut verò Pansæ consulis accessit cohortatio gravior, quàm aures Ser. Sulpicii ferre didicissent; tum verò denique filium meque seduxit, atque ita locutus est, ut auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre. Cujus nos virtutem admirati, non ausi sumus adversari voluntati. Movebatur singulari pietate filius: non multùm perturbationi ejus meus dolor concedebat: sed uterque nostrûm cedere cogebatur magnitudini animi, orationisque gravitati: cùm quidem ille maximâ laude & gratulatione omnium vestrûm pollicitus est, se, quod velletis, esse facturum, neque ejus sententiæ periculum vitaturum, cujus ipse auctor fuisset. Quem exequi mandata vestra properantem manè postridie prosecuti sumus: qui quidem discedens mecum ita locutus est, ut ejus oratio omen fati videretur. Reddite igitur, P. C. ei vitam, cui ademistis. Vita enim mortuorum in memoria vivorum est posita. Perficite, ut is, quem vos inscii ad mortem misistis, immortalitatem habeat à vobis. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla ejus legationem posteritatis obscuravit oblivio. Nam reliqua Ser. Sulpi-

Grave, cosa sensible es de decir, pero es menester confesarlo. *Oratione*, sus palabras. *Effici*, no pudiese concluir. *Vehementius*, con mucho empeño. *Dejecistis*, hicisteis mudar de dictámen. *Consensum*, vuestra autoridad del mayor peso. *Gravior*, mas seria de lo que. &c. *Seduxit*, llamo aparte. *Pietate*, por el amor filial. *Non multum*, no cedia mucho mi sentimiento á su consternacion. *Orationisque*, y al peso de sus razones. *Ut ejus*, que sus palabras parecian pronóstico de su muerte. *Posita*, consiste.

Quem cum, proposicion y Asuncion amplificada con la exhortacion de C. Pansa.

Movebatur, amplificacion de la Asuncion por el constante empeño de Sulpicio en obedecer al senado, pues no le pudo retraer ni aun el cariño de su hijo.

Reddite, repite la complexion.

cii vita multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. Semper illius gravitatem, constantiam, fidem, præstantem in republica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama celebrabit. Nec vero silebitur admirabilis quædam & incredibilis & pene divina ejus in legibus interpretandis, & æquitate explicandâ, scientia. Omnes ex omni ætate, qui in hac civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sunt comparandi. Neque enim ille magis juris consultus, quàm justitiæ fuit. Ita quæ proficiscebantur à legibus & à jure civili, semper ad facilitatem æquitatemque referebat: neque instituere litium actiones malebat, quàm controversias tollere. Ergo hoc statuæ monumento non eget: habet alia majora. Hæc enim statua mortis honestæ testis erit; illa memoria vitæ gloriosæ: ut hoc magis monumentum grati senatûs, quàm clari viri futurum sit. Multùm etiam valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur: qui quamquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut si ille adesset. Est autem ita affectus, ut nemo umquam unici filii mortem magis doluerit, quàm ille mœret patris. Et quidem etiam ad famam Ser. Sulpicii filii arbitror attinere, ut videatur honorem debitum patri præstitisse. Quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuit, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium. Cujus luctus, aut hoc honore vestro, aut nullo solatio levari potest. Mihi autem recordanti Ser. Sul-

---

Æquitate, la justicia. *Ex omni*, en todos tiempos. *Neque enim*, porque no fué mas diestro en el conocimiento de las leyes, que en la administracion de la justicia. Y así lo que [illegible], &c. lo reducia á blandura y beniguidad, y queria mas deshacer pleytos que excitarlos. *Qui quamquam*, el qual, aunque se halla ausente á causa de su sentimiento, debeis no obstante estar revestidos del mismo afecto, que si estuviese presente. Pues es tal su afliccion. *Effigiem*, imagen. *Pietatis*, amor filial. *Luctus*, cuyo dolor no se puede mitigar con otro consuelo que haciéndole vosotros estos honores...

Ita quæ, tómase aquí la palabra *jus* por la ciencia del derecho, de la que resulta la buena administracion de la justicia.

picii multos in familiaritate nostra sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte, ænea statua futura; & ea pedestris, quàm inaurata equestris, qualis L. Syllæ prima statua est. Magnificè enim Servius Sulpicius majorum continentiam diligebat; hujus sæculi insolentiam vituperabat. Ut igitur si ipsum consulam quid velit, sic pedestrem ex ære statuam, tamquam ex ejus auctoritate & voluntate decerno: quæ quidem magnum civium dolorem & desiderium honore monumenti minuet & leniet. Atque hanc meam sententiam P. C. P. Servilii sententiâ comprobari necesse est; qui sepulchrum publicè decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde atque ferro nullum honorem desiderat; cur decernit honorem sepulturæ, qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octavio, cur quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Majores quidem nostri statuas multis decreverunt, sepulchra paucis. Sed statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate: sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nullâ vi moveri neque deleri potest. Atque ut cetera extinguuntur, sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. Augeatur igitur isto etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus pot-

---

Si quis, si es que hay algun sentido despues de la muerte. *Hujus*, vituperaba la arrogancia de este siglo. (Tambien puede decirse: las estrañas costumbres de este siglo) *Consulam*, como si consultara su voluntad. *Desiderium*, y el pesar de haberle perdido, con esta honrosa memoria. *Mors*, pues si á la muerte de un Embaxador no violenta ni á filo de espada, no se le debe ningun honor. *Haberi*, el mayor que puede hacerse. *Tempestate*, con el tiempo, las inclemencias, y la antigüedad; mas lo sagrado de los sepulcros está en el mismo suelo, al que no hay fuerza que pueda mover ni destruir. *Augeatur*, engrandezcase pues con este honor á este sugeto, á quien no se puede dar honor que no tenga merecido...

Atque hanc meam, prueba por el mismo dicho de Servilio que debe levantársele estátua por este Sylogismo: Al que se le concede el mayor honor, no se le debe negar el menor: Publio Servilio le concede el mayor honor que es el sepulcro: luego no le debe negar la estátua.

Cur decernit, Asuncion probada con la comparacion de lo decretado en favor de Cn Octavio.

Majores, proposicion.

Augeatur, complexion.

est. Grati simus in ejus morte decoranda, cui nullam jam aliam gratiam referre possumus. Notetur etiam M. Antonii nefarium bellum gerentis scelerata audacia. His enim honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatæ rejectæque legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

Quas ob res ita censeo: Cum Ser. Sulpicius, Q. F. Lemoniâ, Rufus, difficillimo reipublicæ tempore, gravi periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatûs, salutemque populi Romani vitæ suæ præposuerit, contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut ad castra Antonii, quò senatus eum miserat, perveniret; isque cùm jam prope castra venisset, vi morbi oppressus, vitam amiserit in maximo reipublicæ munere, ejusque mors consentanea vitæ fuerit sanctissimè honestissimèque actæ, in qua sæpe magno usui reipublicæ Ser. Sulpicius & privatus & in magistratibus fuerit: cùm talis vir ob rempublicam in legatione mortem obierit: senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem æneam in rostris ex hujus ordinis sententia statui, circùmque eam statuam locum gladiatoribus ludisque liberos posterosque ejus quoquoversus pedes quinque habere, quòd is ob rempublicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi: utique C. Pansa, A. Hircius consules, alter, ambove, si eis videbitur, quæstoribus urbanis imperent, ut eam basim statuamque faciendam & in rostris statuendam locent: quantique locarint, tantam pecuniam redemptori solvendam attribuendamque curent. Cùmque antea se-

---

Cui nullam, no podemos ya corresponder de otra manera. Quede tambien señalado el atrevimiento sacrílego, &c. *Testificatio*, un eterno testimonio de haber Antonio desechado y despreciado la embaxada.

Difficillimo, en el mayor apuro. *Contenderit*, y habiendo hecho quanto pudo contra la violencia y fuerza de su enfermedad por llegar. *Maximo*, el mas importante cargo. *Consentanea*, correspondiente á su arregladísima y honrosísima vida, en la que sirvió de mucha utilidad á la república, ya siendo particular, ya magistrado. *Statui*, se le levante. *Quoquoversus*, queden por todos lados cinco pies para dar lugar á sus hijos y descendientes en las diversiones públicas y juegos de los gladiadores. *Inscribi*, y que se grave el epitafio en el pedestal. *Locent*, ajusten el precio. *Redemptori*, al asentista...

natus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit, placere, eum quàm amplissimè supremo die suo efferri. Et cùm Ser. Sulpicius Q. F. Lemoniâ, Rufus, ita de republica meritus sit, ut his ornamentis decorari debeat, senatum censere, atque è republica existimare, ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii, Q. F. Lemoniâ, Rufi, funeri mittere: utique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco videbitur, pedes triginta quoquoversus designet, quo Ser. Sulpicius inferatur. Quod sepulchrum ipsius, liberorum, posterorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulchrum publicè datum est.

Placere, es su voluntad se le entierre con la mayor pompa. *Et eum*, y habiendo Servio Sulpicio Rufo hijo de Quinto, de la tribu Lemonia, hecho tantos servicios á la república. *Censere*, decreta y juzga conveniente que los ediles curules dispensen en el funeral de Servio, &c. el edicto que tienen acerca de los entierros. *Designet*, señale treinta pies de sitio en, &c. para enterrar á Servio Sulpicio. *Uti quod*, como que es sepulcro concedido con justísima razon por órden del senado.

ANALYSIS.

Esta Oracion pertenece al género deliberativo, pues se dirige á probar debe levantarse estátua á Serv. Sulpicio, y por quanto comprende sus alabanzas, pertenece al demostrativo, y es un modelo de Oracion funebre. Su estilo es mediano, y algo mas sutil, quando alaba á Sulpicio. Las partes de que consta son: Exòrdio, Narracion, Proposicion, Confirmacion y Epílogo.

En el Exòrdio manifiesta su dolor, y el mérito de Serv. Sulpicio, alabando tambien á Filipo y á Pison: Vellem.

En la Narracion expone que salió enfermo sin esperanza de volver, y no rehusó exponer su vida, sin que lo impidiesen los trabajos del camino, y que al fin murió: Quod si cuiquam; *y alaba al cónsul Pansa:* Ut igitur; *sigue la proposicion, que se le debe levantar la estátua:* Quibus à te.

En la Confirmacion prueba por la ley de los mayores, cuyo sentido explica: Etenim cui; *por los exemplos de*

Tolumnio: Lar Tolumnius; *de Octavio*: Cn. Octavii; *de Cluvio, Roscio, Ancio y Fulcinio*: Atqui; *á todos los quales se les levantaron estátuas. Prueba que la embaxada le causó la muerte, pues salió enfermo por obedecer al Senado*: Nunc autem quis; *que el mismo Antonio fué causa de su muerte*: Non igitur magis; *y el Senado, por no haber dado oidos á sus excusas*: Quod si excusationem; *y el mismo cónsul*: Ut vero Pansæ; *por donde concluye se le debe erigir la estátua*: Reddite.

Hace una digresion alabando las prendas del difunto: Nam reliqua; *y su sabiduría en la Jurisprudencia*: Nec verò; *expone que la estátua será un monumento de su honrosa vida, y del agradecimiento del Senado*: Hæc enim statua; *y un consuelo para su hijo*: Et quidem. *Interpreta la voluntad del difunto sobre la estátua, á saber que sea de bronce, y á pie*: Mihi autem; *y confirma su dictámen con el de P. Servilio*: Atque hanc; *y exhorta al Senado le conceda sepulcro y estátua*: Augeatur.

En el Epílogo pone el decreto que debe expedir el Senado, expresando todas las circunstancias de su embaxada, muerte y sitio para la estátua y sepulcro: Quas ob res.

ORATIO

PRO LEGE MANILIA.

ARGUMENTO.

Habiendo el pueblo Romano sostenido una larga guerra contra Mitridates Rey del Ponto, obtuvieron el mando de las tropas, primeramente Syla, y despues L. Luculo. Aunque uno y otro hicieron graves daños al enemigo, no pudieron concluir la guerra: porque Syla tuvo que volver á Roma con motivo de la sedicion de Mario, y L. Luculo su sucesor, quando ya tenia puesto en el mayor apuro al enemigo, no le derrotó completamente por una sedicion que se movió entre sus soldados, por cuya causa le hizo el Senado volver á Roma. Para continuar esta guerra contra Mitridates y

Tigranes, promulgó Manilio Tribuno de la plebe una ley, en que nombraba por general á Pompeyo, dándole el gobierno de las provincias que tenia Luculo. Algunos llevaban á mal se diese tanto poder á Pompeyo, disminuyendose la gloria de Luculo, pero nadie se atrevió á oponerse, sino Catulo y Hortensio. Ciceron tomó á su cargo la defensa de la ley promulgada por Manilio con la siguiente oracion.

Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multò jucundissimus; hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites; tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maximè patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam cùm antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem; statueremque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum indu-

---

INTERPRETACION. *Frequens*, la vista de vuestra numerosa concurrencia me ha sido siempre muy gustosa, y este puesto me ha parecido el mas condecorado para tratar causas, y honroso para hablaros. *Sed*, sino el método de vida, que he seguido desde mis primeros años: me estorbó la entrada para la gloria que estuvo siempre abierta. *Cum*, no atreviendome aun por mis pocos años á subir á este puesto tan autorizado, y persuadiéndome que no convenia decir aquí cosa alguna que no estuviese perfeccionada por el ingenio y trabajada con esmero....

NOT. Y ARTIF. RET. *Quamquam*, Exórdio tomado de las causas, que comprehende este Silogismo: No teniendo yo antes ni bastante autoridad ni facultad, no debia subir à este sitio: al presente la tengo: luego ya puedo hablaros desde este sitio.

Hic autem, este lugar era la plaza pública llamada *pro Rostris*.

Quirites, los caballeros Romanos tomaron el nombre de *Quirites*, porque en el tiempo del reynado de Romulo hicieron alianza con Tacio rey de los Sabinos, cuya corte era *Cures*, de cuyo nombre comenzaron á llamarse *Quirites*, como en señal de cariño, que mútuamente se tenian.

Hoc aditu, entre los Atenienses, y Romanos ningun medio habia mas proporcionado para obtener dignidades, que la eloquencia; y aquel que en ella sobresalia, era el primero, de quien por lo comun echaban mano para los mas grandes empleos.

Nam cum, Asuncion.

stria, afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. Ita neque hic locuus vacuus umquam fuit ab iis, qui vestrum causam defenderent; & meus labor in privatorum periculis caste integrèque versatus, ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem comitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum, facilè intellexi, Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cùm & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandum esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certè & si quid auctoritatis in me est, eâ apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo judicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud in primis mihi lætandum jure esse video, quòd in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeji singulari eximiâque virtute: hujus autem orationis difficilius est exitum quàm principium invenire. Itaque mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est.

Amicorum, en socorrer á mis amigos en sus trabajos. Ni jamas faltaron en este lugar. *Caste*, empleado honrosa y desinteresadamente en los trabajos de los particulares ha conseguido el fruto mas colmado en la opinion que habeis formado de mí. *Propter*, por haberse dilatado los comicios. *Cum renunciatus*, con haber yo sido nombrado tres veces primer pretor, por voto de todas las centurias. *Quid*, el juicio que hablais formado de mí, y el que queríais formasen los demas. *Et ad agendum*, y tanta facilidad para perorar. *Vigilanti*, estudioso. *Qui ei*, que por su voto juzgaron, que se debia dar premio á esta facultad. *In hac*, en este no usado modo de decir desde este puesto. *Oratio*, palabras. *Exitum*, el fin. *Non tam*, no tanto debo buscar la abundancia, como la moderacion en mi discurso...

Amicorum, casi las mas veces usa Ciceron la palabra *Tempora* en plural en el significado de trabajos, penalidades y ahogos.

Privatorum, entre los latinos esta palabra *Privatus* significa aquel que nunca ha obtenido cargo público.

Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, bellum grave & periculosum vestris vectigalibus atque sociis à duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate & Tigrane: quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, causam reipublicæ, periculaque rerum suarum detulerunt: Bithyniæ, quæ nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis & civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti: eumdem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.

Causa quæ sit, videtis: nunc quid agendum sit,

Proficiscatur, tome su principio de donde lo tiene toda esta causa. *Vectigalibus*, provincias tributarias. *Viris*, sugetos honradísimos, que tienen en riesgo sus grandes caudales empleados en la cobranza de vuestras rentas. *Pro necessitudine*, por la conexion, que yo tengo con aquel gremio, han puesto en mis manos el estado de la república, y el riesgo en que están sus intereses. *Bithyniæ*, que han sido quemadas muchas aldeas de Bithynia. *Huic*, el sucesor de este. *Deposci*, y que á este solo piden y esperan con ansia.

Causa, qual es el estado de la causa. *Agendum*, resolver.

Mithridate, este era rey del Ponto, y Tigranes de Armenia.

Alter, Mithridates, con quien dexó de continuar la guerra Luculo por la sedicion, que se levantó entre los soldados de su exército.

Alter lacessitus, este fué Tigranes rey de Armenia a quien habiéndose refugiado el rey Mithridates, para su defensa, fueron uno y otro derrotados en campañas diferentes por Lucio Luculo, el que en una de ellas le tomó á Tigranes la capital de su reyno llamada de su nombre Tigranocerta.

In vestris, esta cobranza era del diezmo de los labradores, de los derechos de entrada de los mercaderes, y de lo que pagaban los ganaderos por los pastos públicos.

Bithyniæ, provincia de la Asia menor.

Huic qui, Glabrion fué al cabo el sucesor de Lucio Luculo, a quien éste entregó una grande parte de su exército.

considerate. Primùm mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum.

Genus est enim ejusmodi, quod maximè vestros animos excitare atque inflammare debet: in quo agitur populi Romani gloria, quæ vobis à majoribus, cùm magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa majores vestri magna & gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi Romani vectigalia & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis: aguntur bona multorum civium, quibus est & à vobis & ab imperatoribus reipublicæ consulendum.

Et quoniam semper appetentes gloriæ præter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitus jam insedit atque inveteravit in populi Romani nomine; quòd is, qui unâ die, totâ Asiâ, tot in civitatibus, uno nuncio atque unâ literarum significatione, cives Romanos necandos trucidandosque

---

Genus, porque es de tal naturaleza, que debe mover é inflamar, &c. *In quo*, en la qual interesa la gloria del pueblo Romano. *Cùm magna*, grande en todos los asuntos del gobierno; pero sobre todo en las empresas militares. *Salus*, la conservacion. *Gravia*, sangrientas. *Aguntur*, se interesan las mas seguras y quantiosas rentas del pueblo Romano. *Pacis*, echareis menos el lustre en tiempo de paz, y los recursos en el de guerra. *Imperatoribus* (id est *moderatoribus*), los que gobiernan.

Appetentes, codicioros de gloria y ansiosos de alabanza mas que las demas naciones, debeis quitar aquel borron que echásteis en vuestra fama. *Quæ*, el que ya del todo se ha estendido y envejecido...

Primum mihi, division en tres partes.

Genus est, prueba de la primera parte por las causas finales. Aquella guerra se debe emprender en que van *la gloria, la conservacion, las rentas públicas y particulares*: en esta guerra contra Mithridates interesan estas quatro cosas: luego debe emprenderse.

Et quoniam, primer miembro de la Asuncion (la gloria). Es cosa vergonzosa á los Romanos no vengar las graves injurias recibidas del enemigo: habeis recibido graves injurias de Mithridates: luego es vergonzoso no vengarlas, é interesa en ello *vuestra gloria*.

Delenda est, prueba de la Asuncion de este Syllogismo por adjuntos.

denotavit, non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit; sed ab illo tempore annum jam tertium & vigesimum regnat; & ita regnat, ut se non Ponto neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce, versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sylla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri & summi imperatores; sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt, propterea quòd ab eo bello Syllam in Italiam respublica, Murenam Sylla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas ædificasset, ornassetque classes, exercitusque permagnos, quibuscumque ex gentibus potuisset, comparasset, & se Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset, usque in Hispaniam legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: ut cum duobus in locis disjunctissimis maximeque diversis, uno

---

Denotavit, porque aquel que señaló un dia fixo con solo un aviso é insinuacion de carta, para quitar la vida y pasar á cuchillo á los ciudadanos Romanos que se hallaban en el Asia y en tantas ciudades. *Pœnam*, castigo correspondiente. *Latebris*, en los escondrijos. *Versari*, pasearse por vuestras provincias tributarias, esto es, por lo mas lucido del Asia. *Pulsus*, derrotado y vencido, quedó reinando. *Venia*, se les debe disimular por lo que dexaron de hacer *Omne*, empleó todo el tiempo que le quedó no en olvidar la antigua guerra, sino en hacer preparativos para otra nueva. *Maximas*, despues de haber construido y equipado muy grandes armadas. *Permagnos*, numerosísimos. *Simulasset*, y aparentando. *Ecbatanis*, desde Ebatana. *Ad eos*, á aquellos capitanes. *Ut cum* para que viéndose oprimidos por mar y tierra por dos exércitos de enemigos, que iban de comun acuer-

---

Bosphoranis, los habitantes del Bosphoro de Tracia, que por el Occidente confina con el Ponto Euxîno.

Ecbatanis, esta fué metropoli de la Media mayor, corte de Mithridates; su fundador el rey Seleuco.

Duces, estos eran Sertorio, y sus partidarios.

Duobus, dice esto el orador, porque Sertorio hacia en España la guerra, y Mithridates en la Asia.

consilio, à binis hostium copiis bellum terrâ marique gereretur, vos ancipiti contentione districti, de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ atque Hispaniensis, quæ multò plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeji divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in altera parte ita res à L. Lucullo summo viro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque præclara non felicitati ejus sed virtuti: hæc autem extrema, quæ nuper acciderunt, non culpæ sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione nostrâ, neque falsa afficta esse videatur. De vestri imperii dignitate atque gloriâ, quoniam is est exorsus orationis meæ, videte quem vobis animum suscipiendum putetis. Majores vestri sæpe, mercatoribus ac naviculatoribus injuriosiùs tractatis, bella gesserunt: vos tot civium Romanorum millibus uno nuncio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbiùs, Corinthum patres vestri totius Græciæ lumen exstinctum esse voluerunt: vos eum Regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani, consularem, vin-

---

do en dos lugares muy remotos y diversos, divididas vuestras fuerzas con dos diferentes peligros, os viéseis en riesgo de perder el imperio. *Alterius*, del otro partido. *Plus*, que era mas fuerte y vigoroso, se desvaneció por la extraordinaria prudencia. *Administrata*, se manejó. *Extrema*, estos infortunios que acaban de suceder. *Fortunæ*, á su desgracia. *Ut neque*, que ni parezca, que le quito en mi discurso las alabanzas que merece, ni le doy las que no se le deben. *Quem vobis*, qué resolucion os parece que debeis tomar. *Mercatoribus*, por haber sido tratados mal de palabra vuestros ciudadanos que comerciaban y traficaban por mar, &c. vosotros con qué ojos debeis mirar el que hayan sido muertos tantos miles de ciudadanos Romanos con solo un aviso, y á un mismo tiempo? *Superbiùs*, con algo de altanería. *Corinthum*, determinaron reducir á cenizas á Corinto que era el lucero de toda la Grecia, y sufriréis no se tome venganza de un Rey...

De vestri imperii, prueba de la proposicion del Silogismo principal por comparacion de menor á mayor.

Legatum, éste fué Manio Atilio, á quien el rey Mithridates por odio al pueblo Romano, mandó que le llevasen á la vergüenza montado en un borrico hasta Pérgamo, en donde

culis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Jus legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos legatum populi Romani, omni supplicio interfectum, inultum relinquetis? Videte, ne ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere; sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis, tueri & conservare non posse.

Quid quòd salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex socius populi Romani atque amicus: imminent duo reges toti Asiæ, non solùm vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: civitates autem omnes, cuncta Asia atque Græcia vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur: imperatorem à vobis certum deposcere, cùm præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident & sentiunt hoc idem, quod vos, unum virum esse, in quo summa sint omnia, & eum prope esse: quo etiam carent ægriùs: cujus adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant, ut se quoque, sicut

---

Imminutam, se menoscabase. *Negligetis*, ningun caso hareis de que les quiten la vida? Ellos vengaron una injuria verbal hecha á la dignidad de los Embaxadores. *Pulcherrimum*, cosa muy honrosa. *Imperii*, un imperio tan glorioso. *Sic*, así para vosotros sea cosa muy indecorosa.

Quid, ¿y qué diré de que el bien estar de los aliados corre el mas grande peligro y riesgo? *Certum*, determinado. *In quo*, en quien se hallan todas las buenas prendas en sumo grado. *Quo etiam*, por lo que les es tambien mas sensible su falta. *Impetus*, se ha reprimido y cortado. *Tacite*, con su silencio os piden, ya que no se les permite hablar libremente...

---

mandó, que le quitasen la vida, haciéndole beber oro derretido.

Quid quod, segundo miembro de la Asuncion probado por una distribucion. Ariobarzanes ha sido echado de su reyno por Mithridates, y todos los demas temen lo mismo: luego va en esta guerra la conservacion de los aliados.

ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. Atque hoc etiam magis quàm ceteros, quòd ejusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multùm ab hostili expugnatione differat. Hunc audiebant antea, nunc præsentem vident, tantâ temperantiâ, tantâ mansuetudine, tantâ humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissimè commoratur. Quare si propter socios, nullâ ipsi injuriâ lacessiti, majores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis, cum Pœnis bella gesserunt: quanto vos studio convenit injuriis provocatos sociorum salutem unà cum imperii vestri dignitate defendere, præsertim cùm de vestris maximis vectigalibus agatur?

Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia verò tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Itaque hæc vobis provincia, Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modò à cala-

---

Atque, y á estos tanto mas que á los otros, quanto, &c. *Expugnatione*, de una invasion de enemigos. Antes oían hablar de él, ahora le ven con sus ojos, tan desinteresado, tan apacible y tan humano, que se tienen por muy dichosos, &c. *Quanto*, con quanto empeño. *Præsertim*, con especialidad interesándose en ello vuestras mas quantiosas rentas?

Tanta, son tan limitadas. *Contenti*, apenas nos alcanzan para &c. *Magnitudine*, extension de las dehesas y abundancia de aquellos generos, con que se comercia. *Utilitatem*, lo que os sirve de utilidad en tiempo de guerra, y de lucimiento en el de paz...

Quare si, insta la complexion del Sylogismo principal por comparacion.

Præsertim cum, tercer miembro: (van las rentas públicas) por comparacion. Si por algunas rentas públicas debeis mirar, son principalmente las que tenemos en el Asia: estas las perdeis si no emprendeis la guerra con Mithridates: luego la debeis emprender.

Nam ceterarum, prueba de la proposicion.

Tanta, el adjetivo *tantus*, *ta*, *tum*, no siempre significa *cosa tan grande*, pues tambien significa *cosa tan reducida*, como en este lugar.

Itaque hæc, Asuncion, confirmada con el miedo que causaba en el Asia la guerra de Mithridates.

mitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Nam ceteris in rebus, cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solùm adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cùm hostium copiæ non longè absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit; tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. Quare sæpe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt, cùm duo reges cum maximis copiis prope adsint? cùm una excursio equitatûs perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit? cùm publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis, non solùm (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos.

Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cùm essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet, quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam & publicani, homines & honestissimi & ornatissimi, suas ra-

---

Conquiescit, cesa el comercio por mar, y así no puede conservarse la renta de entrada de puerto, ni de los diezmos, ni de la escritura de obligacion sobre los pastos. *Uno rumore*, con solo divulgarse la voz de que hay peligro, y con solo un temor de guerra se pierden muchas veces las rentas de todo un año. *Qui exercent*, que las administran y cobran. *Publicani*, los arrendadores ó asentistas. *Custodiis*, registros.

Ne illud quidem, ni tampoco debeis hacer poco aprecio de lo último que me propuse. *Bona*, intereses. *Quorum*, en los quales debe vuestra sabiduría poner toda la atencion. *Publicani*, los asen-

---

Neque, pagábase entonces el diezmo de los granos, del vino, aceyte, frutas, &c. Por la palabra *scriptura* se entiende aquí la escritura de obligacion de pagar un tanto el que tomaba arrendada alguna dehesa ó prado para pastos.

Publicani, estos pagando una cierta cantidad, administraban de su cuenta las rentas y alcabalas de la república.

Ac ne illud, quarto miembro de la Asuncion del Sylogismo

ciones & cöpias in illam provinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse reipublicæ semper duximus; eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum rectè esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis; partim suas & suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere: sapientiæ, videre multorum civium calamitatem à republica sejunctam esse non posse. Etenim illud primùm parvi refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoriâ recuperare. Neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. Deinde quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, id certè calamitate docti memoriâ retinere debemus. Nam tum, cùm in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ, solutione impeditâ, fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eamdem calamitatem tra-

---

tistas hombres muy honrados é ilustres, tienen sus intereses y haberes empleados en aquella provincia, por cuyos bienes y caudales debeis vosotros mirar. *Si vectigalia*, si siempre hemos tenido á los tributos por el nervio de la república. *Ordinem*, gremio. *Firmamentum*, apoyo. *Homines*, hombres activos é industriosos. *Pecuniae*, grandes sumas. *Calamitate*, preservar de calamidad. *Neque iisdem*, ni ellos mismos tendrán fondos para hacer los arrendamientos por su desgracia, ni otros querrán por el temor de padecerla. *Docti*, escarmentados en nuestras propias cabezas. *Res*, grandes caudales. *Solutione*, que por haberse imposibilitado las pagas, faltó el crédito: (esto es, no hubo quien fiase.) *Non enim*, pues no puede ser que muchos hagan quiebra, &c. sin que arrastren consigo á otros muchos á la misma desgracia.

---

principal: (Van los bienes de los ciudadanos) y lo prueba por la distribucion de los publicanos y demas clases de personas.

Etenim illud, responde á una prolepsis por las causas, y niega que se pueda recuperar por la victoria lo que se llegue á perder en la desgracia.

Deinde quod, arguye por los consiguientes así: Se debe procurar no decaiga en Roma la fé pública: es así que decaerá si no se defienden los bienes de los ciudadanos que hay en Asia: luego los debemos defender; y comienza por la Asuncion probada con un exemplo.

hant. A quo periculo prohibete rempublicam, & mihi credite id, quod ipsi videtis. Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis & cohæret. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum civium cum republica defenduntur.

Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici: belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum: non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maximè laborandum est, ne fortè à vobis quæ diligentissimè providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro, & sapientissimo homini, & magno imperatori debeatur: dico, ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse deletas: urbemque Asiæ clarissimam, nobisque amicissimam, Cyzicenorum, obsessam esse ab ipso rege maximâ multitudine, & oppugnatam vehementissimè; quàm L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberavit: ab eodem imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducibus Ser-

---

Hæc fides, este crédito y giro de dinero, que hay en Roma y en los bancos, está inmediatamente unido y enlazado con los caudales del Asia. *Ruere*, no pueden arruinarse aquellos, sin que caigan estos al mismo golpe. *Omni studio*, tomar con todo empeño esta guerra.

Laborandum, debeis cuidar no os parezca cosa de poco aprecio, lo que requiere las mas prontas providencias. *Omnibus*, proveidas y equipadas de todo lo necesario, fueron derrotadas. *Urbemque*, Cyzico, ciudad del Asia la mas famosa y amiga nuestra, á la que este mismo Rey tenia puesto sitio, y combatia con el mayor ardor. *Virtute*, con su valor, tesón y prudencia. *Ab eodem*, que el mismo general vencio, y echó a pique una armada grande y pertrechada...

Quare videte, complexion del Syllogismo general.

Quoniam, segunda parte: comprende una paradoxa: que no se debe temer á un enemigo de quien tantos han triunfado.

Urbemque, fué esta la mas principal y magnífica ciudad del Asia, cuyas torres, muros, y alcazar eran de marmol.

torianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse atque depressam: magnas hostium præterea copias multis præliis esse deletas: patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset: Sinopem atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta, ceterasque urbes Ponti & Cappadociæ permultas uno aditu atque adventu esse captas: regem spoliatum regno patrio atque avito, ad alios se reges atque alias gentes supplicem contulisse: atque hæc omnia, salvis populi Romani sociis, atque integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, ut hoc vos intelligatis, à nullo istorum, qui huic obtrectant legi atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cùm hæc ita sint, reliquùm possit esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites, non enim hoc sine causa quæri videtur. Primùm ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris sui membra in iis locis, quà se parens persequeretur, disipavisse; ut eorum collectio dispersa, mœrorque patrius celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium, quas & à majoribus

---

Studio, que se dirigia con furioso empeño. *Patefactumque*, nuestras legiones se abrieron paso por el Ponto, que antes estaba impedido por todas partes. *Sinopem*, y que con solo llegar y presentarse se apoderó de Sinope y Amiso, en cuyas ciudades tenia el rey sus palacios adornados y llenos de todas preciosidades, y otras muchísimas, &c. *Regno*, echado del reyno de su padre y abuelo. *Supplicem*, pasó á pedir amparo. *Integris*, sin menoscabo de las rentas públicas. *Qui huic*, que se oponen á esta ley. *Quam*, de quien cuentan que esparció por los lugares por donde la iba persiguiendo su padre, los miembros de su hermano, para que la detencion en recogerlos esparcidos, y la tristeza propia de padre retardase su velocidad en perseguirla. *Vim*, muy grande cantidad de oro y de plata, y de todas las alhajas mas preciosas.

Requiretur, responde á la prolepsis, primeramente con un símil, así: Mithridates huyó del Ponto como en otro tiempo Medea: esta huyó como vencedora: luego aquél como vencedor.

Primum ex, la proposicion confirmada por comparacion de símiles.

acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentiùs, rex ipse è manibus effugit. Ita illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardavit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemque rebus suis confirmavit, & afflictum erexit, perditumque recreavit. Cujus in regnum postea quam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatæ sunt. Erat enim metus injectus iis nationibus, quas numquam populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putavit. Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causâ, in eas horas nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multæ atque magnæ novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranis regno ceperat, & præliis usus erat secundis; tamen nimiâ longinquitate locorum ac desiderio suorum commovebatur. Hic jam plura non dicam. Fuit enim illud extremum, ut ex iis locis à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur. Mithridates autem & suam manum jam confirmarat; & eorum, qui se ex ejus re-

---

Direptas, y él mismo habia juntado en su reyno del saqueo del Asia. *Diffidentemque*, alentó sus desmayadas esperanzas, le animó en su afliccion, y le hizo volver en sí, quando estaba ya perdido. *Injectus*, se habia apoderado. *Erat*, corria otra opinion que hizo fuerte y grave impresion en, &c. *Concitabantur*, se conmovieron. *Nimia*, estaba disgustado por la larga distancia de sus paises, y ausencia de los suyos. *Extremum*, el fin que esto tuvo fué que. *Ex iis*, nuestros soldados trataban mas de dar la vuelta quanto antes de aquellos lugares, que de pasar mas adelante...

Hunc in illo, responde en segundo lugar á la prolepsis anterior por adjuntos así: Aquella guerra es peligrosa, que emprende *un general nuevo* con pocas tropas, *y contra muchos reyes y naciones*: tal es la guerra Mithridática: luego es peligrosa.

Cujus in, Asuncion: la guerra Mithridática es contra muchos reyes y naciones; probándolo por la causa eficiente que es el miedo.

Urbem, esta ciudad era la capital de Armenia, fundada por Tygranes, y llamada Tygranocerta de su mismo nombre.

gno collegerant, & magnis adventitiis multorum regum
& nationum copiis juvabatur. Hoc jam ferè sic fieri so-
lere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile mul-
torum opes alliciant ad misericordiam, maximèque eo-
rum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno; quòd re-
gale iis nomen magnum & sanctum esse videatur. Ita-
que tantum victus efficere potuit, quantum incolumis
nunquam est ausus optare. Nam cùm se in regnum re-
cepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter
spem acciderat, ut eam, postea quàm pulsus erat, ter-
ram umquam attingeret; sed in exercitum vestrum cla-
rum atque victorem, impetum fecit. Sinite hoc loco,
Quirites, (sicut poetæ solent, qui res Romanas scribunt)
præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit, ut
eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuncius, sed ex
sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, gravissi-
maque belli offensione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex
parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro
jussu coactus, quòd imperii diuturnitati modum sta-
tuendum veteri exemplo putavistis, partem militum, qui
jam stipendiis confectis erant, dimisit, partem Gla-
brioni tradidit. Multa prætereo consultò: sed ea vos
conjecturâ perspicitis, quantum illud bellum futurum pu-
tetis, quod conjungant reges potentissimi, renovent agi-
tatæ nationes, suscipiant integræ gentes, novus impe-

Juvabatur. tenia en su auxilio las tropas de aquellos que se ha-
bian reunido de su reyno, y muchas tropas auxiliares que le en-
viaron muchos reyes y naciones. Pues sabemos sucede ordinaria-
mente que las desgracias, &c. *Sanctum*, sagrado. *Victus*, por lo
qual despues de vencido consiguió lo que en su prosperidad ja-
mas se habiera atrevido á desear. *Non fuit*, no se contentó con
la prosperidad que logró fuera de lo que esperaba: á saber es,
poner los pies en el pais del que habia sido echado. *Ut eam*, que
llegó á oidos de Lucio Lúculo, no por algun mensagero que vol-
viese de la batalla, sino por el rumor y voces que corrian. Aquí
en esta misma desgracia y perniciosísimo descalabro, &c. *Imperii*,
juzgasteis conveniente poner término á la duracion del mando.
Qui jam, que habian ya cumplido el tiempo de servicio. *Dimisit*,
licenció. *Quod*, para la que hace liga. *Integræ*, las naciones, que
no han padecido aun los descalabros de la guerra...

Hic in illo ipso, primera parte de la Asuncion: un nuevo general con pocas tropas.

Stipendiis, este tiempo de servicio regularmente se estendia á diez años.

rator vester accipiat, vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum esse videatur.

Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cùm sit unus Cn. Pompejus, qui non modò eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam, virtute superarit: quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior umquam aut fuit, aut esse debuit? qui è ludo atque pueritiæ disciplinâ, bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extremâ pueritiâ miles fuit summi imperatoris? ineunte adolescentiâ maximi ipse exercitûs

---

Expulso, derrotado. *Ac tantis*, y para darle el mando de tan grande empresa.

Innocentium, desinteresados, que os fuese dificil deliberar á quién juzgaríais mejor para darle el mando de tan gran empresa, y de una guerra de tanta consideracion. *Unus*, el único que aventajó en valor á los mas famosos generales que ahora viven, sino tambien á los de la antigüedad de que hay memoria, que es lo que os puede hacer dudar en esta eleccion? *Summo*, en un consumado general deben hallarse estas quatro calidades. *Debuit*, ó tuvo mas obligacion de serlo? el qual desde la escuela y pueril educacion pasó al exército de su padre á aprender el arte militar. *Qui extremâ*, el que al fin de su niñez fué á servir en el exército de un consumado general...

Satis mihi, tercera parte, la que trata así: Para esta guerra debe elegirse un general consumado; solo Pompeyo es tal: luego solo éste debe ser elegido.

Utinam, Asuncion probada por las causas: Aquel es consumado general en quien se halla ciencia militar, valor, autoridad y felicidad: en solo Pompeyo se hallan estas qualidades: luego solo Pompeyo es consumado general.

Quis igitur, primera parte de la Asuncion: se halla ciencia militar.

Extrema, quándo tenia ya casi diez y siete años: hasta esta edad estendian la puericia los Romanos.

imperator? qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertavit? plura bella gessit, quàm ceteri legerunt? plures provincias confecit, quàm alii concupiverunt? cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis; non offensionibus belli, sed victoriis; non stipendiis, sed triumphis est traducta? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum: varia & diversa genera & bellorum & hostium non solùm gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam, quæ hujus viri scientiam fugere possit.

Jam vero virtuti Cn. Pompeji quæ potest par oratio inveniri? Quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgò existimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo: quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla hujus virtute & consilio confessus est liberatam. Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed

---

Qui sæpius, que tuvo mas batallas campales que riñas ha tenido ningun particular. *Confecit*, conquistó. *Alienis*, no obedeciendo á otro, sino mandando; no con pérdidas, sino con victorias; no cobrando sueldo, sino triunfando. *Mistum*, la de la liga de, &c. *Servile*, la de los esclavos. *Nullam rem*, que no hay cosa alguna en el arte militar, que se oculte á su penetracion.

Quæ, qué elogios pueden igualar. *In agendo*, en la accion, la prontitud en la execucion, el consejo en las providencias. *Cinctam*, á la que quando se hallaba cercada de mayores riesgos, la

---

Jam verò, segunda parte, en que divide las virtudes en dos partes; las que miran á la guerra, y las que miran á las costumbres, así: En aquel se halla el valor militar, en quien hay trabajo, fortaleza, industria, celeridad y consejo: todas estas virtudes se hallan en Pompeyo en sumo grado: luego se halla en sumo grado el valor militar.

Neque enim, proposicion.

Quæ tanta, prueba de la Asuncion por los efectos.

celeritate consilii explicavit. Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. Testis est Hispania, quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit. Testis est iterum & sæpius Italia, quæ cum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit: quod bellum expectatione Pompeji attenuatum atque imminutum est; adventu sublatum ac sepultum. Testes verò jam omnes oræ, atque omnes exteræ gentes ac nationes; denique maria omnia, tum universa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cùm aut hyeme aut referto prædonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè divisum atque dispersum, quis umquam arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? Quam provinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis? quàm multas existimatis insulas esse desertas? quàm multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas urbes esse sociorum? Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longè à domo bellare, & propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cùm exercitus nostri

---

puso en salvo no tanto con el terror de la guerra, quanto con la prontitud de sus providencias. *Patefactum*, se abrieron paso, &c. sin dexar francés á vida. *Servili*, grande y peligrosa guerra de los esclavos. *Attenuatum*, vino á menos y se aminoró con la esperanza de Pompeyo, y con su llegada se arruinó y aniquiló. *Oræ*, costas. *Sinus*, golfos. *Hoc tantum*, esta guerra tan grande, tan vergonzosa, de tanta duracion, tan estendida y esparcida por todas partes. *Confici*, se podria concluir en un solo año por todos los generales del mundo, ó por un solo general en todos los de su vida. *Quam multas*, quantas. *Sed quid*, ¿pero para qué hago yo mencion de desgracias tan antiguas? *Propugnaculis*, con los valuartes del Imperio.

Brundusio numquam, nisi summâ hyeme, transmiserint? Quid, cùm ad nos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cùm legati populi Romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cùm duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint? Quid, aut Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem; cùm vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate sciatis? An verò ignoratis portum Cajetæ celeberrimum atque plenissimum navium, inspectante prætore, à prædonibus esse direptum? Ex Miseno autem ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, à prædonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illam labem atque ignominiam reipublicæ querar, cùm prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi Romani præpositus esset, à prædonibus capta atque opressa est? Proh dii immortales! Tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modò ante ostium Tyberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis? Atque hæc quâ celeritate gesta sint quamquam videtis; tamen à me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim umquam, aut obeundi negotii, aut consequendi quæstûs studio, tam brevi tempore tot loca adire, tantos

---

Brundusio, nunca se hicieron á la vela en Brindis, si no en el rigor del invierno. *Captos*, de que hayan sido hechos prisioneros. *Redempti*, ha sido menester rescatar. *Duodecim*, doce pretores. *Vitam*, os dan la vida. *Portum Cajetæ*, que los piratas saquearon á vista del Pretor el puerto de Gaeta, el mas famoso y, &c. *Ex Miseno*, y que en Miseno se llevaron á los hijos de aquel mismo Pretor, &c. *Ostiense*, de la desgracia de Ostia, que es un borron. *Præpositus*, que comandaba. *Tantamne*, tan grande lustre pudo en tan breve tiempo dar á la república. *Ostium*, embocadura. *Intra Oceani*, dentro del estrecho. *Quis*, por que quién ó por el deseo de concluir sus negocios, ó de adquirir ganancias pudo en tan breve tiempo correr tantos paises, y concluir tantas navega-

---

Brundusio, Brindis, ciudad de la Calabria.

Samum, Samos, ciudad en la Isla del mismo nombre, que está en el mar Egeo ó Archipiélago.

Cajetæ, este puerto está en la Campaña, provincia de la Italia.

cursus conficere potuit, quàm celeriter Cn. Pompejo duce belli impetus navigavit? Qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit, nondum tempestivo ad navigandum mari: atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque munivit. Inde se cùm in Italiam recepisset, duabus Hispaniis & Galliâ Cisalpinâ præsidiis ac navibus confirmatâ; missis item in oram Illyrici maris, & in Achajam, omnemque Græciam navibus; Italiæ duo maria maximis classibus firmissimisque præsidiis adornavit: ipse autem, ut à Brundusio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjunxit: omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius hujus imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cùm ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompejus extremâ hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, mediâ æstate con-

---

ciones con la prontitud con que corrió los mares el ímpetu de la guerra baxo el mando de Pompeyo, el qual estuvo en la Sicilia, dio una vista, &c. *Nondum*, no estando aun el mar en disposicion de poderse navegar, y aseguró estos tres positos ó graneros de la república. *Et Gallia*, y la Lombardía. *Italiæ*, guarneció los dos mares de Italia. *Undequinquagesimo*, en quarenta y nueve dias. *Ubique*, que habia en todas partes. *Imperio*, se entregaron á discrecion. *Idem*, él mismo no hizo perder las esperanzas á los Cretenses de admitirlos por entrega, y les hizo aprontar rehenes. *Deprecatoresque*, medianeros. *Tam longe*, y que tanto se ha estendido por todas partes. *Extrema*, hizo al fin del invier-

---

Frumentaria, pósito se llama la casa en que se guarda la cantidad de trigo, que se tiene de repuesto, para tiempo de necesidad.

Duabus, las dos Españas. Esto es, la citerior y ulterior, ó por otro nombre la España Tarraconense y la Bética.

Gallia, es esta parte de Italia desde los Alpes; divídela el rio Pó en Cispadana y Transpadana.

Duo maria, estos fueron el mar Adriático ó golfo de Venecia, y el Tirrheno ó mar de Toscana.

Ciliciam, la Cilicia. Esta es provincia de la Asia menor, baxo del nombre de Caramania, comprehende tambien la Pamphilia, Pisidia, y parte de la Capadocia meridional.

fecit. Est hæc divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceteræ, quas paullo ante commemorare cœperam; quantæ atque quàm multæ sunt? Non enim solùm bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est; sed multæ sunt artes eximiæ, hujus administræ, comitesque virtutis. Ac primùm quantâ innocentiâ debent esse imperatores! quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ! quantâ fide! quantâ facilitate! quanto ingenio! quantâ humanitate! quæ breviter, qualia sint in Cn. Pompejo, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? Quid hunc hominem magnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam ex ærario depromtam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit

---

no los preparativos, la emprendió en el principio de la primavera, y la concluyó en el medio del verano. *Summo*, consumado. *Sed multæ*, sino que hay otras prendas excelentes, que son las auxîliares y compañeras de ésta. *Quanta innocentiâ!* ¡que irreprehensibles! ¡qué moderados en todo! ¡qué fieles! ¡qué afables! ¡qué ingeniosos! ¡qué humanos! *Summa*, se hallan en sumo grado. *Ex aliorum*, cotejandolas con las de otros. *Quem enim*, porque, ¿qué concepto podremos formar de aquel general? *Centuriatus*, las capitanías, los grados. *Quid*, qué cosa grande y gloriosa puede pensar en favor de la república el que por la ambicion del gobierno, ó repartió entre los Magistrados el dinero que se sacaba del erario para los gastos de la guerra, ó lo dexó puesto á ganancias en Roma por su avaricia? *Admurmuratio*, murmullo.

Est hæc, arguye así por las virtudes morales: En aquel general se encuentran las virtudes morales, en quien se hallan desinteres, modera[illegible] fidelidad, [illegible] y afabilidad: todas estas se hallan en Pompeyo: luego se hallan en sumo grado las virtudes morales.

Quem enim, amplifica su desinteres por exemplos de semejantes, y lo prueba por efectos, porque el exercito de Pompeyo no hacia daño a los aliados.

confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quòcumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini. Tum faciliùs statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrùm plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hybernis sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in judicando, qui alios in se severos esse judices non vult. Hîc miramur, hunc hominem tantùm excellere ceteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitûs, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. Non modò, ut sumtum faciat in militem, nemini vis affertur; sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hyemis enim, non avaritiæ, perfugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. Age verò, ceteris in rebus quali sit temperantiâ, considerate. Unde illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum initum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: sed hæ res, quæ ceteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit, non li-

---

Itinera, las marchas. *Statuetis*, juzgareis lo que han hecho en, &c. *Plures*, juzgais que son mas las ciudades de los enemigos que han destruido nuestras armas, que las de los aliados, que han arruinado en los quarteles de invierno? *Continere*, refrenar. *Ut non*, que no solo las manos, pero ni aun las pisadas de tan numeroso exército se dice, que hayan hecho daño alguno en el campo de los que estaban en paz. *Hyemis*, que las casas de los aliados y amigos sirviesen de abrigo para el frio, pero no para la avaricia. *Age*, pero pasemos adelante. *Tantam*, provino una tan grande é increible prontitud en sus navegaciones. *Ars*, habilidad no oida de los pilotos. *Ultimas*, á lo último del mundo. *Avaritia*, no le apartó de su rumbo la avaricia para coger alguna presa, ni la liviandad para entregarse á los deleytes, ni la

Age vero, muestra su moderacion por los efectos.

bido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Postremò signa & tabulas, ceteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompejum, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo delapsum, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quondam abstinentiâ; quod jam nationibus exteris incredibile, ac falsò memoriæ proditum videbatur. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non sine causa majores suos tum, cùm hac temperantiâ magistratus habebamus, servire populo Romano, quàm imperare aliis, maluisse. Jam verò ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ quærimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate & copiâ valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem verò ejus inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam esse judicarint? Humanitate jam tantâ est, ut difficile dictu sit, utrùm hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestræ memoriæ bella conficienda divino quodam con-

---

amenidad de los lugares para divertirse, ni la fama de alguna ciudad para reconocerla, ni finalmente el trabajo para tomar descanso. Por último las estatuas y pinturas, &c. *Tollenda*, que las deben tomar. *Abstinentiâ*, desinterés. *Incredibile*, cosa increible y fabulosa. *Jam*, mas ya se dice que tienen los particulares tan franca entrada para hablarle, y tanta libertad para quejarse. *Facilitate*, llaneza. *Quantum*, quan grande sea su prudencia, quanta la gravedad y abundancia de sus discursos, en lo que consiste cierta magestad de un general. *Sanctissimam*, la mas respetable. *Transmittendum*, el dar. *Memoriæ*, de vuestro siglo. *Divino*, por especial providencia de Dios..

Et quisquam, complexion del Pompeyo.
Sylogismo acerca del valor de

silio natus esse videatur?

Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet; certè nemini dubium est, quin ea in re idem ille imperator plurimùm possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cùm sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minùs famæ, quàm aliquâ certâ ratione commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit? Cujus res gestæ pares? De quo homine vos, (id quod maximè facit auctoritatem) tanta & tam præclara judicia fecistis? An verò ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama pervaserit, cùm universus populus Romanus, referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune gentium bellum Cn. Pompejum imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantùm hujus auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompejo omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui quo die vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopiâ & caritate rei frumentariæ consecuta est unius spe & nomine, quantam vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Jam verò acceptâ in Ponto calamitate ex eo prælio, de

---

Bellis, para la direccion de una guerra y gobierno militar. *Quin*, que la hay muy grande en este general. *Quid hostes*, quál es el juicio que forman. *Opinione*, se dexan llevar no menos de la voz comun, que de alguna razon solida. *De quo*, de qué sugeto habeis dado tantos y tan ilustres testimonios, lo qual contribuye sobre todo para conciliar autoridad? *Valeat*, de quanto peso es. *Rerum*, acciones ilustres. *Tanta repente*, se siguió repentinamente tan grande baxa en el precio de los granos despues de una extremada escasez y carestia. *Efficere*, ocasionar una larga paz despues de una fertilisima cosecha. *Calamitate*, el descala-

---

Et quoniam, tercera parte de la Asuncion, en que prueba su autoridad así: Aquel es sumo general en quien se halla grande autoridad: en Pompeyo se halla esta grande autoridad: luego es consumado general.

Quod igitur, prueba de la Asuncion por las causas.

Itaque ut, prueba de la misma por efectos.

quo vos paullo ante invitus admonui, cùm socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent; cùm satis firmum præsidium provincia nón haberet; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad id ipsum temporis divinitus Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Hujus adventus & Mithridatem insolitâ inflammatum victoriâ continuit, & Tigranem magnis copiis minitantem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit, aut quàm faciliè imperio atque exercitu socios & vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age verò, illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem, quòd ex locis tam longinquis tamque diversis tam brevi tempore omnes unà huic se dediderunt? Quòd Cretensium legati, cùm in eorum insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompejum in ultimas prope terras venerunt, eique se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem ipse Mithridates nonne ad eumdem Cn. Pompejum legatum usque in Hispaniam misit? eumque Pompejus legatum semper judicavit: ii, quibus semper erat molestum ad eum potissimùm esse missum, speculatorem quàm legatum judicari maluerunt. Potestis igitur jam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis, magnisque vestris judiciis amplificatam, quantùm apud illos reges, quantùm apud exteras nationes valituram esse existimetis.

Reliquum est, ut de felicitate, (quam præstare de

---

bro en aquel choque de que poco há os hice mencion á pesar mio. *Divinitus*, por providencia del cielo. *Retardavit*, detuvo el ímpetu. *Ii quibus*, aquellos que llevaban á mal el que hubiese sido enviado á él y no á otro, quisieron mas que pasase por espía, que por embaxador. *Potestis igitur*: el orden es: *potestis igitur constituere jam quantùm existimetis valituram esse apud illos reges, quantùm apud nationes exteras auctoritatem hanc amplificatam*, &c., ya podeis acabar de conocer quánto ha de poder para con aquellos reyes, quánto para con las naciones extrangeras su autoridad engrandecida despues con sus muchas acciones, y honoríficos decretos vuestros.

Reliquum, solo resta que acerca de la felicidad, la que

Potestis igitur, complexion de este Sylogismo.

Reliquum est, la quarta parte de la Asuncion, en que prueba

se ipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus), sicut æquum est homini de potestate deorum, timidè & pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribus, non solùm propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpiùs imperia mandata, atque exercitus esse commissos. Fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut præterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut invisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiæque, terrâ marique, quantâque felicitate gesserit: ut ejus semper voluntatibus non modò cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. Hoc brevissimè dicam, neminem umquam tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dii inmortales ad Cn. Pompejum detulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cùm communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causâ, sicuti facitis, velle & optare debetis. Quare cùm &

---

ninguno puede prometerse de sí mismo, pero podemos hacer mencion, y hablar de la de otro, hablemos con respeto y brevedad, como es justo en una cosa, que está en poder de los dioses el concederla. *Fuit enim*, pues el cielo ha concedido cierto tino á algunos hombres para todo lo que es grandeza y gloria, y para el desempeño de sus empresas. *Non ut*, que diré, no que ha sido él el arbitro de la fortuna, sino que haciendo memoria de lo pasado, parece podemos esperar lo por venir, para que mi discurso no sea odioso á, &c. ó ingrato á sus beneficios. *Cives*, asentian los ciudadanos, condescendian los aliados, obedecian los enemigos: sino que aun los vientos y temporales le eran propicios. *Tacitus*, en el secreto de su corazon. *Proprium*, le sea durable y permanente...

---

la felicidad. Se debe elegir general á aquel en quien se halla mayor felicidad: tal es Pompeyo: luego á éste se ha de elegir

Ego enim, prueba de la proposicion por exemplos.

Fuit enim, Asuncion ilustrada con una comparacion y por los efectos.

Quod ut illi, complexion de esta Asuncion.

Quare cùm, epílogo de toda la confirmacion.

bellum ita necesarium sit, ut negligi non possit, ita magnum, ut accuratissimè sit administrandum: & cùm ei imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis à diis immortalibus oblatum & datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis? Quod si Romæ Cn. Pompejus privatus esset hoc tempore; tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. Nunc cùm ad ceteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit; quid expectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cetera summa cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?

At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus; itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere confiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum & clarissimorum; tamen, omissis auctoritatibus, ipsâ re & ratione exquirere possumus veritatem; atque hoc faciliùs, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & magnum, & in uno Cn. Pompejo summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si uni

---

At enim, pero son de contrario dictámen Q. Catulo, sugeto muy esclarecido y amante de la republica, y á quien vosotros habeis honrado con señaladísimos beneficios, y Q. Hortensio dotado de esclarecidísimas prendas, &c. *Tametsi*, aunque veis que á ello se opone la autoridad de los mas valerosos y esclarecidos sugetos. *Ipsâ re*, averiguar la verdad por sí misma y por la razon...

Quod si, argumento de comparacion. Mucho mas justo es dar el mando de esta guerra al que está obteniendo el mando, que á un particular: se debia dar el mando de esta guerra á Pompeyo, aun quando fuera solo particular: luego mejor se le debe dar estando ya en el Asia con su exército.

Quid igitur, refuta el argumento de Hortensio con una paridad. Las razones de Hortensio no deben tener mas fuer-

omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompejum: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista oratio, re multò magis, quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter ornatèque dixisti, cùm is de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset: & ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti. Quid? tum, per deos immortales, si plùs apud populum Romanum auctoritas tua, quàm ipsius populi Romani salus & vera causa valuisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cùm populi Romani legati, prætores, quæstoresque capiebantur? cùm ex omnibus provinciis commeatu & privato & publico prohibebamur? cùm ita clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam neque publicam jam obire possemus? Quæ civitas antea umquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis latè quondam mare tenuisse dicitur; non Carthaginiensium, qui permultùm classe maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis & gloria remansit: quæ civitas

---

Obsolevit. perdió ya toda su fuerza esa réplica, refutada mas por la experiencia, que con razones. *Pro tua*, conforme á tu afluencia suma y singular habilidad en perorar, tuviste un discurso magestuoso y elegante. *De uno*, acerca de nombrar un solo general. *Capiebantur*, eran hechos prisioneros. *Commeatu*, no se nos permitia entrar víveres para los particulares, ni para el público. *Ut neque*, de suerte que ni podiamos ya desempeñar los negocios particulares, ni públicos ultramarinos. *Quæ satis*, de quien se dice que en otro tiempo fué dueña de un dilatado espacio de mar. *Permultùm*, tuvieron mucho poder en armadas y comercio marítimo. *Quorum*, cuya disciplina y gloria naval duraron hasta nuestros dias...

---

za contra la ley de Manilio, que la que tuvieron contra la de Gabinio: ninguna fuerza tuvieron contra la ley de Gabinio: luego tampoco contra la de Manilio.

Quid tum, arguye por consiguientes. Si aquella razon contra Gabinio hubiera valido, permaneceria aun el riesgo de la república: luego si vale contra Manilio, se deberá temer lo mismo.

An tibi, amplifica el peligro por los efectos.

Quæ civitas, amplifica la ignominia por comparacion y antecedentes.

antea umquam tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, & agros, & aliquam partem regionis atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercule aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cujus usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat, magnâ ac multò maximâ parte non modò utilitatis, sed dignitatis atque imperii, caruit. Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persemque superarunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt; ii nullo in loco jam prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus; tum cùm insula Delos tam procul à nobis in Ægeo mari posita, quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro, nihil timebat, iidem non modò provinciis atque oris Italiæ maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appiâ jam viâ carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum ascendere; cùm eum vobis majores vestri exuviis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus Romanus & ceteros, qui erant in eadem sententia, dicerè existimavit ea, quæ sentiebatis, sed tamen in salute communi idem populus Romanus dolori suo maluit, quàm auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus non mo-

---

Tenuis, de tan pocas fuerzas. *In maritimis*, los mas prácticos y diestros en la marina. *Pares*, no podiamos contrarrestar en parte alguna á los piratas. *Salvos præstare*, defender. *Bono animo*, con buena intencion vuestro sentir. *Salute*, en lo que mira al bien comun, quiso mas atender. *Una*, un solo sugeto con una sola ley en un solo año nos libertó de aquella miseria y oprobrio...

Persemque, y al rey Perses. Fué este último rey de Macedonia á quien venció Paulo Emilio.

Appia viâ, este camino se llamó así, por haber sido hecho en tiempo de Apio Claudio. Llega desde la ciudad de Roma hasta Capua, y por estar por algunas partes inmediato al mar, era muy peligroso por los corsarios, que saltando en la costa robaban á todos los pasageros.

Itaque, complexion.

dò nos illa miseriâ ac turpitudine liberavit; sed etiam effecit, ut aliquando verè videremur omnibus gentibus ac nationibus terrâ marique imperare. Quò mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, an Pompejo, an utrique? (id quod est verius) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompejo expetenti ac postulanti? Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cùm ceteri ad expilandos socios, diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cujus lege salus ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ ejus imperatoris, atque ejus exercitûs, qui consilio ipsius atque periculo est constitutus? An Cn. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cœlius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causâ nomino, cùm tribuni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabiniâ geritur, in hoc imperatore atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam præcipuo jure esse deberet? De quo legando spero consules ad senatum relaturos. Qui si dubitabunt, aut gravabuntur; ego me profiteor relaturum, neque me impediet cujusquam, Quirites, inimicum edictum, quò minùs fretus vobis, vestrum jus beneficiumque defendam: neque præter intercessionem quidquam audiam: de qua (ut arbitror) isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, quî id liceat, considerabunt. Meâ quidem sententiâ, Quirites, unus A. Gabinius belli maritimi re-

---

Obtrectatum, que se havan opuesto. *Idoneus*, no es acreedor á conseguirlo. *Cujus lege*, de cuya ley tiene su fundamento el bien y lustre del pueblo Romano, y de todas las naciones, no debe ser participante. *Tam diligentes*, tan escrupulosos, tan mirados. *Qui... præcipuo*, que debia serlo con particular derecho. *Constituit*, levantó. *Relaturos*, daran cuenta. *Aut gravabuntur*, ó anduvieren remisos. *Neque me*, sin que me impida ningun edicto en contrario el defender. *Audiam*, ni daré oidos á cosa alguna, sino á la oposicion de los tribunos. *Mea quidem*, por mi voto solo

---

An Cn. Falcidius, á la ley opuesta responde por comparacion. Aquella ley debia observarse menos en Gabinio que en los demas: en algunos otros tribunos no se observó: luego mucho menos en Gabinio.

Qui in hoc bello, prueba de la proposicion.

Præter intercessionem, de los

rumque gestarum auctor, comes Cn. Pompejo adscribitur, propterea quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit; alter delatum susceptumque confecit.

Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate & sententia dicendum esse videatur. Qui cùm ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompejo omnia poneretis, si quid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suæ virtutis fructum ac dignitatis, cùm omnes prope unâ voce in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd quò minùs certa est hominum ac minùs diuturna vita, hoc magis respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vitâ atque virtute. At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse: semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse; non dicam, duo bella maxima, Punicum & Hispaniense, ab uno imperatore esse conte-

---

A. Gabinio promotor de la guerra y hazañas contra los piratas debe darse por compañero, &c.

Qui cum, &c.: el órden es: *qui cùm quæreret ex vobis. in quo habituri essetis spem, si poneretis omnia in uno Cn. Pompejo, si quid de eo*, &c., el qual preguntándoos en quién pondríais vuestra esperanza, si sucedia alguna desgracia á Pompeyo, supuesto que á él lo confiábais todo. *Dignitatis*, mérito. *Nulla*, no hay cosa por grande y difícil que sea, que no la pueda gobernar con su prudencia. *Quod quò*, porque quanto mas incierta y breve es la vida de los hombres. *Nihil novi*, pero me dirán, no se introduzca novedad alguna. *Paruisse*, atendieron. *Ad novos*, acomodaron nuevas determinaciones á las nuevas circunstancias de los tiempos...

---

tribunos era propio el impedir, y prohibir algunas leyes.

Sed in hoc, argumento sacado de la causa formal. De aquel bien que es caduco, debemos usar mientras se nos permite: la vida de Pompeyo es caduca: luego debe usar de ella la república, mientras se le permite.

At enim, á la objecion, de que no se debia hacer cosa contra las determinaciones de los antepasados, satisface así: En las grandes guerras se ha de atender antes á la utilidad que á la costumbre: ahora amenaza la grande guerra de Mitridates: luego en ella se ha de atender antes á la utilidad que á la costumbre.

Non dico, proposicion, y su prueba por semejanzas.

cta; duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maximè minabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas; non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur: ut idem cum Jugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompejo, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint nova summâ Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam novum, quàm adolescentulum privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere? confecit: huic præesse? præfuit: rem optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cujus à senatorio gradu ætas longè abesset, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentiâ, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus Romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut, cùm duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cùm esset non nemo in senatu, qui diceret, *non oportere mitti hominem privatum pro consule*; L. Philippus dixisse dicitur; *non se*

Cum Theutonis. con los Tudescos. *Summa*, con pleno consentimiento. *Conficere*, levántase? *Præesse*, que lo comandase? *Cujus*, cuya edad distaba mucho de la que se requeria para la dignidad de senador. *Permitti*. que se le confiase. *Fuit*, se portó en aquellas provincias con singular desinteres. *Studio*. sino que lo juzgó por cosa muy digna de verse. *Non se*, que por su voto le

---

Jugurtha, Jugurta rey de Numidia en Africa.

Theutonis, estos son unos pueblos de Alemania en la inferior Saxonia.

In ipso, amplificacion por adjuntos.

Cujus à senatorio, para el empleo de senador era necesario tener á lo menos veinte y seis años, y Pompeyo no tenia entonces mas que veinte y tres.

Equitem Rom., uno que solo era caballero Romano. Dice esto, porque no se permitia entonces el triunfo, sino á los que habian sido cónsules, pretores o dictadores.

illum suâ sententiâ pro consule, sed pro consulibus mittere. Tanta in eo reipublicæ bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quàm ut ex senatusconsulto legibus solutus, consul ante fieret, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm ut iterum eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla tanta ac tam nova profecta sunt in eumdem hominem à Q. Catulo, atque à ceterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne sit periniquum & non ferendum illorum auctoritatem de Cn. Pompeji dignitate à vobis comprobatam semper esse; vestrum ab illis de eodem homine judicium, populique Romani auctoritatem improbari: præsertim cùm jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temere fecistis, & reipublicæ parum consuluistis: rectè isti studia vestra suis consilis regere conantur. Sin autem vos plùs tum in republica vidistis; vos, his repugnantibus, per vosmet-

---

enviaba no en lugar de un cónsul, sino en lugar de los dos. *Legibus*, dispensado de las leyes. *Profecta sunt*, se los ha debido este mismo hombre á Q. Catulo, y á la autoridad de los demas distinguidísimos Senadores. *Periniquum*. cosa la mas injusta é insufrible, que aprobeis lo que ellos aprobaron sobre el mérito de Pompeyo; y que ellos desaprueben el dictámen que vosotros habeis formado acerca de su persona. *Reclamantibus*, rehusándolo estos. *Vos unum*, le escogísteis entre todos para darle el mando. *Temere*, inconsideradamente. *Studia*, arreglar vuestras pasiones con sus consejos...

Legibus, estas leyes eran la Villia y la Cornelia, de las quales la una prohibia la promocion al consulado hasta los quarenta y dos años, y la otra, ademas de la edad dicha, requeria que los pretendientes hubiesen ya obtenido el cargo de qüestores y pretores; y Pompeyo no solo no habia obtenido estas dignidades, pero ni tenia la edad proporcionada, por lo que tanto en una como en otra se le dispensó, en atencion á sus relevantes prendas.

Quare videant, complexion. *Præsertim*, prueba por la

ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquando isti principes & sibi & ceteris populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico & regio non solùm militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompejo singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisque exterarum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quàm de hoste ac de laude cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantiâ moderatiores; tamen eos esse tales propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, injurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Urbes jam locupletes ac copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram cum Q. Catulo & Q. Hortensio disputarem, summis & clarissimis viris. Noverunt enim sociorum vulnera: vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione contra socios atque amicos? Quæ civitas est in Asia, quæ non modò unius imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? Quare, etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur; tamen nisi erit idem, qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum conjugibus ac liberis,

---

Sibi, que así ellos como los demas deben obedecer. *Regio*, y contra dos reyes. *Versari*, se porte de tal manera en el Asia, &c. que no atienda a otra cosa que al enemigo y a su alabanza. *Pudore*, mas moderados por su pundonor y desinteres. *Cupidorum*, de hombres ambiciosos. *Injurias*, injusticias y vicios. *Nostris* qué nuestros magistrados hayan mirado como sagrado? qué ciudad que hayan respetado? *Simulatione*, baxo el pretexto. *Quæ non*, que pueda sufrir los brios y humos, no digo de un general, o de un legado, pero ni aun los de un mero tribuno militar? *Collatis*, en campal batalla. *Idem*, si no fuese tal que pueda refrenarse para no tocar en los intereses de los aliados. *Qui ab*, que sepa contener sus manos, ojos y corazon...

---

comparacion que no se debe reprender en la ley Manilia el mando extraordinario que no se reprende en la Gabinia.

qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit; ecquam esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompejum non solùm propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim populus Romanus non locupletari quotannis pecuniâ publicâ præter paucos, neque eos quidquam aliud assequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur. Nunc, quâ cupiditate homines in provincias, quibus jacturis, quibus conditionibus proficiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi verò Cn. Pompejum non cùm suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quòd si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis: est vobis auctor vir bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus P. Servilius; cujus tantæ res gestæ terrâ marique exstiterunt, ut, cùm de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat. Est C. Curio summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio & prudentiâ præditus. Est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis. Est C. Cassius integritate, virtute, constantiâ singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.

Ecquam, qué ciudad pensais que ha estado en paz siendo rica; y quál ha sido rica que les haya parecido á éstos estar en paz. *Continentiam*, por la moderacion de su ánimo. *Pecuniá*, con las rentas anuales. *Classium*, con el pretexto de las armadas *Majore*, quedar mas deshonrados con los danos que recibiamos. *Qua cupiditate*, con qué codicia. *Auctor*, os aconseja. *Bellorum*, muy adiestrado en todas las guerras y asuntos mas importantes. *Gravior*, debeis anteponer su dictamen al de todos los demas. *In quo*, cuya suma prudencia y gravedad reconoceis por los grandes honores que le habeis concedido. *Orationi*, al discurso de aquellos que son de contrario parecer.

Quæ cùm ita sint, C. Manili, primùm istam tuam & legem & voluntatem & sententiam laudo, vehementissimèque comprobo; deinde te hortor, ut auctore populo Romano maneas in sententia, neve cujusquam vim aut minas pertimescas. Primùm in te satis esse animi constantiæque arbitror: deinde cùm tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus: quid est quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani, atque hâc potestate prætoriâ, quidquid auctoritate, fide, constantiâ possum; id omne ad hanc rem conficiendam tibi & populo Romano polliceor & defero. Testorque omnes deos, & eos maximè, qui huic loco temploque præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maximè perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cujusquam; neque quò Cn. Pompeji gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quò mihi ex cujusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adjumenta honoribus quæram: propterea quòd pericula facilè, ut hominem præstare oportet, innocentiâ tecti pellemus: honores autem, neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eâdem nostrâ illâ laboriosissimâ ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem quidquid in hac causâ mihi susceptum est, Quirites, id omne me reipublicæ causâ suscepisse confirmo: tantùmque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas in-

---

Vehementissimèque, y apruebo de todo mi corazon. *Auctore*, teniendo á tu favor. *Vim*, poder. *Studio*, empeño. *In eodem*, quando se ha dado algun otro empleo á este mismo. *De re*, en el caso, ó en la facilidad de executarlo. *Potestate*, dignidad de Pretor. *Polliceor*, prometo y pongo en tus manos todo mi conato. *Eos maximè*, y principalmente á los tutelares de &c. *Perspiciunt*, penetran a fondo las intenciones de todos los que manejan. *Amplitudine*, engrandecimiento. *Præsidia*, apoyo en mis riesgos ó favor en mis pretensiones. *Ut hominem*, como es puesto en razon, que lo haga un hombre. *Aliquam*, y estoy tan léxos de persuadirme que adquiero alguna buena correspondencia, que antes al contrario....

Quæ cùm ita, exhorta á Manilio á la constancia, valiendose de los adjuntos. y promete su ayuda á él y al pueblo.

telligam, mihi non necessarias, vobis non inutiles, suscepisse. Sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, & reipublicæ dignitatem, & salutem provinciarum atque sociorum, meis omnibus commodis & rationibus præferre oportere.

Mihi non. que yo no necesitaba, y que á vosotros no serán inútiles. *Sed ego*, pero yo me persuadí, que hallándome honrado con esta dignidad y distinguido con tantos beneficios vuestros debia anteponer vuestra voluntad, el honor de la república, la conservacion, &c. á todas mis utilidades é intereses.

Vobis non. dice que les serian provechosas, porque por ellas conocerian, quién en la realidad miraba por el bien de la república, y quién con apariencia de bien tiraba á destruirla.

ANALYSIS.

Pertenece esta Oracion al género deliberativo, pues se dirige á manifestar debe aprobarse la ley de Manilio, y enviarse á Pompeyo por General de la guerra de Asia; y al demostrativo en la parte que trata las alabanzas de Pompeyo, por lo que la tercera parte de la confirmacion es un excelente panegírico. Su estilo es mediano y florido con mas adorno en los pensamientos que en las palabras. Consta de Exôrdio, Narracion, Division, Confirmacion, Refutacion y Peroracion.

En el Exôrdio se capta la benevolencia, alabando al pueblo Romano, cuya vista le era muy gustosa, y muy honroso hablar en su presencia: Quamquam; *hablando modestamente de sí, que nunca se habia mezclado en asuntos publicos, y solo se habia empleado en defender causas particulares:* Nam cum antea; *manifestando su agradecimiento por los honores que le habian hecho, y prometiendo corresponder con su autoridad y arte Oratoria:* Nam cum propter. *Se gana la atencion exponiendo la importancia del asunto y abundancia de la materia.* Atque illud.

En la Narracion refiere la guerra del Asia grave y peligrosa á los aliados y provincias tributarias declarada por Mitridates y Tigranes: Atque unde;

y los daños que experimentan los caballeros Romanos. Equitibus; *y los aliados*: Bythiniæ; *los quales daños no han remediado Luculo ni Glabrion*: Lucullum; *y solo Pompeyo puede impedir*: Unum.

La Proposicion está dividida en tres partes, pues dice hablará de la calidad de la guerra, de su grandeza, y del General que se ha de elegir: Causa quæ sit.

En la primera parte de la Confirmacion prueba interesar la gloria del pueblo Romano, por ser ignominia que reyne Mitridates despues de haber dado muerte á muchos miles de Romanos, haberse apoderado del Asia, juntando exército, y hecho alianza con los enemigos del pueblo Romano: Et quoniam; *dexándole Syla y Murena reynando, y Luculo vencedor*: Etenim adhuc; *siendo así que los antiguos Romanos hicieron guerras, solo por haber sido injuriados los comerciantes, ó tratados mal de palabra los Embaxadores*: Majores vestri. *Interesa la conservacion de los aliados, á saber, de Ariobarzanes, que fué echado de su reyno, y de los Asiáticos que temen á dos Reyes enemigos de los Romanos y de sus aliados, y de los Griegos que piden auxilio*: Quid quod. *Interesan las rentas publicas que se cobran de los frutos, pastos, y puertos del Asia, que es la provincia mas fertil*: Nam ceterarum. *Interesan los bienes de los particulares, asentistas, comerciantes y otros muchos*: Ac ne illud quidem.

En la segunda parte manifiesta ser grande la guerra, porque aunque Luculo en los principios fué feliz, derrotando las tropas terrestres de Mitridates, libertando á Cicico del asedio, venciendo una armada naval, abriéndose paso al Ponto, apoderándose de muchas Ciudades, poniendo en fuga al mismo Rey, y conservando á los aliados y tributarios: Quoniam de genere; *en el fin no fué feliz, pues Mitridates se acogió á un Rey poderosísimo*: Requiretur fortasse; *se levantaron contra Luculo muchos pueblos y naciones*: Cujus in regnum; *y sus propios soldados*: Noster autem; *y por ultimo en medio de estos descalabros, Luculo fue llamado á la Italia*: Hic in ipso illo malo.

En la tercera parte prueba debe ser elegido Pompeyo por General, porque en el sobresalen: 1.º las virtudes de un General: Utinam Quirites; *la ciencia*

militar pues en su niñez se instruyó al lado de su padre, y despues sirvió en el exercito de Syla: en su juventud fué ya General, y en lo restante de su vida fué admirable por la multitud y variedad de sus guerras: Quis igitur; 2.° *el valor y virtudes propias de un General, de que son testigos la Italia, Sicilia, África, Francia, España y todas las provincias del Imperio*: Jam vero virtuti; *la guerra de los piratas extendida por todas partes, y terminada por él con muchas hazañas de gran gloria en todas partes*: Denique maria omnia; *sus virtudes políticas, el desinterés, raro en los Generales, y singular en Pompeyo*: Quid ceteræ; *la moderacion*: Age vero, ceteris; *la afabilidad*: Jam vero; *la prudencia y eloqüencia*: Jam quantum; *la fidelidad*: Fidem vero; *la benignidad*: Humanitate; 3.° *la autoridad para con los enemigos, para con los aliados y ciudadanos*: Age vero illa res; 4.° *la felicidad, por la que se han fiado en otro tiempo los exércitos á otros generales, se la ha concedido el cielo á Pompeyo en todas sus empresas*: Reliquum est ut de felicitate; *por todas las quales circunstancias se le debiera dar el mando aun quando fuera solo un particular*: Quod si Romæ.

En la Refutacion, á la primera objecion de Hortensio, á saber, que no se debia poner todo el manejo en manos de uno solo, responde Ciceron que ya en otra ocasion se engañó en éste su dictámen, quando se trató de la guerra contra los piratas: At enim vir. *A la segunda objecion de que no debia dársele por legado á Gabinio, responde es justo se le conceda; porque lo pide Pompeyo, porque Gabinio es el autor de la ley, y porque á los demas se les ha concedido*: Quò mihi etiam. *A la primera objecion de Catulo, que se debe mirar por la vida de Pompeyo, para que pueda servir por mas tiempo á la Republica, responde que la Republica debe aprovecharse de él, miéntras viva*: Reliquum est ut de. *A la segunda objecion de que no se introduzcan novedades, responde primeramente que los antepasados hicieron varias novedades en Mario y Escipion, y el mismo Catulo y demas Senadores en Pompeyo*: At enim nihil novi; *y en segundo lugar, que estas novedades las pide la razon, pues otros generales saquean los templos, las ciudades y las casas*: Atque in hoc bello; *y lo exige tambien*

la autoridad de P. Servilio, C. Curion, Cn. Lentulo y C. Casio: Quod si auctoritatibus.

En la Peroracion alaba á Manilio, por haber publicado la ley, y le exhorta á la constancia: Quæ cum ita sint; *ofrece ayudarle con su consejo, estudio, trabajo, é ingenio, con su autoridad de pretor, fidelidad y constancia*: Ego autem; *y protesta no haber tomado esta defensa por ganarse la voluntad de Pompeyo, ni el favor de ningun poderoso, sino por el bien de la Republica y de los aliados*: Testorque omnes deos.

ÍNDICE

DE LAS FRASES DE LAS ORACIONES DE CICERON.

cion de aquella familia.

Contineo vix abs te manus, ac tela bonorum, apénas puedo contener á los buenos que no empléen en tí sus espadas.

Continere parietibus domus privata non potest scelera tua, no pueden ocultarse tus delitos en los estrechos términos de tu casa.

Corrumpi, & depravari tabulæ possunt, las escrituras se pueden viciar y alterar.

Cui legatio ipsa morti fuerit, ejus monumentum exstare deceret; ut in bellis periculosis obirent homines audaciùs legationis munus, cosa conveniente sería, que quedase memoria de aquel, á quien su misma embaxada ocasionó la muerte, para que en las guerras peligrosas desempeñasen con mas ánimo los hombres el cargo de embaxadores.

Cum filii lacrymas viderem, patris memoria meum pectus effodit, viendo yo llorar al hijo, me traspasó el corazon la memoria de su padre.

Cùm ita affectus esses, ut si ad gravem valetudinem labor viæ accessisset, tibi ipsi diffideres; non recusasti, quominus, vel extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posses, experireris, estando tu tan indispuesto, que si á tu grave indisposicion se te juntase el trabajo del camino, de tí mismo desconfiarias; no rehusaste el probar, si aun en tu último aliento podias dar algun socorro á la república.

Cùm legatus ad congressum, colloquiumque imperatoris pervenisset; in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris excessit è vita, habiendo el embaxador llegado á verse, y abocádose á hablar con el emperador, murió en el lance mismo de procurar el desempeño de su comision.

Difiniuntur orbis terræ regionibus res, quas gessimus; llegaron al cabo del mundo nuestras hazañas.

Dimittenda non est cum tempore vitæ commemoratio nominis nostri, sed adæquanda cum omni posteritate, nuestra memoria no se ha de acabar con la muerte, sino que ha de ser eterna.

Diuturni silentii finem hodiernus dies attulit, idemque initium dicendi, quæ vellem, quæque sentirem, este dia ha puesto fin á mi silencio dilatado; y él mismo me hace comenzar à decir lo que queria, y sentia.

Divina in nos beneficia ita magna sunt, ut ea vix cujusquam mens, aut cogitatio capere possit, tan grandes

son los beneficios, que Dios nos hace, que apénas pueden caber en el discurso, ó pensamiento humano.

Durior puer videbatur ad studia Musarum, el niño parecia ser algo rudo para la poesía.

Exercebat judicium Prætor, el pretor presidia el tribunal.

Fidem qui in hanc civitatem possit revocare, invenies omnino neminem, no encontrarás uno siquiera, que haga que esta ciudad cobre crédito.

Flagitare memoriam literarum, & de memoria hominum tacere, recurrir á los archivos, y escrituras, y no hacer caso de aquello, de que pueden dar razon los hombres.

Frequens auditorum conspectus optimo cuique magistro videri solet multò jucundissimus, á todos los buenos maestros les suele parecer gustosisima la numerosa concurrencia de discipulos.

Furori tuo non mentem aliquam, sed fortunam reipublicæ obstitisse sat scio, bien sé que dexaste tus locuras, no por algun pensamiento bueno, que te ocurriese, sino porque lo ha querido así la fortuna de la república.

Hanc vitæ rationem ab ineunte ætate suscepi, desde niño he tomado este modo de vivir.

Homines ad Deum nullâ re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando, en ninguna cosa se parecen mas á Dios los hombres, que en conceder la vida á los demas.

Hujus tu imperium belli, etiam si nullo publico consilio deferatur, haud mediocri cupiditate arripies, con no poca ansia tomarás tú el mando de esta guerra, aun quando te lo dén sin ningun público acuerdo.

Id libenter solemus crebris usurpare sermonibus, esto solemos gustosamente traer en boca todos los dias.

Impunita fuerunt, ac libera scelera nonnullis, algunos no recibieron el menor castigo por sus delitos.

In summum periculum ac discrimen reipublicæ salus vocatur, en muy grande peligro se pone el bien de la república.

In salute communi dolori tuo maluisti, quàm auctoritati nostræ obtemperare, effecistique ut aliquando verè videreris omnibus gentibus ac nationibus terrâ marique imperare, quisiste ántes seguir el impulso de tu dolor, que sujetarte á nuestra autoridad; é hiciste creer alguna vez, que mandabas por mar, y tierra

á todos los pueblos y naciones.

In animis hominum multæ latebræ sunt, multique recessus; muchas solapas tienen los corazones de los hombres.

Infestis oculis aliquem conspicere, mirar á alguno por encima del hombro.

Informari solet ætas puerilis iis artibus ad humanitatem, los niños suelen ser instruidos en estas artes, para el conocimiento de las letras humanas.

Irretivisti illecebris corruptelarum adolescentulos, quibus ferrum prætulisti ad audaciam, te ganaste con malos atractivos á los jovencitos, á quienes ponias las armas en la mano, para hacerlos atrevidos.

Ita clausa nobis sunt maria ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possimus, tan cerrados nos estan los mares, que no podemos ya acudir á algun negocio ultramarino, ni propio, ni público.

Ita te mihi probasti, ut muneri ego meo minime satisfaciam, si quemquam alium huic bello imperatorem præficiam, has merecido mi aprobacion en tanto grado, que de ninguna suerte cumpliré yo con mi obligacion, si diere á qualquiera otro el empleo de general en esta guerra.

Judicare potes aliquid de ingeniis, tienes algun voto en materia de ingenios.

Laudem tuam existimo aliquem ad meum fructum redundare, algun fruto pienso sacar de tu alabanza.

Mactabuntur improbi æternis suppliciis, eternamente serán atormentados los malos.

Magnæ multorum res aguntur in vectigalibus exercendis occupatorum, en riesgo estan grandes caudales de muchos empleados en la cobranza de las rentas.

Mandare aliquid penitus animo, atque menti, estampar firmemente alguna cosa en el ánimo.

Mandasti versibus res Hispaniæ, ad cujus gloriam celebrandam contulisti omne studium, & ingenium tuum, escribiste en verso la historia de España, y aplicaste todo tu estudio, y talento para ensalzarla.

Manda fugæ solitudinique vitam istam ereptam multis suppliciis justis, debitisque, ya que te has libertado de los muchos castigos, que merecias, pasa esa vida, que te queda en destierro, y soledad.

Mea consilia pacis & togæ socia; non belli & armorum fuerunt, yo siempre

aconsejé la paz y la concordia, no la guerra y las armas.

Mentem istam utinum Deus tibi donaret. ¡Ojalá Dios te inspirára este pensamiento!

Mercatorum navigatio conquiescit; at verò publicani homines gnavi, & industrii familias maximas habent in salinis, rationesque suas, & copias in hanc urbem contulerunt, parado está el comercio por el mar; pero los asentistas, hombres diligentes, é industriosos, tienen muchísima gente en las salinas, y han puesto sus tratos é intereses en esta ciudad.

Multis nos periculis explicasti cinctos, cùm bello periculoso premebamur, nos sacaste de muchos peligros á tiempo, que nos hallábamos oprimidos de una peligrosa guerra.

Naturam jam explevi satietate vivendi, ya estoy harto de vivir.

Ne patientissimas tuas aures offendam, hæc omitto, dexo de decir esto, por no causar molestia á la paciencia con que me oyes.

Nihil sibi ex ista tua laude fortuna decerpit, ninguna parte le cabe á la fortuna de esa tu alabanza.

Nihil habes non modo sapientiæ, sed nequidem sanitatis, no solo no hay en tí sabiduría, pero ni cordura.

Nobilissimam familiam ad paucos redactam pene ab interitu liberasti, libraste casi de su total exterminio á la mas noble familia, que estaba ya reducida á un corto numero de personas.

Non hæc vita nostra est, quæ corpore & spiritu continetur, sed quæ vigebit memoriâ sæculorùm omnium, quam posteritas alet, quam æternitas ipsa intuebitur, no es nuestra vida esta, que se contiene en alma y cuerpo, sino aquella, que permanecerá constante en la memoria de los siglos, la que conservará la posteridad, y la eternidad misma.

Non modò tibi excubias & custodias, sed laterum etiam oppositus & corporum pollicemur, no solo damos palabra de poner centinelas, que te guarden de dia, y de noche, sino aun ponernos á recibir el golpe en nuestros cuerpos y costados.

Notas & designas oculis ad cædem omnes bonos, señalas, y echas el ojo á todos los buenos, para quitarles la vida.

Nulla ætas de tuis laudibùs conticescet, en ningun tiempo se dexarán de celebrar tus alabanzas.

Nullùm clarius pater mo-

numentum relinquere potest, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium, ninguna mas ilustre memoria puede dexar un padre, que á un hijo que sea una viva copia de sus costumbres, valor, constancia, piedad, é ingenio.

Nullo me implicari negotio patiar, no permitiré que me enreden en negocio alguno.

Nullum adhuc signum in me habes alienæ à te voluntatis, hasta ahora ninguna señal tienes en mí de desafecto á tu persona.

Nunc regem nostrum non ex urbe aliqua missum, sed tamquam de cœlo delapsum cives omnes intuentur, ahora sí que todos los ciudadanos miran á nuestro monarca, no como enviado de alguna ciudad, sino como baxado del cielo.

Objicere sese in quotidianos impetus profligatorum hominum, exponerse todos los dias á los choques, y encuentros de gente desalmada.

Obstiti tibi per me, quotiescumque me petisti, por mí mismo rechacé todos los tiros, que me asestaste.

Obscurare tenebris nox non potest tuos cœtus nefarios, no se pueden ocultar en las tinieblas de la noche tus sacrílegos conventículos.

Oculi, & aures multorum speculabuntur, atque custodient te non sentientem, ne commovere te possis contra rempublicam, estarán muchos en atalaya, y acechándote, sin que tú lo adviertas, para que no te puedas rebullir contra la república.

Omnem orationem ad alicujus misericordiam conferre, dirigir todo el discurso á implorar la misericordia de alguno.

Omnem humanitatem exuisti, no te ha quedado rastro de humanidad.

Omnium in me odium concitasti, me has hecho odioso para con todos.

Omnium nostrum consensum conspirantem, & pene conflatum quicumque viderit; fraternè utique nos facere non dubitabit, qualquiera que vea nuestra union, y perfecta conformidad de voluntades, no pondrá duda, que nos portamos como hermanos.

Optimus quisque maximè gloriâ ducitur, el hombre quanto mejor es, mas apetece la gloria.

Oratio mea numquam defuit periculis amicorum, siempre acudí con mi elocuencia á los amigos en sus peligros.

Peperisse te ad hoc natura videtur, parece que has nacido para esto.

Periclitanda non est sæpius in uno homine summa salus totius regni, por uno solo no se ha de arriesgar tantas veces el bien de la monarquía.

Persona illius minimè tractata est in judiciis, periculisque, él jamas se vió en pleytos, ni en tribunales.

Petitiones tuas bene conjectas parvâ quâdam declinatione corporis effugi, hurtando el cuerpo me libré de tus tiros bien asestados.

Princeps ille extitit mihi ad ingrediendam rationem horum studiorum, él fué el principal, que me ayudó para emprender estos estudios.

Prudens & sciens ad interitum ne ruas voluntarium, no te precipites á sabiendas en una muerte voluntaria.

Quæ dico, non perinde intelligi auditu possunt, atque ipse cogitans sentio, no puede comprehenderse lo que yo digo, con solo oirlo, del mismo modo, que yo interiormente lo siento.

Quanta divinæ lux sapientiæ, & bonitatis justorum animis interdum oboritur. ¡Qué golpe de luz de la divina sabiduría, y bondad amanece algunas veces en los corazones de los justos!

Quantùm potero, voce contendam, ut hoc universi hujus frequentiæ viri exaudiant, esforzaré la voz todo quanto pueda, para que todos los sugetos de esta junta oigan esto.

Quidquid dixi, ad unam clementiæ tuæ summam referri volo, todo lo que he dicho, quiero que se reduzca en suma á sola tu clemencia.

Quoniam ex omni aditu illa mihi provincia clausa est, excepisti me fugientem, diffidentemque rebus meis confirmasti, afflictum erexisti, perditum recreasti, por quanto por todas partes me está cerrado el paso á aquella provincia, me recogiste al tiempo, que iba huyendo, alentaste mis desmayadas esperanzas, me animaste en mi afliccion, y quando estaba perdido, me hiciste volver en mí.

Quoad longissimè mens mea potest respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, en quanto puedo acordarme de mi edad pasada, y traer á la memoria los primeros años de mi niñez.

Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ, á los ciudadanos que perdimos, quitó la vida el rigor de la guerra, no

la ira del vencedor.

Reipublicæ instituta, quæ dilapsa fluxerunt, severis tibi legibus sunt vincienda, debes reformar con rigurosas leyes los estatutos de la república, que viciados ya se han corrompido.

Resignavit omnem fidem tabularum, hizo sospechosas las escrituras.

Sceleratorum mors hominum est vitæ consentanea, la muerte de los malos es conforme á la vida.

Si quâ erroris humani culpâ tenemur, à scelere certè liberati sumus, si hemos errado como hombres, á lo menos estamos libres de culpa.

Talis mihi causa oblata est, in qua oratio deesse nemini potest: mihi itaque non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est, tal es el asunto, que se me ha presentado, que en él á ninguno puede faltar materia: y asi no tanto tengo que buscar lo que he de decir, como el no ser muy largo.

Tanto respublica bello civili quassata; & pacis ornamenta, & suæ stabilitatis præsidia perdidit, con el menoscabo, que la república ha padecido en tan grande guerra civil, no solo ha perdido el lustre, que en paz tenia, sino el apoyo de su estabilidad.

Tuam citiùs humanitatem abjicies, quàm extorquebis meam, primero dexarás tú de ser humano, que hacerme á mí, que no lo sea.

Vitæ meæ consuetudinem interclusam aperuisti, me has restituido á mi antiguo tenor de vida interrumpido.

Unâ tuarum literarum significatione id faciam, tametsi pœnam tuo in me scelere dignam nondum suscepisti, con una sola insinuacion de tu carta haré yo esto; sin embargo de que no has recibido aun el castigo correspondiente á la maldad, que has cometido contra mí.

Urbs hæc affluit eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis, abunda esta ciudad en hombres los mas instruidos, y en el estudio de las bellas artes.

ÍNDICE

DE LOS RITOS MAS NOTABLES DE LOS ROMANOS.

Amphitheatro, era una gran plaza de figura oval, que tenia 879 asientos. Habia en medio de ella un altar consagrado á Júpiter Lacial. Salian las fieras por varias puertecillas, que habia baxo la gradería. Su distribucion era la misma, que la del Circo Maxîmo. Para defenderse del sol, se cubria todo él con toldos, que alguna vez llegaron á ser de seda y grana. Inmediato al Amphitheatro estaba un sitio llamado *spoliarium*, donde sacaban los muertos, ó heridos de muerte.

Armas, unas eran ofensivas y otras defensivas: las ofensivas eran las *flechas*, *hondas*, *lanzas*, *pilos*, que eran unos dardos muy pesados; *espadas* españolas de dos filos, que usaban los *Velites*: y las defensivas, cota de malla, y escudo, que era de dos pies y medio de ancho, y quatro de largo, debaxo del qual se podian resguardar á poco que se inclinasen. Se forraban con pieles, y algunos con lienzo, y pintaban algunas figuras, lo que fué origen de las armas que distinguian las familias: al rededor tenian un cerco de hierro, y en medio una como punta de lo mismo, llamada *umbo ferreus*. La *pelta*, *ancile*, *parma* y *clypeus* se diferenciaban en la figura y en ser mas pequeños.

Aruspices, pronosticaban por los movimientos, que observaban en las víctimas, palpitacion de las entrañas, direccion de la llama, humo y demas cosas que ocurrian en el sacrificio. Fueron solos tres al principio, cuyo número se aumentó luego.

Augures, fueron creados por Rómulo; al principio solo fuéron tres del órden Patricio, despues se aumentaron cinco plebeyos, y últimamente llegó su número á quince. El primero entre ellos se llamaba *Magister Collegii*. Su oficio era pronosticar lo venidero por el vuelo y canto de las aves, y mutaciones del cielo. Para hacer sus observaciones salia el agorero al campo, vestido de la toga augural ó *trabea*, y mirando ácia el oriente, señalaba con un baston encorvado llamado *lituus*, una parte del cielo, que llamaban *templum*, ó *tabernaculum*: observaba ácia qué parte de él volaban las aves que se soltaban; y si ácia la izquierda, era feliz el agüero; é infausto, si ácia la derecha. Las aves por cuyo canto se pronosticaba, se llamaban *oscines*, y aquellas por cuyo vuelo *præpetes*. Tambien pronosticaban por los truenos y rayos, y el sitio donde caian se llamaba *bidental*, ó *bidente*, por sacrificarse allí una oveja, y quedar consagrado el lugar. Pronosticaban tambien por unos pollos encerrados en jaulas: si al ponerles la comida, se arrojaban á ella, y la derramaban, era agüero feliz, y se llamaba *tripudium solistimum*, y si no la querian, era

infeliz. Ciceron fué de este Colegio.

Caballeros Romanos, véase *Orden Eqüestre.*

Castigos, los que usaban los Romanos eran: *cárceles* públicas, ó privadas, *multas pecuniarias*. azotes con varas, *la pena del talion*; la afrenta, como marcarles la frente cón una *K*; *destierro* que se llamaba *aquæ & ignis interdictio*; *la esclavitud*, *garrote*, *horca*, *ser despeñado del Tarpeyo*; *ser arrastrados los cadáveres por la ciudad*, y algunos otros arbitrarios.

Censores, eran unos Magistrados destinados á hacer el encabezamiento de la ciudad, para señalar los tributos, arrendar las rentas del comun, hacer los aranceles, velar sobre la educacion, y reprimir el luxo. Eran creados dos, que duraban cinco años. Indagaban la hacienda y costumbres de los ciudadanos y senadores, nombraban los que habian de gozar los honores de caballero y senador el quinquenio siguiente, leían el catálogo, y sabido que alguno era de malas costumbres, ó habia disipado la renta precisa para tener aquel honor, callaban su nombre, lo que era degrádarle del honor de senador ó caballero. Lo mismo practicaban con lo restante del pueblo, y si hallaban alguno culpado, lo trasladaban de una tribu á otra menos honrosa. Pero los censores siguientes podian restituir á los degradados á su honor perdido. Nadie podia ser censor mas que una vez.

Centurion, era el que mandaba una *centuria*. Llevaba un sarmiento ó varita para castigar á los soldados. Nombraba dos subalternos, llamados *optiones*, que eran como cabos, y dos alféreces ó signíferos. El centurion principal era el de los Triarios.

Circo, el principal de varios que habia, era el *maximo*, á saber, una gran plaza semicircular que tenia 437. pasos de largo, 125. de ancho, y 1000. de circunferencia. Sus 1500. asientos, segun el cómputo mas corto, estaban repartidos por gradas sostenidas de tres órdenes de pórticos: tenia 6. puertas, 3. en un lado arqueado, y otras 3. en el que formaba línea recta. A los lados de una de estas habia otras 6. puertecillas, llamadas *carceres*, por donde salian los carros ó caballos para correr. Delante ponian una cadena para que ninguno se adelantase, ó hacian un surco que llenaban de tierra blanca, y los que llamaban *Moratores* igualaban á esta línea las frentes de los caballos hasta hacerse la señal. En medio habia una muralla de ladrillo, llamada *espina*; de 12. pies de ancho, 4. de alto, y á sus extremos 3. columnas pyramidales, que llamaban *meta*. Al rededor de esta espina daban siete vueltas con los carros, ó caballos, dexándola siempre á la izquierda; y toda la habilidad consistia en concluir las vueltas antes que otro sin tropezar en la *meta*. Sobre esta espina estaba el obelisco del sol y de la luna. El lugar que ocupaban los senadores y magistrados era el inmediato á la *orchestra*; en las 14. gradas inmediatas se sentaban los caballeros, de donde se originó la frase, *sédere in quatuordecim*; y en las restantes, llamadas *popularia*, el pueblo. Antes de comenzar el juego se daba una vuelta al circo en esta forma: iban delante los jovenes proximos á la pubertad; los hijos de caballeros ó

caballo, y los demas á pie; seguian los que habian de correr; despues los danzantes, athletas, citaristas, y ministros, que llevaban los vasos sagrados, y las estátuas de los Dioses en andas. Concluida, se hacia un sacrificio, y comenzaba el juego.

Comitia llamaron los Romanos á las juntas, que tenia todo el pueblo para votar. Habia tres clases de juntas. Servio Tulio dividió á los Romanos en 6. clases: 1.ª de los mas poderosos, que comprendia 80. centurias, 40. de ancianos, y 40. de jóvenes, á las que despues se añadieron 18. centurias de caballeros, y 2. de menestrales: 2.ª y 3.ª de los que aunque ricos no eran tanto como los otros: 4.ª de los medianos; cada una de éstas contenia 20. centurias, mitad de ancianos, y mitad de jóvenes: 5.ª de los que tenian poco: contenia 30. centurias, á la que luego se añadieron dos de los *Tibicines*, y *Accensos*: 6.ª *de los proletarios*, *capite censos*, y gente infeliz, y contenia una sola centuria. Esta division de ancianos y jóvenes se hizo para que los jóvenes fuesen á las guerras fuera de Roma, y los ancianos defendiesen la ciudad. Las centurias de los ricos eran mas en número, para que superasen en votos, y recayese sobre ellos la carga de tributos y milicia. Quando el pueblo se juntaba á votar segun esta division, se llamaba *comitia centuriata*. En ellas elegian los magistrados, establecian leyes, declaraban la paz ó la guerra, sentenciaban las causas reservadas al pueblo, y condenaban á muerte al ciudadano que se averiguaba enemigo de la patria, lo que se llamaba *judicium perduellionis*. Solo las podia convocar el cónsul, dictador, y pretor. *Tributa* se llamaban quando se juntaban por tribus. En éstas se elegian los magistrados de segundo órden, como *tribunos del pueblo*, *ediles*, *procónsules*, &c. y se establecian las leyes llamadas *plebiscita*. Las convocaban los *tribunos de la plebe*. *Curiatas* que fueron las mas antiguas de todas, se llamaban quando se juntaban por curias; las convocaban los magistrados mayores, y se diferenciaban de las *tributas*, en que las curiatas se componian de solos los habitantes de Roma, y las otras comprendian á los de fuera de ella, que tenian el derecho de tales. Se intimaban estas juntas con edictos, en que se daba razon de lo que se habia de tratar. Llegado el dia, y congregado el pueblo, el magistrado que presidia, hacia un razonamiento sobre el asunto que se iba á decidir; se separaba de lo restante de la plebe la centuria, tribu ó curia que iba á votar, y se daban á cada individuo las tablillas necesarias para votar, sin peligro de saberse su parecer. Si la junta era para elecciones, le daban las tablillas con los nombres de los pretendientes, y ponian un punto al fin del nombre de aquel solo á quien elegian. Si era para admitir ó anular alguna ley, daban á cada uno dos tablillas, de las que la una tenia las letras U. R. que significaba *uti rogas*, con la que se aprobaba, reprobándose con la otra. Por último, si era para dar alguna sentencia, se entregaban tres tabletas, una tenia la letra A. la segunda la C. y la tercera N. L. iniciales de *absolvo*, *condemno*, *non liquet*. Se recogian los votos en

unas caxitas, se presentaban al magistrado, y se contaban. Si en las juntas por centurias eran de un parecer las 97. este prevalecia, pues estaba dividido el pueblo en 193.: si por curias bastaban 16. por ser 30.: si por tribus 18. por haber 35.

Cónsul, esta dignidad era la superior, y el término de las que tenia la república. A los cónsules estaban subordinados los demas magistrados, menos el *Dictador*, y *Tribunos de la plebe*. Se elegian dos todos l s años, para que recelándose el uno del otro, y durando un solo año su gobierno, no tiranizasen la patria. Su eleccion se hacia el mes de Agosto, y no tomaban posesion hasta el 1. de Enero, y en estos quatro meses se llamaban *Consules designati*, y si algun Cónsul moria, el sucesor se llamaba *suffectus*. Alternaban por meses en el gobierno: juntaban al senado y pueblo, y hacian executar sus decretos, daban los cargos militares, y no podian salir de Roma, sino para mandar los exércitos. No podian condenar á muerte, ni azotar á ningun ciudadano, y de su sentencia se apelaba al pueblo, y los tribunos se podian oponer á sus decisiones. Quando se temia algun daño grave contra la república, expedia el senado este decreto: *Videant consules ne quid respublica detrimenti capiat*: en cuya formula debian comprenderse los pretores, y tribunos. Autorizados así los Cónsules, se hallaban en breve con las fuerzas necesarias para cortar la conspiracion. Las insignias de los Cónsules eran *un baston*, *silla de marfil*, en que iban por las calles, *vestido talar* con fleco de púrpura, llamado *Pretexta*, y doce *Lictores*, que acompañaban al Cónsul que estaba en exercicio, quienes llevaban unos hazecitos de varitas, que debian rendir al pueblo. Al Cónsul que no estaba en exercicio, llevaba solo un Lictor.

Convites, á los principios acostumbraban los Romanos á comer sentados, mas despues comenzaron á recostarse sobre unas *tarimas* ó *camillas*, colocadas al rededor de las mesas. Se solian colocar tres *camillas*, por lo que el sitio donde comian se llamó *triclinium*, y solia estar enramado de yerbas olorosas: en medio se ponia una mesa de un pie primorosamente labrado. Su postura en las camillas era esta: el primero reclinaba la parte superior del cuerpo sobre el codo, y sacaba ácia fuera los pies por la espalda del segundo, cuya cabeza venia á la cintura del primero: la misma postura guardaban los demas: el puesto mas digno era el del medio, pero el Cónsul solia ponerse el último, por si ocurria salir por alguna novedad. A los pies de las tarimas se ponian los niños, criados, y amigos de baxa esfera. Antes de comer se lavaban, se quitaban las suelas, y se coronaban de arrayan. Su cena, que á los principios solo era de solas legumbres, despues se dividió en tres partes: *antecenium*, en que se ponian huevos, y otras cosas que abriesen el apetito: *cœna* en que se servian varios platos, de los que el mejor se llamaba *caput cœnæ*, y en la tercera manzanas, y otros postres. De aquí vino la frase: *ab ovo ad malum*, desde el principio hasta el fin. Se elegia uno llamado *Magister cœnæ*, éste ponia

las leyes que se debian guardar, y señalaba los vasos de vino que cada uno habia de beber. El que servia los platos se llamaba *structor*; y *carptor* el que trinchaba. Durante la comida se divertian en ver algunos espadachines ó danzas, pero los mas comedidos hacian leer alguna poesía, ó se les daba alguna música. Esta comida, que algun tiempo fué única, se hacia á las tres de la tarde, mas despues añadieron el *jentaculum*, que tomaban muy de mañana, el *prandium* á las doce, la *merenda* entre comida y cena, y la *comessatio* propia solo de los glotones. *Convivia tempestiva* eran las que se hacian á la hora regular, é *intempestiva* las que duraban larga parte de la noche.

Curia, se llamaba cada uno de los diez barrios, en que estaba dividida cada *tribu* de Roma. Cada curia tenia sus peculiares exercicios de religion, y su superior ó cabeza, como nuestros pueblos de mucho vecindario se dividen en Parroquias. El que cuidaba de los sacrificios de cada curia se llamaba *Curion*, y era elegido por los de su barrio, menos el *Curion Máximo*, que era nombrado por todo el pueblo junto por curias. Tambien se llamaba *Curia* el edificio donde se juntaban los Curiones.

Decem-viros, fueron unos Jueces elegidos de entre los patricios en su principio para formar las leyes. De las de los Atenienses, y de otras naciones formaron las famosas de las doce tablas, que fueron siempre muy respetadas en Roma. Tuvieron la potestad absoluta, mas despues de restablecidos los Cónsules, solo administraban justicia en ausencia del Pretor.

Dictador, era elegido de los Senadores Consulares, por uno de los Cónsules que señalaba el senado á su voluntad: se elegia solamente quando la república se veía oprimida de una guerra, ó sedicion popular, aunque alguna vez se eligió por otras causas, y por el pueblo. Tenia la jurisdiccion de todos los magistrados, y ninguno podia exercer las funciones de su empleo, sino los Tribunos de la plebe. Era árbitro de la paz y la guerra, y de quanto ocurriese; tenia autoridad sobre los bienes, y vida de qualquiera sin apelacion. Llevaba 24. Lictores, y demas insignias de Rey, á saber, *corona* de oro, *cetro*, *silla curul* de marfil y *trabea*, ó toga de púrpura con listas blancas; no podía andar á caballo dentro de Roma, ni usar fuera de ella de las insignias de su dignidad, ni sacar dinero del erario público sin consentimiento del senado y pueblo. Solo duraba el empleo mientras duraba la causa de su eleccion; pero si llegaba á seis meses, se procedia á elegir otro, ó confirmarle. Iba siempre acompañado de su Capitan de guardias elegido por él, y se llamaba *Magister equitum*, porque presidia á los caballeros. Este debia ayudar al Dictador con todo su poder, y obedecerle en todo. Usaba de las insignias de Pretor.

Dias festivos, *profestos*, *intercisos*: los primeros estaban consagrados á los Dioses; en los que se hacian sacrificios, comidas sagradas, ó juegos, y se llamaban *sacrificia*, *epulæ*, *ludi*: *Profestos* eran los destinados á cuidar de la república, y haciendas; en estos podia el Pretor usar aquellas fórmulas, *do*, *dico*, *abdico*, y en

los que no podia pronunciarlas se llamaban *nefastos*; y los *intercisos* aquellos que en ciertas horas era permitido trabajar, y ciertas no. Algunos se llamaban *ferias*, ó vacaciones, en las que los libres debian abstenerse de pleytos, y los esclavos del trabajo corporal. *Nundinas*, llamadas así por ser de nueve en nueve dias, eran los dias en que venian del campo á Roma á vender y comprar, recibir las leyes promulgadas, y cuidar de sus pleytos. *Comiciales* se decian los dias en que se tenian juntas del pueblo: *comperendini*, aquellos en que se citaba á los litigantes, á comparecer en juicio, y *stati* en los que se litigaba, ó trataba con los extrangeros. Fuera de Roma se llamaban *non prœliares*, los que dentro eran *nefasti*. En ellos no se podia ofender al enemigo.

Dioses, unos eran celestes por tener su domicilio en el cielo: otros *terrestres*, á los que les daban el cuidado del campo, sembrados, &c. otros *aquáticos*, por presidir al mar, rios, &c. otros *infernales*, por dominar en el infierno; pero comunmente se dividen en Dioses *mayores y menores*: los mayores se dividen en *consentes* y *selectos*. Los consentes eran 12. á saber, 6. Dioses: *Júpiter*, *Marte*, *Neptuno*, *Vulcano*, *Apolo y Mercurio*; y 6. Diosas: *Juno*, *Minerva*, *Vesta*, *Venus*, *Ceres*, *y Diana*. Acerca de su origen y fábulas se tratará en el indice de Mythologia.

Por Dioses menores se entienden los *indigetes*, á saber, aquellos héroes, que por sus proezas colocaron en el número de los Dioses, como *Rómulo*, *Hercules*, *Castor*, *y Polux*, *Eneas*, *Julio César*, *Augusto*, y otros Emperadores: los *Senones*, ó *Semihomines*, esto es, los que no teniendo bastante mérito para ser contados por Dioses, merecieron mayor respeto que los otros hombres. Tales fueron *Pan*, *Fauno*, *Silvano*, *Termino*, *y Flora*; y las *Virtudes*, *y Pasiones*, como el *Temor*, *y Virtud*, que tenian los templos fuera de Roma; la *Piedad* que lo tenia en el foro, la *Fé* en el Capitolio, la *Esperanza*, que tenia muchos, por ser la Diosa que habia quedado en la tierra despues que las demas se ausentaron al cielo. Asimismo tenian templos la *Paz*, la *Concordia*, la *Salud*, la *Felicidad*, la *Libertad*, la *Fortuna*, y el *Deleyte*, el *Atrevimiento*, el *Deseo*, y la *Tempestad*, *&c.* Tanta fué su ceguedad y locura.

Disciplina militar. El cargo de los soldados era poner el vallado, tender las tiendas de campaña, hacer la guardia al General, Tribunos, Qüestor, y Legados y en los quarteles; recibir de los Tribunos la *tesera*, que nosotros llamamos el santo: la caballería rodeaba por turno los quarteles, y campamento por la noche, tocando una trompeta á cada vigilia. Para levantar el campo daban tres toques, al primero recogian las tiendas y liaban las cargas, lo que se llamaba *conclamare vasa*, y el recogerlos *colligere vasa*; al segundo echaban las cargas sobre las acémilas, tomando ellos las suyas, y al tercero comenzaban su marcha. Todos los dias tenian exercicio en tiempo de paz y de guerra, y especialmente en los quarteles de invierno se exercitaban en sus evoluciones, que eran varias, á saber,

ambulatio, que consistia en un paso muy ligero, é igual: *Decursio*, que era correr armados baxo las banderas 400. pasos. *Saltatio*, que era exercitarse en saltar para estar diestros en saltar los fosos, y subir las murallas: *Natatio*, por si ocurria pasar un rio: *palaria*, en que se ensayaban los tirones, acometiendo á un palo como si fuera al enemigo: *salitio*, que era montar los de á caballo con espada desnuda sobre un caballo de madera; y por último se exercitaban todos en tirar al blanco flechas, y otras armas arrojadizas. Les estaba prohibido rigurosamente el hurto, y pillage, y estaban esentos de toda jurisdiccion que no fuese militar.

Ediles, eran unos magistrados inferiores de los que hubo tres clases, y dos de cada una: *Curules*, que cuidaban de los templos, juegos, y mercados, de señalar puesto en los expectáculos, y del adorno de la ciudad. Cuidaban tambien de los funerales, y de que á ninguno se le hiciese con mas pompa de lo que competia á su estado. Se llamaban así porque podian usar *silla curul*. Eran elegidos de los nobles, aunque luego entraron plebeyos. *Plebeyos*, que cuidaban de lo que les encargaban los Tribunos, y tenian el cargo de los baños públicos, aqüeductos, y de las calles, observando los decretos del senado y pueblo para que en ellos no se introduxese novedad: se elegian de las familias plebeyas: *Cereales*, llamados así porque cuidaban de surtir de comestibles la ciudad.

Exército. El exército constaba de dos legiones de 4200. infantes cada una; la que se dividia en 10 *cohortes* de 420. infantes cada una; cada cohorte en tres manípulos de 120., y cada manípulo en dos centurias de 60. A cada legion se le agregaban 300. caballos que formaban el ala, la qual se dividia en 10. turmas de á 30. caballos, y cada turma en 3. decurias de á 10. Por lo que la legion constaba de 4500. soldados entre infantería y caballería Romana; á los que agregados 4800. de los aliados, se juntaban 9300. hombres; y el exército consular constaba de 18600. Constando cada legion de 35. manipulos, tenia igual número de banderas, que fueron al principio unos manojos de heno, de donde se llamó *manipulus*, y despues efigies de animales; pero la principal bandera era el Aguila, que solia ser de plata, ó de oro. Mas la caballería usaba unos pequeños estandartes, que tenian bordado con letras doradas el nombre del general. Llamaron los Romanos *Castra* á los quarteles del exército, que estaba de asiento en una provincia, y al sitio fortificado, que ocupaba á la vista del enemigo. Quando el exército iba de marcha formaba su campo para pasar la noche, y lo llamaban *mansiones*. Los quarteles en que pasaban el invierno, se llamaban *hyberna*, y los de verano *æstiva*. Eran unos y otros de tanta seguridad, que venian á ser como plazas muradas: Su figura era por lo comun quadrada, ó quadrilonga, dividida en calles iguales, que separaban la habitacion de cada clase de soldados; y en los quatro costados tenian quatro puertas, llamadas *Pretoriana*, *Decumana*, *derecha de los primeros*, *é izquierda de los primeros*, en las que estaban los cuerpos de guardia, para la defensa de todo el exército. Los centinelas del dia se llamaba *excubiæ*, y los de la noche *vigiliæ*.

Exêquias. Despues de espirar el enfermo, uno de los parientes ó amigos le cerraba los ojos, y daban tres, ó quatro alaridos en muestra de sentimiento, lo que es propiamente *inclamare.* Lavaba despues el cadáver con agua caliente, y lo ungia con aceite uno de los que llamaban *Pollinctores*: le ponian el vestido é insignias de su mayor dignidad; y le metian en la boca una moneda para que pagase á *Caron*, barquero del rio Aqueronte, que habian de pasar todas las almas: y asi lo exponian en el portal de la casa entre luces. A la hora del entierro, se le llevaba al sepulcro en una litera, ó en hombros de sugetos iguales en dignidad, ó por hombres que tenian este oficio, llamados *Vespillones.* Acompañaba una música lúgubre, las *præficiæ*, mugeres asalariadas para llorar, los esclavos, á quienes el difunto habia dado libertad con los sombreros puestos y luces: las insignias de los empleos, ó rotas ó desordenadas; los parientes é hijos cubierto el rostro, y tendido el cabello; las hijas con la cabeza descubierta, y los otros parientes y amigos con el cabello suelto, ó de luto. Si el difunto habia sido persona ilustre, se le conducia á la plaza, donde un hijo ó pariente hacia en su alabanza un discurso desde la columna de las arengas, y de allí se encaminaban al sepulcro; sobre cuyo sitio hubo grande variedad. Antes de la ley de las doce tablas se enterraba cada uno en su casa, mas despues labraba cada uno en despoblado sepulcros de piedra para sí, y su familia; despues de tiempo los cadáveres de los poderosos eran quemados, y metian sus cenizas en una urna en esta forma. Se levantaba un gran monton de leña seca, que se rodeaba de cipreses, y de hachas, el que llamaban *pyra*; sobre ésta se colocaba el cadáver, y rociada de licores, y aromas olorosos, la pegaban fuego los parientes, volviendo á otro lado la cara, echando igualmente al fuego las insignias del difunto. Miéntras ardia, se derramaba sangre humana de esclavos, ó de cautivos, y posteriormente se introduxo el juego de los gladiadores. Apagado el fuego, se recogian las cenizas, y se metian en la urna entre flores y aromas, el Sacerdote rociaba á todos con agua para purificarlos, y al retirarse gritaban: *Æternum vale.* Metida la urna en el sepulcro grababan el epitafio, y estas letras S. T. T. L. que significan *sit tibi terra levis.* La casa del difunto no se abria en nueve dias, comian juntos los parientes, y este convite se llamaba *silicernium.* Tambien en los entierros de los poderosos se daba de comer á todo el pueblo, ó distribuía á cada vecino cierta porcion de carne cruda, que se llamaba *visceratio*, y á los nueve dias se celebraba el novenario. Aquellos dias en que celebraban con convites y solemnidades la muerte de los parientes, se llamaban *parentalia.*

Feciales, era un Colegio de 20. Sacerdotes, á cuyo cargo estaba el ajustar las paces, ó declarar la guerra justa. Si alguna nacion injuriaba á los Romanos, se enviaba un Fecial, que pidiese lo usurpado, ó los traidores, que se hubiesen pasado á ella, &c. y si no resarcian el agravio, les daba el plazo de 30. dias, el que espirado, podia declarar la guerra justa. En cuyo caso pasaba á los términos del enemigo, y

arrojaba una lanza ensangrentada, que era la señal de declarar la guerra. Esta ceremonia se hizo despues en un campo llamado *hostilis*, y alguna vez se arrojaba la lanza en una columna, que habia delante del Templo de Marte. El Fecial ajustaba tambien la paz, y entónces le llamaban *Pater Patratus*.

Flamines, eran tres; *Dialis*, que servia al templo de Júpiter, y era el mas digno; usaba Lictor, silla curul, y pretexta; no podia salir á caballo, ni ver el exército armado, ni pernoctar fuera de Roma, ni tocar carne cruda: tenia tambien sus privilegios, pues era libre el reo, que entrase en su casa; no podia ser azotado aquel dia, el que se echaba á sus pies; en los convites nadie le precedia, sino el rey de los sacrificios. Solo él usaba sombrero blanco, y llevaba delante de sí quien avisase á los trabajadores, que suspendiesen su obra hasta que él pasase: y casi lo mismo se observaba con su muger *Flaminia*. *Martialis* era el segundo, destinado al templo de Marte; y *Quirinalis* el tercero, destinado al templo de Rómulo. Ninguno de ellos podia salir de Roma por no desamparar lo sagrado. Se eligieron de los patricios, y despues se añadieron otros doce, llamados *Flamines menores*, y por último eligieron tantos quantos eran sus Dioses.

General llamado *Imperator*, era la cabeza del exército, al que estaban subordinados todos los demas gefes; sus distintivos eran capa de grana, llamada *paludamentum*, y Lictores con los haccecillos de varas. Nombraba con noticia del senado sus tenientes llamados *Legati*, que suplian sus ausencias, y comandaban las espediciones, que él les fiaba.

Juegos, habia tres clases: *circenses*, ó del circo, porque se celebraban en él; de los *gladiadores*; y de la *escena*. Los juegos circenses eran seis: 1. la *carrera*, para la que se presentaban los jugadores sobre sus carros ó caballos en las que llamaban *carceres*, y hecha la señal por el presidente, echaban á correr para dar siete vueltas al rededor de la *espina*, siendo el vencedor el que antes las concluía. 2. Juego *Gymnico*, al que pertenecen el de los *pugiles*, *corredores*, y *luchadores*. Los *pugiles* jugaban, si es que se puede llamar juego, dándose fuertes golpes con correones, que en la punta tenian bolas de plomo, ó hierro. Los *corredores* seguian el mismo órden, que el juego de la carrera, diferenciándose éste, en que se hacia á pie, y aquél á caballo, ó en carros. Los *luchadores* se untaban con aceite, y se revolcaban en polvo ó arena para poderse asir mútuamente. Se presentaban asi en el circo, y hecha la señal comenzaba cada uno á luchar con su contrario. 3. La *lucha de á caballo, ó á pie*, era una imágen de una verdadera batalla, pues se figuraban en ella dos campamentos, sitio, asalto, y toma de alguna ciudad, por lo que solian morir muchos. 4. *Troya*: en este juego solo entraban los jóvenes nobles, quienes montados á caballo, y divididos en partidas discurrian por el circo, haciendo varias evoluciones militares. 5. La *montería*, juego en que reñian unas fieras con otras, ó con hombres que tenian este exercicio, ó que estaban condenados á esta pena. Otras veces

se figuraba en el circo un bosque, y el pueblo, ó los destinados á ello mataban las fieras allí metidas: para esta diversion se servian de toros, lobos, osos y otras fieras, que traían de regiones distantes. 6. *Naumaquia*, era un remedo de una batalla naval. Introducian en el circo por aqüeductos el agua necesaria para mantener las barcas armadas, con que se figuraban las evoluciones y choques de dos armadas.

El juego de los *gladiadores*, ó espadachines, era de los mas agradables al pueblo. Se mataban en él unos á otros, y era el mas famoso el que mejor se defendia, y mas hombres mataba. Al principio solo entraban en él los esclavos y sentenciados á esta muerte, despues tambien los prisioneros de guerra. Los Brutos costearon el primer juego de gladiadores que hubo en Roma en el funeral de su padre; y de aquí comenzó á usarse mientras se quemaba el cadáver de un hombre célebre. Se usó despues en los amphitheatros, y aun en los convites; y aun solia dar al pueblo esta diversion el que intentaba ganar votos para alguna dignidad de la república. Los gladiadores cuidaban mucho de defender el costado; de donde *latus apertum dare vel nudum* significa exponerse al riesgo. El que era herido dexaba las armas, ó levantaba el dedo, por lo que *tollere digitum* es darse por vencido. Si el pueblo queria se quitase la vida al vencido, levantaba el dedo police, y si queria se le conservase, lo baxaba ácia baxo, de donde nacen las frases: *pollicem vertere y prewere.*

La *escena*, se llamaban las comedias, tragedias y sátiras que se representaban en el teatro.

Legados, véase *Procónsules y General.*

Lupercos, eran los Sacerdotes del Dios Pan *ab arcendis Lupis*, y el lugar donde se veneraba este Dios *Lupercal*, y sus fiestas *Lupercalia.*

Magister Collegii, véase *Augures.*

Magister Equitum, véase *Dictador.*

Magistrados Ordinarios llamaban los Romanos, á los que por ley debia haber siempre, nombrándose en tiempo determinado; y eran los *cónsules, ediles, pretores, qüestores*, y *tribunos de la plebe*; y *extraordinarios*, los que se elegian solo en ciertas ocasiones, á saber, el *Dictador*, su *Capitan de guardia y el Censor.*

Máquinas de guerra. Eran varias las que usaban para batir los muros de las ciudades; las principales eran: El *ariete*, que era un pedazo de hierro, en forma de cabeza de carnero unido á la extremidad de una viga larga, al principio llevada en hombros de muchos, y despues colgada ordinariamente en unos maderos á manera de horca, la que impelian con gran violencia contra el muro, para desencajar sus piedras, y destruirlo. La *Catapulta*, y *Balista*, aunque con el tiempo se confundieron sus nombres, aquélla servia en sus principios para arrojar saetas, y ésta para piedras. Era la *Catapulta* dos maderos juntos derechos abrazados firmemente por una extremidad con argollas de hierro; con unas cuerdas de nervios y clin de caballo puestas en un torno aparte: se tiraba de uno de los maderos hasta encorvarlo, y en la cabeza del otro que quedaba derecho se aseguraba una gran

saeta, pero de modo, que pudiese ser despedida. Para dispararla soltaban las cuerdas del torno, y dando el madero que antes estaba oprimido en la cola de la saeta, la arrojaba con una rapidez increible. La *Balista* fué de varias figuras: la mas perceptible se reduce á dos maderos derechos, y fixos con un palo que los atraviesa: por medio de estos pasaba una viga de figura piramidal, cuya punta superior se sujetaba por unas cuerdas que venian de un torno: de la misma punta colgaba una manga, ó como honda, la que moviéndose en fuerza del impulso, que á la viga le daban las cuerdas, sueltas éstas arrojaba la carga de piedras, tal que hay quien dice eran de 300. libras, con cuyos tiros derribaba torres y muros. Es tan poca la diferencia que hay entre el *Pluteus*, *Crates*, y *Vinea*, que hasta sus nombres se hallan confundidos en los AA. pues eran de unos mismos materiales, diferenciándose en la figura, y uso. Las *Vineas* eran unos palos de ocho pies de altura, sobre ellos y aun en los costados tablas, ó mimbres cubiertos con pieles crudas, para que no las quemasen los enemigos, arrojando materias combustibles; con estas máquinas se arrimaban defendidos á los muros para poderlos picar. Lo mismo venia á ser el *Musculus*. Los *Pluteos* eran tambien unos cobertizos, y vigas, entrelazadas con mimbres, puestas por delante de sí para poderse defender, como nuestros parapetos: solian tener tres ruedas, dos delante, y una detrás para moverlos. Los *Crates* solian servir, ó para llenar los fosos, ó para servirse en lugar de puentes. La *turris rotata*, ó torre movediza era de madera de varios pisos, cubierta de pieles con ruedas por debaxo para conducirla ó impelerla segun fuese necesario. Algunas tenian en el techo superior saeteros y ballestas para tirar á los que estaban en los muros, y un puente levadizo, que saliendo de enmedio de ellas, y sentado en la muralla les daba paso, como tambien un ariete para aportillar, ó socabar el muro. El *testudo* venia á ser como el *pluteus*.

Medidas. El *culeus*, medida de líquidos, cabia 20 *amphoras*, el *amphora ó quadrantal* 80. libras de agua, ó 48. sextarios. La urna era la mitad del amphora, y cabia 24. sextarios. El *congius*, octava parte del amphora cabia 6. sextarios: y el sextario se dividia como el *as* en 12. partes llamadas *cyatos*, que cabia lo que se podia beber de una vez. El *acetabulo* era algo mayor que el cyato. El *medimno* era medida de cosas secas, y cabia 7 modios, y éste la tercera parte de una amphora. Las medidas de distancia eran el pie, el codo, que constaba de pie y medio, el paso de 5. pies, el estado de 625. pies ó 125. pasos, y la milla de 1000. pasos. El *jugerum*, medida de campo constaba de 120. pies de ancho y 240. de largo; su mitad se llamaba *actus*.

Monedas. El *as*, que era de cobre, tenia grabada una res de ganado, de donde el dinero se llamó *pecunia*; y solia pesarse, por lo que los Latinos usan del verbo *pendere* por *solvere*: tenia 12. onzas, si bien en la primera guerra púnica se reduxo á 2. onzas, y en la segunda á 1. Sus partes eran el *triens*, ó terce-

ra parte, esto es, 4. onzas: *quadrans*, ó *teruntius*, quarta parte, ó tres onzas; *sextans*, sexta parte, ó 2. onzas; *semissis*, mitad, ó 6. onzas. El valor del *as* venia á ser de 6. maravedises nuestros. El *denario*, llamado tambien *bigatus y quadrigatus* por tener grabada una carroza con dos caballos, era de plata, y valia como dos reales de nuestra moneda. Su mitad se llamaba *quinarius*, y su quarta parte *sextertiùs*. Este que equivalia á medio real de nuestra moneda, se expresa con dos LL. y una S, ó con dos II, y una S, ó HS, para significar valia 2. libras y media. Mas habiendo el *denario* llegado á valer 16 *ases*, el sextercio subió á valer quatro, esto es, seis quartos y medio de nuestra moneda, y el denario 3. reales. De tres modos contaban los sextercios, desde uno hasta mil simplemente por el órden de numerales: v. g. *sextertii decem, triginta*, &c. desde mil hasta el millon, ó concertaban los numeràles con *sextertii*, v. g. *mille sextertii*, ó poniendo en plural *sextertii* con *millia* expreso, ó sobre entendido, ó *sextertiûm* genitivo del plural, v. g. *sex millia sextertiûm*, y lo denotaban así C̄ H S. significando la raya de arriba que se toma por mil: y desde el millon contaban por adverbios, v. gr. *decies sextertiûm*, donde hay siempre que entender *centena millia*. El *sólido* era de oro, y valia 25. denarios, ó 50 reales nuestros, y quando se aumentó un real el denario, valdria 75. reales. Este suele llamarse absolutamente *nummus*.

Orden Eqüestre, era una clase media entre el senado, y pueblo, á quienes se dió el título de Caballeros, ó *Equites*, porque tenian caballo á expensas de la república. Debian servir en las guerras, y traer á Roma las conductas, que se recogian de los tributos de las provincias. Quando la república quiso arrendar sus alcabalas, concedió el asiento de éstas á los caballeros, y los que entraban en tales arriendos se llamaban *publicanos*, esto es, Asentistas. Las insignias de los caballeros eran ademas del caballo un anillo de oro, porque la plebe lo llevaba de hierro; una franja de púrpura en la túnica, que por ser mas angosta que la de los Senadores se llamó *angusticlavia*, y el privilegio de tener puesto en los espectáculos, inmediato á la *Orchestra*. Para ser caballeros habian de tener de caudal la mitad de lo que tenia el senador.

Orden plebeyo. Se componia de los que no tenian el suficiente caudal, para poder ser Senadores ó Caballeros, ya fuesen plebeyos, ó patricios, y entre estos habia la distincion, que entre nuestros nobles, y los que no lo son. Mas los Romanos tenian por nobles á aquellos, que por haber obtenido ellos, ó sus antepasados alguna Magistratura Curul, gozaban el *jus imaginum*, que era de tener en los átrios de sus casas los bustos de cera de sus antepasados, y solian llevarlos en la pompa fúnebre. Para unirse los plebeyos con los patricios debia escoger cada uno de aquellos un *patrono* de los patricios, de quien se llamaba *Cliente*. Era cargo del patrono defender á su cliente en los pleytos y peligros, y el cliente debia ayudar quanto pudiese á su patrono, quien quedaba por heredero y tutor de los hijos en caso de morir el cliente sin testar.

Orden Senatorio, se formó en su principio de aquellos ciudadanos llamados *patricios*, que sobresalian en nobleza, edad, valor y riquezas, escogiéndose el número de 100, y dándoles el honroso nombre de *Senadores*, y *Padres de la patria*, debiendo serlo en administrar justicia, y mirar por el bien de ella. Se aumentó despues en tanto número el de Senadores, que se llegaron á juntar mas de mil: y Tarquinio Prisco introduxo 100. plebeyos, habiéndolos hecho antes patricios. Pero estos Senadores y sus sucesores, se llamaron *Senatores minorum gentium*. Quando habia vacante alguna plaza de Senador, escogian los Censores algunos del órden Eqüestre, para ocuparla; y porque sus nombres se escribian en la misma lista de los antiguos Senadores, se llamaron *Patres conscripti*, título que despues se dió á todos los Senadores juntos. *Senatores pedarii* se llamaban los que no pudiendo con palabras decir su parecer en el asunto propuesto, daban su voto uniéndose con aquel Senador, cuyo dictámen seguian. Tales eran los que habiendo obtenido *magistratura curial*, sin ser Senadores, tenian voto en el senado. En los últimos tiempos para obtener la honra de Senador, debia el pretendiente tener nobleza, 30. años de edad, 240000. rs. de renta, y haber exercido dignidad pública. Sus insignias eran túnica blanca, con una banda ancha de púrpura, llamada *latus clavum*, calzado negro que les cubria hasta la mitad de la pierna; una C. de plata en el calzado, para denotar fueron 100. los primitivos Senadores, y tener puesto señalado en los espectáculos, llamado *orchestra*. Se hacia su eleccion por el Censor de cinco en cinco años, quien leía el Catálogo, y aquél á quien nombraba el primero, era el *príncipe del Senado*, el qual habia de haber sido Cónsul ó Censor.

Ovacion, véase *Premios militares*.

Penas militares. Los Tribunos y Prefectos con su consejo de guerra, al que solia asistir el General, condenaban á los soldados, ó á baquetas de muerte, en latin *fustuarium*, si el delito era de hurto, desercion, descuido en las centinelas, &c. ó á baquetas que no eran de muerte, si el delito era leve. Si eran muchos los culpados, solian quitar la vida á uno de cada 10, 20, ó 100, lo que se llamaba *decimatio*, *vicesimatio*, *centesimatio*. Usaban tambien castigos de sola afrenta, como darles una medida de cebada en vez de la de trigo, ó quitarles parte del sueldo, lo que se hacia con los que faltaban á la revista; no pasarles los años de servicios, echarlos fuera del vallado, lo que se hacia con los cobardes, baxarlos de su grado á otro inferior, y por último degradarlos, ó echarlos fuera del exército.

Pesos. Para pesar las cosas se valian de la libra, as, ó pondo, que eran lo mismo. Sus partes eran *uncia* una onza, *sextans* dos, ó sexta parte de libra, *quadrans* tres onzas, ó tercera parte, *triens* 4 onzas, ó tercera parte, *quicunx* 5 onzas; *semissis* 6 ó media libra, *septunx*, 7 onzas, *bes* 8 onzas: *dodrans* 9 onzas: esto es, la libra menos una quarta parte; *dextans* 10 onzas, ó la libra menos una sexta parte, y *deunx* 11 onzas, ó la libra menos una onza. La onza tenia 8 dracmas.

Pontifices. Fueron al principio quatro, del órden patricio; á los que despues se añadieron 4. plebeyos, y últimamente Syla añadió otros 7. Los 8. primeros, y sus sucesores se llamaron *mayores*, y los 7. últimos, y sus sucesores, *menores.* Su oficio era juzgar tóda clase de personas en materia de religion, imponer multas á los que faltaban contra ella, y establecer lo perteneciente al culto. El presidente de este Colegio se llamó *Pontifice máximo*, y se elegia del mismo Colegio, por el pueblo junto por tribus. Augusto se abrogó esta dignidad, y despues otros Emperadores. Este tenia la suprema autoridad, interpretaba las leyes, dispensaba en las ceremonias, y cuidaba no padeciese menoscabo la religion. Tenia autoridad sobre los otros pontífices, y asistia á las juntas de las Vestales. Sus insignias eran *toga prætexta*, sombrero, ó especie de bonete, llamado *tutulus*, ó *apex* segun algunos, y *silla curul.*

Prefecto de la ciudad, era el que en ausencia de los cónsules podia juntar al pueblo por Centurias: *Prefectos* del *Pretorio*, que hubo dos instituidos por Augusto despues de perdida la libertad de la república, tenian casi todo el poder, así en órden á los juicios, como á las apelaciones, excepto la suplicacion, en las provincias sujetas al pueblo Romano. *Prefecto* de las *provisiones*, en latin *præfectus annonæ* se nombraba en tiempo de carestía, para que cuidase tener provista la ciudad de lo necesario.

Premios militares. Los de los soldados eran unos menores, y otros mayores: los menores eran la *lanza*, *collar*, que era de oro ó plata, y *bandera*: los mayores eran seis coronas: la *obsidional*, que se daba al que libertaba de asedio una ciudad: la *cívica* para el que conservaba la vida á algun ciudadano, dando muerte á su enemigo: la *mural* al que primero subia á las murallas de la ciudad sitiada: la *castrensis* al que primero entraba en el campo enemigo: la *navalis* al que primero saltaba á la nave contraria: y la *classica* ó *rostrata* al que ganaba una victoria naval. La corona *mural*, figuraba un muro, la *castrensis* el vallado, la *naval* las puntas de las naves, y las otras tres eran de hojas de árboles.

Los premios que se daban al general eran quatro: el primero, que el exército le diese el título de *Imperator*, confirmándolo el senado: el segundo, permitirle pasase á algunos templos para dar gracias á los dioses por la victoria, y se llamaba *supplicatio*: el tercero el *triunfo*, el quarto la *ovacion.* Para conseguir el triunfo, habia de probar el general, que su exército habia muerto en una batalla mas de 1000 enemigos, y agregado al imperio algunas tierras. Verificado esto, el senado señalaba el dia del triunfo. Iba el general coronado de laurel, y se dirigia al capitolio por las calles principales cubiertas de flores, en una carroza tirada de quatro caballos blancos: iba delante el senado, y mucho pueblo. Acompañaban la pompa los despojos ganados en la batalla, las estátuas y banderas de las naciones vencidas, los reyes y capitanes prisioneros con cadenas de oro y plata, y los demas cautivos. Al general acompañaban sus parientes y amigos, detrás iba un coro de música, y los soldados premiados con sus coro-

nas victoreando á su general.

Si á la victoria la faltaba alguna de las circunstancias necesarias para el triunfo, se concedia la *ovacion*; que se reducia á ir el general coronado de arrayan á caballo ó á pie al capitolio y sacrificar allí algunas ovejas.

Pretores, fueron elegidos para suplir las ausencias de los cónsules, debiendo estos ir á las guerras de la república. Primeramente se eligió uno llamado *prætor urbanus*, que administraba justicia, y gobernaba en Roma, cuidaba de los juegos, y edificios públicos. Mas no bastando éste para defender tantas causas, nombraron otro que cuidase de los negocios extrangeros, llamado por esto *prætor peregrinus*. Mas luego se aumentó el número hasta 16. No podia el pretor estar fuera de Roma mas que 10. dias. Los demas pretores fuera de los dos sobredichos eran enviados al gobierno de las provincias. Sus insignias eran 6. lictores con sus haces de varas, *vestido talar* con franja de púrpura, *silla curul*, *tribunal*, *lanza y espada*.

Procónsules y Propretores, se llamaban los sugetos que eran enviados al gobierno de las provincias conquistadas, pues habiéndolas dividido la república en consulares, y pretorianas, á aquellas enviaban un *Procónsul*, y á éstas un *Propretor*. Usaban durante su gobierno las insignias que el Cónsul, ó Pretor, de quien eran vicegerentes. Cada uno de estos tenia un teniente, ó tres, si era muy vasta la provincia, llamados *legati*, entre quienes se dividia para la mas fácil administracion de justicia, y se podia apelar de estos á los Procónsules, ó Propretores, y de estos á la capital. Concluido su empleo, que era de un año, debian salir de la provincia, entregándola juntamente con el exército á su sucesor, y si éste no habia llegado, dexaba por substituto al legado, ó al qüestor de la provincia.

Qüestores, eran los que cuidaban de recoger los tributos de las provincias que no estaban arrendadas á particulares. Se eligieron primero dos de los Patricios, luego se admitieron tambien plebeyos, por ser el primer escalon para las dignidades, y llegó á haber hasta 40. Dos de estos cuidaban del tesoro público, y se llamaban *qüestores de la ciudad*, porque siempre estaban en ella: llevaban cuenta de lo que recibian y entregaban; sacaban del erario las banderas, y las daban á los cónsules y generales, quando iban á una guerra, y ponian en pública almoneda los bienes pertenecientes al fisco. Los demas se llamaban qüestores provinciales, ó militares, porque acompañaban á los magistrados que iban á gobernar sus provincias: debian recoger los tributos de éstas, y cuidar del dinero y provisiones del exército.

Quindecimviros, fueron instituidos para la guarda de los libros de las Sibylas: al principio solo fueron dos, *duumviri*, despues entraron en su lugar los Decemviros, y Syla aumentó otros cinco. Satisfacian á las dudas del Senado; quando se hallaba en peligro la república, ó sucedia algun prodigio, cuidaban de los sacrificios, que prescribian dichos libros, en particular los juegos seculares. Estaban esentos de la milicia, y de todo otro cargo. *El Rey de los sacrificios*, *Rex sacrorum*, se instituyó de los Patricios por *comicias centuriatas*, despues de la extincion de los Reyes, para

obtener su lugar en los sacrificios, estaba sujeto al Pontífice, y no podia obtener magistraturas.

Sacerdotes. Eran elegidos de la nobleza. Era grandísimo el número de Sacerdotes, pero se dividen en dos clases: unos no estaban destinados á ningun Dios, ni templo, como los Pontífices, Augures, Aruspices y otros de menos consideracion. Otros estaban consagrados al servicio de algun Dios, ó templo, como los *Flamines* y *Galos.*

Sacrificios. Los lugares donde se celebraban, se llamaban *Templa*, *Fana*, *Delubra*, *Sacella*, y *Luci*, y aunque todos estos nombres se diferencian, se hallan confundidos. Los que habian de sacrificar debian ir con conciencia pura por ley de las doce tablas, que decia: *ad divos caste adeunto*, é ir lavados, por lo que habia á la puerta del templo agua en vasijas llamadas *favisæ*, si eran grandes, y *futilia* ó *fuca* si pequeñas. Eran varios los animales que sacrificaban, toros, bacas, &c. los que llevaban adornados con cintas y coronas. Al comenzar el sacrificio se intimaba silencio por estas palabras; *hoc age*, *favete linguis*, *pascito linguam*, se rociaba la víctima con *salsa mola*, compuesta de trigo tostado, y sal, que es lo que se llama *immolatio.* El Sacerdote gustaba el vino, que habia en un vaso de madera, llamado *simpubium*, y despues de gustarlo los presentes, echaba lo restante entre las astas de la víctima, lo que se llamaba *libatio.* Lo mismo que con el vino se hacia con la sangre, leche, &c. Llamábanse *libamina prima* los pelos de la víctima que el Sacerdote arrancaba y echaba en el fuego. Este se hacia de la leña seca del árbol consagrado al Dios á quien se hacia el sacrificio. Conducian la víctima al ara con una cuerda floxa, para que no pareciese iba violenta, y la desataban en llegando; si se escapaba, era mal agüero. Luego el cultario decia *agone*? esto es, ¿la hiero? respondia el pregonero, *hoc age*, y al punto descargaba sobre ella el mazo, y despues la degollaba. Recibia en copas la sangre, y se rociaba él altar; unas veces se quemaba toda la víctima, otras sola alguna parte, repartiendo lo demas á los que la habian ofrecido, ó vendiéndola. Los Aruspices registraban las entrañas, lo que es *exta consulere.* Concluido el sacrificio despues de beber, se despedia al pueblo con esta expresion: *licet*, ó *extemplo.*

Senado, era el cuerpo de Senadores, como si dixéramos Consejeros. La junta de estos tenia la suprema autoridad de la república. Al Senado le pertenecia nombrar Embaxadores, admitir á los de las naciones extrangeras, elegir los Gobernadores de las provincias, los Generales de mar y tierra, administrar el tesoro público, ordenar las rogaciones, y conceder el triunfo á los Generales. El Senado lo podian convocar los Cónsules, Dictadores, Pretores, Tribunos de la plebe y Prefectos de la ciudad, mas los magistrados inferiores solo en ausencia de los mayores, excepto los Tribunos del pueblo, que lo podian juntar aun estando en Roma todos los magistrados, y contra su voluntad. Se juntaba por edictos, ó á voz de pregon, debiendo asistir todos los Senadores que se hallasen en Roma, sopena de ser multados. Se congregaban en algun templo de la ciudad; para recibir á los Emba-

xadores, en el de Bélona que estaba fuera de ella. No se congregaban sino en las Kalendas, Nonas, ó Idus de cada mes, formalidad, que se dispensaba, si ocurria alguna novedad. No podia convocarse quando el pueblo tenia una junta, ni despues de puesto el sol, y debian asistir á lo menos 100. Senadores, por lo que si alguno queria oponerse á alguna propuesta, decia, *numera senatum*. Para tener el senado el que lo juntaba, debia hacer un sacrificio, y consultar antes el vuelo de las aves. Juntos los Senadores hacia su propuesta, la que podia alterar qualquiera de los que tenian facultad de juntar el senado, y los Tribunos del pueblo podian mudarla del todo. Si la propuesta comprendia mucho, qualquier Senador podia decir, *divide*: si alguno de los que podian juntar el senado, no queria se pasase á votar por alguna circunstancia, añadia, ó alteraba algo la propuesta, y pedia se propusiese de nuevo; lo que si se repetia muchas veces, llegaba la hora de no poder hacer nueva propuesta, ni votar, en cuyo caso se ponian en el libro de acuerdos estas palabras *Dies consumptus est dicendo*. Luego que los Senadores habian hablado sobre lo propuesto, el Cónsul ó el Presidente del senado daba su parecer, ó repetia el que mejor le parecia de los dictámenes, que habia oido á los otros, y añadia, *qui hoc censetis, illuc transite*; *qui alia omnia, in hanc partem*. Se retiraba luego á un lado de la curia, y los que eran de su parecer debian seguirle, mas los que eran de dictámen contrario se retiraban al lado opuesto. Y este modo de votar se llamaba *per discessionem*: de aquí vienen las frases: *Ire pedibus in sententiam alicujus*, ser del dictámen de alguno, y la de *ire in alia omnia*, ser de contrario parecer. El decreto que formaba el senado sin oposicion alguna, se llamaba *senatusconsultum*, para lo qual se habia de haber juntado en el lugar, y tiempo señalado, y con el número de Senadores prescrito por las leyes. Si faltaba alguna de estas circunstancias, se llamaba *senatus auctoritas*.

Senadores, véase *órden senatorio*.

Septemviros Epulones, que en su principio hasta el tiempo de Syla fueron solos tres, cuidaban de las sagradas comidas, que se daban en los juegos, y de que fuesen espléndidas. Eran creados como los Pontífices, y era su dignidad de las mayores, por lo que usaban *pretexta*.

Soldados, se alistaban de esta suerte. Nombrados los Cónsules en las juntas del pueblo, se nombraban 24. Tribunos para las 4. legiones: 14. se escogian de los caballeros que llevaban 5. años de servicio, y 10. de los infantes que llevaban 10. años. Los Cónsules convocaban á voz de pregon, ó por edictos, ó por una bandera, que se ponia en el capitolio ó campo Marcio, á los jóvenes de 17. años, hábiles para las armas, y juntos en el capitolio ó campo Marcio, iban los Tribunos completando las legiones de este modo: escogian 4. jóvenes de igual robustez, y destinaban uno á cada legion, prosiguiendo así hasta completar todos los que faltaban, para que se repartiesen igualmente las fuerzas en las legiones. Quando sucedia á la república algun grave daño, se echaba mano de

todos indiferentemente, y los agregados así al exército se llamaban *milites subitarii*, *tumultuarii*, ó *gregarii*. Tambien en estos riesgos llamaban á los que ya estaban retirados, y se decian *milites evocati*. A los principios todos eran soldados, servian en campaña, y concluida se volvian á sus casas; mas luego mantuvo en pie la república cierto número de tropas, y servian hasta los 47. años de edad. Los alistados hacian este juramento: *Se pro viribus imperatori obtemperaturos: Ducem sequuturos, & signa non deserturos*. La infantería Romana comprendia varias clases de soldados, denominados de las varias armas que usaban, como los honderos, ó *funditores* por las hondas, *flecheros*, ó *jaculatores* por los dardos, *hastati* los armados de lanza; ó tambien por el puesto que ocupaban en la batalla, como *principes* los primeros, *triarii* los terceros, llamados tambien *pilani* por los pilos que usaban: baxo el nombre de *velites* se entendian los de armas arrojadizas.

Theatro, era de figura semicircular como el circo, aunque mas prolongado. La distribucion de asientos era la misma que la del circo. Hubo varios en Roma, y quando se representaban comedias, estaban consagrados á Apolo, y quando tragedias á Baco. Las partes de que constaba el teatro eran *escena*, *proscenio*, *postescenio*, *púlpito y orchestra*. La escena era aquel espacio donde al principio salian los representantes, en la que si era *trágica* la pieza, estaban representados palacios suntuosos; si *cómica* casas humildes de campo, y si satíricas montes, y selvas. Solia tener tal artificio, que se volvia con máquinas, ó á veces se corrian á un lado los bastidores, descubriéndose otros. *Proscenio* era el espacio mas baxo que la escena, donde los actores representaban. En este mismo habia un lugar mas levantado, llamado *púlpito*, desde donde recitaban los versos. El *postescenio* detrás de la escena, donde se executaba lo que delante del pueblo no se podia hacer sin faltar al decoro. La *orchestra* era la parte mas baxa del tablado donde se bailaba, y junto á ella se sentaban los senadores.

Tribu, se llamó cada quartel de tres, en que Rómulo dividió la ciudad de Roma; estas tribus, multiplicándose la gente, llegaron á ser 35., en una de las quales habia de estar empadronado qualquier ciudadano Romano, habitase ó no en Roma. Cada una de estas tribus tenia su prefecto, que debia saber el nombre, edad, y hacienda de cada ciudadano, y cada tribu se dividia en 10. curias.

Tribunos del pueblo, eran dos sugetos, y con el tiempo llegaron á ser 10. elegidos por el pueblo para defender á los plebeyos de los insultos de los patricios. Debian ser de familias plebeyas, y no podia ser electo ningun patricio, á no ser prohijado por algun plebeyo. Representaban á todo el pueblo, y en su nombre asistian al senado; se podian oponer á sus decretos, y á las leyes de qualquier magistrado, si ofendian sus derechos. Para expresar su oposicion, usaban del verbo *veto*, y el tribuno podia prender á qualquiera, aunque fuese magistrado, si no cedia á su oposicion. Si ninguno se oponia, se firmaba el decreto, poniendo solo una T signo de aprobacion. Podian

los tribunos juntar al pueblo sin consentimiento de los cónsules, y publicar leyes, llamadas *plebiscita*, repartian campos, señalaban tributos, y daban con el pueblo el mando de los exércitos.

Tribunos de los soldados eran 6. sugetos que habia en cada legion, 3. de los Patricios, y 3. de la plebe. De dos en dos alternaban por meses, y su cargo era sentenciar las causas de los soldados, comunicar á las centinelas la seña y contraseña, y cosas semejantes.

Triunfo, véase *premios militares*.

Vestales. Sacerdotisas de Vesta, fueron 6. Quando habia que substituir alguna, presentaba el Pontífice Máximo 20. doncellas de 6 á 10 años de edad, y escogia una el pueblo, ó la ofrecia su padre. Perseveraban en el ministerio 30 años, los 10. primeros imponiéndose en las ceremonias: otros 10. practicándolas, y otros 10. enseñando á las novicias. La principal se llamaba *virgo máxima*. Se escusaban de entrar en este número las que tenian un hermano sacerdote, ó una hermana Vestal. A los 30. años se podian casar, aunque era mal agüero. Cuidaban no se apagase el fuego del templo, y la que se descuidaba era castigada. Eran muy honradas, pues podian perdonar al reo que encontraban, llevaban *lictor*, y tenian una especie de silla, ó berlina: usaban la pretexta, y las cintas, se les daba el lugar mas principal en los espectáculos.

Vestidos. Los de los hombres eran la *toga*, *tunica*, *sayo*, *syntesis*, *læna*, *penula*, *lucerna*, y *clamide*. La toga, de donde *togatus* significa caballero Romano, era de lana, redonda, cerrada por delante, y sin mangas. Les cubria de modo que el brazo derecho se sacaba por arriba, y el izquierdo por debajo de la extremidad, la que levantada ácia arriba, formaba los pliegues, que se llaman *sinus*: su color era regularmente blanco, y se lavaba para los dias festivos, por lo que se llamaban dichos dias *albati*. Debe distinguirse este nombre de *candidatus*, que se daba á la toga que llevaban los pretendientes de algun magistrado, que por la greda que les echaban, se llamó así, y los tales pretendientes *candidati*. La *toga*, ó era *pulla*, esto es negra, que usaban los que tenian luto, ó *sórdida*, á saber, raida y con manchas, la que ponian á los reos; ó *prætexta* con una orla, ó fleco encarnado al rededor, la que llevaban los jóvenes hasta los 17 años, y las mugeres hasta casarse, y los sacerdotes y magistrados mayores; ó *picta*, esto es, laboreada de oro y púrpura, que usaban los que triunfaban; ó *trabea* de sola púrpura para los dioses, encarnado y blanco para los reyes y caballeros en su *transveccion*, y finalmente *libera*, *pura*, ó *virilis*, que era la que usaban los jóvenes despues de los 17 años, los que llamaban *tyrones* quando la tomaban, y *tyrocinium* el acto de la investidura; y entonces se quitaban la *bulla aurea*, que habian siempre traido, que era un corazoncito para que mirándolo se acordasen eran hombres. La de los libertos se llamaba *lorum*: y las de las niñas se llamaba *puga*, y era como un acerico para que se inclinasen á la costura. La *túnica* era la vestidura que llevaban baxo la toga, angosta, y mas corta, que ésta, y con man-


gas; llevaban dos ó mas: la interior de los hombres se llamaba *subucula*, y las de las mugeres *indusium*: la de los senadores *laticlavium*, por una banda ancha, que cruzaba por delante del pecho: la de los caballeros *angusticlavia*, por ser la banda mas angosta. La *túnica palmata* era encarnada con banda dorada, de la anchura de la palma, la que usaban los que triunfaban; y túnica recta aquella de cuyo texido los hilos baxaban rectos.

El sayo, y clamyde eran vestidos militares, y así *sagum sumere* significa disponerse para la guerra. El del general se llamaba *paludamentum*. *Læna* era el vestido belloso, y grueso para defenderse del frio. La *lucerna* era lo mismo, y la usaban al principio solo los soldados. La *pænula* era de pieles, y la usaban para las lluvias.

La *estola*, vestido propio de las mugeres nobles, era una túnica talar con mangas, adornada de grana y fleco de oro: sobre ella llevaban un manto *palla*. La *mitra* era una gorra para la cabeza, y ademas llevaban una redecilla para sujetar el cabello, el que otras veces ataban con vendas y cintas, y por último se cubrian parte la cabeza y el rostro con un velo negro llamado *flameo*.

El calzado de los Romanos era una especie de ábarcas de cuero que les cubria hasta parte de la pierna; el de los senadores llevaba una C cosida, y los de los patricios eran mas altos, que los de los plebeyos, y tenian quatro correas para sujetarlos; y los de los plebeyos dos, y se llamaban *perones*. La suela solo cubria la planta del pie. Los representantes usaban en las comedias el *zueco*, que era un calzado baxo; y en las tragedias el *cothurno*, ó borceguí, que era bastante alto.




poramar.


140


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm